Bibliothèque numérique

medic@

**CELSUS, Aurelius Cornelius / CELSE.**
**A. Corn. Celsi medicinae libri octo**

*Venise :, 1493.*

**(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)**
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/hist
med/medica/cote?00471

pag. 8 fr. 95 c. à la vente des livres de M. Lasson.

537

editionibus,

In omnibus corn. Celsi,, quas vidi, semper Quintiliani locum in quo de corn. Celso mentionem facit libro XII sub finem Ita legitur ,, Quid plura? cum etiam ,, Cornelius Celsus, mediocri vir ingenio.. -- ---------- Sed Doctissimus Professor Lipsiensis Gunts fato functus anno 1752 locum notatum sic = emmendavit ,, Corn Celsus Med. acri vir ,, ingenio.. .......

Cornelii Celsi liber de medicina primum editus est Florentiae, anno 1478 : haec editio quae secunda est non discrepat ab editione principe florentina.

1493.

17 10/4 48

# AVRELII CORNELII CELSI MEDICINAE LIBER PRIMVS INCIPIT.

ECOLE DE MEDECINE DE PARIS
ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ

T alimenta ſanis corporibus agricultura:ſic ſanitatem ægris medicina promittit.Hæc nuſquã quidẽ non eſt.Si quidem ẽt imperitiſſimæ gentes herbas: aliaque prompta in auxilium uulnerum:morborũque nouerunt. Verũtamen apud græcos aliquãto magis quam in cæteris nationibus exculta eſt.ac ne apud hos quidẽ a prima origine:ſed paucis ante nos ſæculis:utpote cum uetuſtiſſimus auctor Aeſculapius celebretur. Qui quoniam adhuc rudem & uulgarẽ hanc ſcientiam paulo ſubtilius excoluit:in deorum numerũ receptus eſt.Huius deinde duo filii Podalirius & Machaon bello troiano ducem Agamennonem ſecuti non mediocrẽ opem cõmilitonibus ſuis attulerunt.Quos tamen Homerus non in peſtilentia:neq; in uariis generibus morborũ aliquid attuliſſe auxilii:ſed uulneribus tãtũmodo ferro & medicamentis mederi ſolitos eſſe propoſuit.Ex quo apparet has partes medicinæ ſolas ab his eſſe tentatas:eaſq; eſſe uetuſtiſſimas.Eodemq; auctore diſci poteſt morbos tum ad iram deorũ imortalium relatos eſſe:& ab iiſdem opem poſci ſolitam.Verique ſimile eſt inter nõnulla auxilia aduerſæ ualetudinis plerũq; tamen eã bonam contigiſſe ob bonos mores:quos neq; deſidia:neq; luxuria uitiarant.Si quidẽ hæc duo corpora prius in græcia:deinde apud nos afflixerunt.Ideoq; multiplex iſta medicina:neq; olim:neq; apud alias gentes neceſſaria:uix aliquos ex bonis ad ſenectutis principia perducit.Ergo ẽt poſt eos: de quibus rettuli nõnulli clari uiri medicinã exercuerũt donec maiore ſtudio litterarũ diſciplina agitari cœpit. quæ ut animo præcipue oĩum neceſſaria:ſic corpori inimica eſt.Primoq; medendi ſcientia: ſapientiæ pars habebatur.ut & morborũ curatio & rerũ naturæ contemplatio ſub iiſdem auctoribus nata ſit. Scilicet his hanc maxime requirentibus:qui corporum ſuorum robora in quieta cogitatione nocturnaq; uigilia minuerant.Ideoq; multos ex ſapientiæ profeſſoribus peritos eius fuiſſe accepimus.Clariſſimos uero ex his Pythagoram & Empedoclem & Democritum.Huius aũt:ut quidã crediderunt:diſcipulus Hippocrates cous primus quidem ex oĩbus memoria dignus ab ſtudio ſapientiæ diſciplinã hanc ſeparauit:uir & arte & facundia inſignis.Poſt quẽ Diocles cariſtius:deinde Praxagoras & Chryſippus.tum Herophilus & Eraſiſtratus ſic artẽ hanc exercuerunt:ut ẽt in diuerſas curandi uias proceſſerint.Iiſdemque temporibus in tres partis medicina diducta ẽ:ut una eſſet quæ uictu:altera quæ medicamentis:tertia quæ manu mereder etur.Primam διαιτητικην ideſt diaet eticam: ſecundam φαρμακευτικην ideſt pharmaceuticam:tertiam χειρουργικην ideſt chirurgicam græci nominauerunt. Eius aũt quæ uictu morbos curat longe clariſſimi auctores ẽt altius quædã agitare conati rerũ quoque naturæ ſibi cognitionẽ uendicauerunt:tanquã ſine ea trunca & debilis medicina eſſet. Poſt quos Serapion primus oĩum nihil hanc rõnalem diſciplinam ptinere ad medicinam profeſſus in uſu & experimentis eam poſuit.Quem Apollonius & Glaucias & aliquanto poſt Heraclides tarentinus & aliqui non mediocres uiri ſecuti ex ipſa profeſſione ſe empiricos appellauerunt.Sic ĩ duas partis ea quoque quæ uictu curat medicina diuiſa eſt:aliis rationalem artem:aliis uſum tantum ſibi uẽdicantibus: nullo uero quicquam poſt eos qui ſupra compræhenſi ſunt agitante niſi quod acceperat:donec Aſclepiades medendi rõnem ex magna parte mutauit.Ex cuius ſucceſſoribus Themiſon nuper ipſe quoq; quædam in ſenectute deflexit.Et per hos quidẽ maxime uiros ſalutaris iſta nobis profeſſio increuit. Quoniam autem ex tribus medicinæ partibus ut difficillima ſic ẽt clariſſima eſt ea:quæ morbis medetur:ante omnia de hac dicendũ eſt.Et quia prima in ea diſſenſio eſt:quod alii ſibi experimẽtorum tantummodo notitiã neceſſariã eſſe contendunt:alii niſi corporum rerumque ratione comperta nõ ſatis potentẽ uſum eſſe proponunt indicandũ eſt quæ maxime ex utraq; parte dicantur: quo facilius nr̃a quoq; opinio ĩterponi poſſit.Igitur hi qui rõnalem medicinã profitentur:hæc neceſſaria eſſe proponunt:abditarũ & morbos continentium cauſarum notitiam:deinde euidentium:poſt hæc etiã naturalium actionum:nouiſſime partium interiorum.Abditas cauſas uocant ĩ quibus requirit̃ ex quibus principiis noſtra corpora ſint:quid ſecundã:quid aduerſam ualetudinem faciat. Neq;.n.credunt poſſe eum ſcire quomodo morbos curare cõueniat:qui unde hi ſint ignoret.Neq; eſſe dubium: quin alia curatione opus ſit:ſi ex quattuor principiis uel ſuperans aliquid uel deficiens aduerſam ualetudinẽ creat:ut qdã ex ſapientiæ ꝓfeſſoribus dixerũt.alia ſi in humidis oẽ uitiũ eſt: ut Herophilo uiſum eſt.alia ſi in ſpiritu:ut Hippocrati.alia ſi ſanguis in eas uenas:quæ ſpiritui accõmodatæ ſunt: tranſfunditur & inflãmationẽ quã græci φλεγμονην ideſt phlegmonẽ nominãt excitat:eaq; inflãmatio talẽ motum efficit:qualis in febre eſt:ut Eraſiſtrato placuit.alia ſi manantia corpuſcula ꝑ iuiſibilia foramina ſubſiſtendo iter claudũt:ut Aſclepiades cõtendit.Eũ uero recte curaturum:quẽ prima origo cauſæ non feſellerit.Neq; uero inficiantur experimenta quoq; eſſe neceſſaria.Sed ne ad hæc quidẽ aditũ fieri potuiſſe:niſi ab aliqua ratione contendunt.Non.n.quidlibet antiquiores uiros ægris inculcaſſe: ſed cogitaſſe quid maxĩe conueniret:& id uſu exploraſſe:quod ante coniectura aliqua duxiſſet.Neq; intereſſe an nunc iam plæraq; explorata ſint:ſi a conſilio tamen cœperunt.Et id quidem in multis ita ſe habere.Sæpe uero etiam noua incidere genera morborum: in quibus nihil adhuc uſus oſtenderit.

Pro Rationalibus Medicis

optima Editio; R. Sanches M.D. Pariſiis.
empta ann 1749. non vili pretio. petrus Laſſus chir. paris.

Et ideo neceſſarium ſit animaduertere unde ea cœperint: ſine quo nemo mortalium reperire poſſit:
cur hoc quē illo potius utatur. Et ob hæc quidē in obſcuro poſitas cās ꝑſequunť. Euidētes uero has
appellāt:i quibus quærūt iniciū morbi calor attulerit an frigus:fames an ſatietas:& quæ ſimilia ſunt.
Occurſurum enī uitio dicūt eū qui originē nō ignorarit. Naturales uero corporis actiones appellāt ꝑ
quas ſpiritū trahimus & emittimus cibū potionemque & aſſumimus concoquimus:Itēque ꝑ quas ea
dem hæc in oēs membroꝝ partes digeruntͮ. Tū requirunt ēt quare uenæ noſtræ modo ſubmittāt ſe:
mō attollant. quæ ratio ſomni:quæ uigiliæ ſit. Sine quoꝝ notitia neminē putāt uel occurrere:uel me
deri morbis īter hæc naſcentibus poſſe. Ex quibus quā maxīe ꝑtinere ad rē concoctio uideť. Huic po
tiſſimū inſiſtunt & duce alii Eraſiſtrato atteri cibū in uentre cōtēdūt. alii Pliſtonico Praxagoræ diſci
pulo putreſcere. alii credūt Hippocrati ꝑ calorē cibos concoqui. Accedunt quæ Aſclepiadis æmuli:q
oīa iſta uana & ſuperuacua eē proponunt. Nihil enī concoqui:ſed crudā materiā ſicut aſſumpta eſt in
corpus omne deduci. Et hæc quidē īter eos parū cōſtant. Illud uero cōuenit:aliū dandū cibum labo
rantibus:ſi hoc:aliud:ſi illud uerꝝ eſt. Nā ſi teritur intus:eū quærendū eſſe:qui facillime teri poſſit. Si
putreſcit:eū in quo hoc expeditiſſimū eſt. Si calor cōcoquit: eū qui maxīe calorē moueat. At nihil ex
his eē quærendū:ſi nihil concoquitur. Ea uero ſumēda quæ maxīe manent qualia aſſumpta ſunt. Ea
dēq; rōne cū ſpiritus grauis eſt: cū ſomnus aut uigilia urget:eū mederi poſſe arbitrātur: qui prius illa
ipſa qualiter eueniant ꝑceperit. Præter hæc cū in īterioribus partibus & dolores & morboꝝ uaria ge
nera naſcanť:neminē putant his adhibere poſſe remedia:quæ ipſe ignoret. Neceſſariū ergo eē īcidere
corpora mortuoꝝ:eoꝝq; uiſcera atq; inteſtina ſcrutari. lōgeq; optime feciſſe Herophilū & Eraſiſtra-
tū qui nocētes hoīes a regibus ex carcere acceptos:uiuos inciderint: Cōſiderarintq; etiā ſpiritu rema-
nente:ea quæ natura ante clauſiſſet:eorūq; poſiturā:colorē:figurā:magnitudinē:ordinē:duritiē:molli
tiem liuorē:cortactū. ꝓceſſus deinde ſinguloꝝ & receſſus:& ſiue quid inſeriť alteri:ſiue quid partē al
terius in ſe recipit. Neq; enī cū dolor itus īcidit:ſcire quid doleat eū:qui qua parte quodq; uiſcus inte
ſtinumue ſit:nō cognouerit. Neq; curari id quod ægrum eſt poſſe ab eo qui quid ſit:ignoret. Et cū ꝑ
uulnus alicuius uiſcera patefacta ſunt:eū qui ſane cuiuſquā colorē partis ignoret:neſcire quid ītegrū:
quid corruptū ſit. Ita ne ſuccurrere quidē poſſe corruptis. Aptiuſque extrīſecus imponi remedia com
pertis interioꝝ & ſedibus & figuris:cognitaq; eoꝝ magnitudine. Similesq; oīa quæ poſita ſunt ratio-
nes habere. Neq; eē crudele ſicut pleriq; proponūt:hominū nocētiū & hoꝝ quoq; paucorum ſuppli-
ciīs remedia populis innocētibus ſæculoꝝ oīum quæri. Cōtra hi:qui ſe empiricos ab experientia no
minant euidētes quidē cauſas ut neceſſarias amplectunť. Obſcurarū uero cauſaꝝ & naturaliū actio
num quæſtionem ideo ſuperuacuā eſſe contendunt:quoniā incōprehenſibilis natura ſit. Nō poſſe ue
ro comprehendi:patere ex eoꝝ:qui de his diſputarunt:diſcordia:Cū de iſta re:neq; īter ſapientiæ ꝓ-
feſſores:neq; īter ipſos medicos cōueniat. Cur enī potius aliquis Hippocrati credat:ꝗ herophilo. Cur
huic potius. ꝗ Aſclepiadi:Si ratōnes ſequi uelit:oīum poſſe uideri nō īprobabiles. Si curationes: ab oī
bus his ægros ꝑductos eē ad ſanitatē. Ita neq; diſputatōni:neq; auctoritati cuiuſꝗ fidē derogari opor
tuiſſe. Etiā ſapiētiæ ſtudioſos maximos medicos eē:ſi ratiocinatio hoc faceret. nūc illis uerba ſupereſ
ſe:deeſſe medēdi ſciam. Differre quoq; ꝓ natura locoꝝ:genera mediciæ:& aliud opus eē romæ:aliud
in ægypto:aliud ī gallia. Quod ſi morbos eæ cauſæ facerēt: quæ ubiq; eædē eēnt:remedia quoq; ubi
que eadē eē debuiſſent. Sæpe etiā cauſas apparere. utputa lippitudinis:uulneris:neq; ex his patere me-
dicinā. Quod ſi ſciam hanc nō ſubiiciat euidens cā:multo minus eā poſſe ſubicere:quæ ī dubio eſt.
Cū igitur illa incerta incōprehenſibilis ſit:a certis potius & exploratis petendū eſſe ꝑſidiū: ideſt his:ꝗ
experiētia in ipſis curatōnibus docuerit:ſicut ī cæteris oībus artibus. Nā ne agricolā quidē:aut guber
natorem diſputatione:ſed uſu fieri. Ac nihil iſtas cogitationes ad medicinā pertinere. eo quoq; diſci:
quod qui diuerſa de his ſenſerint:ad eandem tamen ſanitatem homines perduxerint. Id enim feciſſe:
quia non ab obſcuris cauſis:neq; a naturalibus actōnibus:quæ apud eos diuerſæ erāt:ſed ab experimē
tis pro ut cuiq; reſponderant:medendi uias traxerint. Ne inter initia quidē ab iſtis quæſtionibus de-
ductam eſſe medicinam:ſed ab experimentis. Aegrorū enim qui ſine medicis erant:alios ꝓpter auidi
tatem primis diebus protinus cibū aſſumpſiſſe:alios propter faſtidium abſtinuiſſe: leuatumq; magis
eorum morbū eſſe:qui abſtinuerant. Itemq; alios in ipſa febre aliquid ediſſe. alios paulo ante eam:ali
os poſt remiſſionem eius. optime deinde his ceſſiſſe qui poſt finem febris id fecerint. Eademq; ratio-
ne:alios inter principia protinus uſos eſſe cibo pleniore:alios exiguo grauioreſq; eos factos:qui ſe im
plerent. Hæc ſimiliaq; cum quottidie inciderent:diligentes homines notaſſe quæ plerunq; melius re
ſponderent:deinde ægrotantibus ea præcipere cœpiſſe:Sic medicinam ortam:ſubinde aliorum ſalu
te:aliorum interitu pernicioſa diſcernentem a ſalutaribus Reptis deinde miāe rediis homines de ra-
tionibus eorum diſſerere cœpiſſe nec poſt rationem medicinam eſſe inuētam:ſed poſt inuentam me
dicinam:rationem eſſe quæſitam. Requirere etiam ſi rō idē doceat quod experientia:an aliud. Si idē:
ſuꝑuacuā eſſe. Si aliud:ēt contrariā. Primo tamen remedia exploranda ſumma cura fuiſſe. nūc uero iā
explorata eſſe:neq; ulla:aut noua genera morborum reperiri:aut nouam deſiderari medicinā. Quod
ſi iam incidat mali genus aliquod ignotum:non ideo tamen fore medico de rebus cogitādum obſcu
ris:ſed eum protinus uiſurum. cui morbo id proximū ſit:tentaturumq; remedia ſimilia illis:quæ ui-

cino malo ſæpe ſuccurrerint:& per eius ſimilitudinem opē repertum.Neq̨.n.ſe dicere conſilio me
dicū nō egere:& irrationabile aīal hanc artē poſſe p̄ſtare:ſed has latentiū rerū coniecturas ad rem nō
pertinere:quia non interſit:quid morbū faciat:ſed quid tollat. Neq̨ ad rem pertineat quomō: ſed qd
optime digeratur:Siue hac de cā concoctio incidat:ſiue de illa.& ſiue concoctio ſit illa:ſiue tātum di-
geſtio.Neq̨ quærēdū eſſe quomō ſpiremus:ſed quid grauē tardūq̨ ſpiritū expediat. Neq̨ quid uenas
moueat:ſed quid quæq̨ motus genera ſignificent.Hæc aūt cognoſci experimētis:& in oībus eiuſmo
di cogitationibus in utrāq̨ partē diſſeri poſſe.Itaq̨ ingeniū & facūdiā uincere:morbos aūt nō eloquē
tia ſed remediis curari.Quæ ſi quis elinguis:uſu diſcreta bene norit:hūc aliquāto maiorē medicū fu-
turū:q̄ ſi ſine uſu linguā ſuā excoluerit.Atq̨ ea quidē:de quibus eſt dictū:ſuperuacua eſſe tātūmodo.
Id uero quod reſtat etiā crudele:uiuorum hoīum aluū atq̨ p̄cordia incidi & ſalutis humanæ p̄ſidē ar
tem nō ſolum peſtem alicui:ſed hanc etiā atrociſſimā inferre:cū præſertim ex his: quæ tāta uiolentia
quærant̄:alia nō poſſint oīo cognoſci:alia poſſint ēt ſine ſcelere.Nā colorē:liuorē:mollitiē:duritiem:
ſimiliaq̨ oīa nō eē talia īciſo corpore qualia integro fuerint. quia cū corporibus īuiolatis:hæc tamen
metu:dolore:inedia:cruditate:laſſitudine mille aliis mediocribus affectibus ſæpe mutent̄: multo ma
gis ueriſimile eſt īteriora:quibus maior mollities:lux ipſa noua ſit: ſub grauiſſimis uulneribus & ipſa
trucidatōe mutari:Neq̨ quicq̄ eſſe ſtultius:quā quale quidq̨ uiuo hoīe eſt tale exiſtimare eſſe morien
te:imo iam mortuo. Nā uteꝝ quidē qui minus ad rē pertineat ſpirante hoīe poſſe diduci? Simulatq̨
uero ferrum ad præcordia acceſſit:& diſciſſum tranſuerſum ſeptū ē:quod membrana quadā ſuperio
res partes ab inferioribus diducit(diaphragma græci uocāt)hoīem ꝓtinus animā amittere.Ita demū
mortui præcordia & uiſcus omne incōſpectū latrocinantis medici dari:qđ neceſſe ſit tale eē:q̄le mor
tui ſit:nō quale uiui fuit.Itaq̨ cōſeq medicū:ut hoīem crudeliter iugulet. nō ut ſciat qualia uiui uiſce
ra habeamus.Si quid tamē ſit:quod adhuc ſpirāte hoīe cōſpectui ſubiiciat̄:id ſæpe caſum offerre cu-
rantibus.Interdū enī gladiatorē in harena:uel militē in acie:uel uiatorē a latronibus exceptū ſic uul-
nerari:ut eius interior aliqua pars aperiatur:& in alio alia:ita ſedem:poſitum:ordinem:figuram:ſimi-
liaq̨ cognoſcere prudentem medicum nō cædem:ſed ſanitatem moliētem:idq̨ per miſericordiam di
ſcere:quod alii dira crudelitate cognouerint.Ob hoc ne mortuorum quidem laceratōnem neceſſariā
eſſe.Quæ & ſi nō crudelis:tamē fœda ſit:cū aliter plæraq̨ in mortuis ſe habeāt.Quantum uero in ui
uis cognoſci poteſt ipſa curatio oſtendat.Cum hæc ꝑ multa uolumina:per quæ magnæ cōtētionis di
ſputationes a medicis ſæpe tractata ſint atq̨ tractentur ſubiiciendum eſt quæ ꝓxima uero uideri poſ
ſint:Ea neq̨ addicta alterutri opinioni ſunt:neq̨ ab utraq̨ nimium abhorrentia:media quodammo-
do inter diuerſas ſententias.Quod in plurimis contentionibus deprehendere licet ſine ambitione ue
rum ſcruptantibus:ut in hac ipſa re. Namque demum cauſæ uel ſecūdam ualetudinem præſtent:uel
morbos excitent:quomō ſpiritus:aut cibus uel detrahatur uel digeratur:ne ſapientiæ quidem profeſ
ſores ſcientia comprehendunt:ſed coniectura perſequuntur.Cuius aūt rei nō ē certa noticia:eius opi-
nio certum reperire remedium non poteſt. Verumq̨ eſt ad ipſam curandi rationem nihil plus confer
re:q̄ experientiam . Quanq̄ igitur multa ſint ad ipſas artes proprie non pertinentia:tamē eas adiuuat
excitando artificis ingenium.Itaq̨ iſta quoq̨ naturæ rerum contemplatio q̄uis non faciat medicum
aptiorem:tamen medicinæ reddit profectum. Veriq̨ ſimile eſt & Hippocratem & Eraſiſtratū:& qui-
cunq̨ alii non contenti febres & ulcera agitare : rerum quoq̨ naturam ex aliqua parte ſcruptati ſunt:
nō ideo quidē medicos fuiſſe:ueꝝ ideo quoq̨ maiores medicos extitiſſe.Ratione uero opus ē ipſi me
dicinæ & ſi non inter obſcuras cauſas:neq̨ inter naturales actiones:tamen ſæpe. Eſt.n.hæc ars conie-
cturalis:neq̨ reſpondet ei plærunq̨ non ſolum coniectura:ſed etiam experientia.Et interdum non fe
bris:non cibus:non ſomnus ſubſequitur ſicut aſſueuit.Rarius:ſed aliquando morbus quoq̨ ipſe no-
uus eſt:quem non incidere:manifeſte falſum eſt:cum ætate noſtra quædā ex naturalibus partibus car
ne prolapſa & arente:intra paucas horas expiauerit:Sic ut nobiliſſimi medici:neq̨ genus mali: neq̨ re
medium inuenerint: Quos ego nihil tentaſſe iudico:quia nemo in ſplendida perſona periclitari con-
iectura ſua uoluerit:ne occidiſſe:niſi ſeruaſſet:uideretur. Veri tamen ſimile eſt: potuiſſe aliquid co-
gitare detracta tali uerecundia:& fortaſſe reſpōſurum fuiſſe id quod aliquis eſſet expertus . Ad quod
medicinæ genus neq̨ ſemper ſimilitudo aliquid confert & ſi quando confert:tamen id ipſum ratōna
le eſt inter multa ſimilia genera & morboꝝ & remediorum cogitare:quo potiſſimum medicamento
ſit utendum.Cum igitur talis res incidit:medicus aliquid oportet inueniat : quod non utiq̨ fortaſſe:
ſed ſæpius tamen etiam reſpondeat . Petet autem nouum quoq̨ conſiliū non ab rebus latētibus(iſtæ
enim dubiæ & incertæ ſunt:) ſed ab his quæ explorari poſſunt : ideſt euidentibus cauſis. Intereſt eīm
fatigatio morbum:an ſitis:an frigus:an calor:an uigilia: an fames fecerit:an cibi: uiniq̨ abūdantia:an
intemperantia libidinis:Neq̨ ignorare hunc oportet:quæ ſit ægri natura:humidum magis:an magis
ſiccū corpus eius ſit:ualidi nerui an infirmi:frequens aduerſa ualetudo an rara.ea quæ cū ē:uæhemēs
eē ſoleat:an leuis:breuis:an longa.Quod is uitæ genus ſit ſecutus: laborioſum: an quietū:cū luxu:an
cū frugalitate. Ex his enī:ſimilibuſq̨ ſæpe curādi noua rō ducēda eſt.Quāuis ne hæc quidē ſic præte
riri debent:quaſi nullā cōtrouerſiā recipiant.Nā & Eraſiſtratus non ex his fieri morbos dixit:quoniā
& alii & iidem alias:poſt iſta non febricitarent:& quidam medici ſæculi noſtri ſub auctore: ut ipſi ui-

deri uolunt:Themiſone contendunt nullus cauſæ notitiam quicq̃ ad curationes pertinere:ſatiſq; eſſe
quædã cõmunia morborum intueri.Si quidem horum tria genera eſſe:unum adſtrictum ; alterũ flu-
ens tertium mixtum.Nam modo parum excernere ægros:modo nimium: modo alia parte parũ: alia
nimium.Hæc autem genera morborum:modo acuta eẽ:mõ lõga:& mõ icreſcere:mõ cõſiſtere:mõ mi
nui conſueuerunt.Cognito igitur eo quod ex his eſt:ſi corpus adſtrictum eſt:digerendum eſſe: ſi pro
fluuio laborat: continendum:ſi mixtum uitium habet:occurrẽdum ſubinde uæhementior malo . &
aliter acutis morbis medendum aliter uetuſtis:aliter increſcentibus:aliter ſubſtitentibus ; aliter iã ad
ſanitatem inclinantibus.Horum obſeruationem medicinam eſſe.quam ita finiunt;ut quaſi uiã quan
dam:q̃ methodon græci nominant.eorumq; quæ in morbis communia ſunt ; contemplatricem eſſe
contendunt: ac neq; rationalibus ſe neq; experimenta tantũ ſpectantibus annumerari uolũt:cum ab
illis eo nomine diſſentiant quod in coniectura rerum latentium uolũt eſſe medicinã ab his eo quod
parum artis eſſe in obſeruatione experimentorum credunt.Quod ad Eraſiſtratũ pertinet:primũ ipſa
euidentia eius opinioni repugnat:quia raro niſi poſt horum aliquid morbus uenit.Deinde nõ ſequi-
tur;ut quod alium non afficit:aut eundem alias:id ne alteri quidem:aut eidem tempore alio noceat.
Poſſunt enim quædam ſubeſſe corpori:uel ex infirmitate eius:uel ex aliquo affectu.quæ uel ĩ alio nõ
ſunt: uel in hoc alias non fuerunt:eaque per ſe nõ tanta ui concitant morbum: tamen obnoxium ma
gis aliis iniuriis corpus efficiunt.Quod ſi contemplationem rerum naturæ;quam temere medici ſibi
uendicant:ſatis comprehendiſſet etiam illud ſciſſet:nihil oĩno ob unam cãm fieri ſed id pro cã appre-
hendi:quod contuliſſe plurimum uidetur.Poteſt autem id dum ſolum eſt non mouere: quod iunctũ
aliis maxime mouet.Accedit ad hæc:quod ne ipſe quidem Eraſiſtratus:qui tranſfuſo in arterias ſan-
guine febrem fieri dicit:idque nimis repleto corpore ĩcidere repperit:cur ex duobus æque repletis al
ter in morbum inciderit:alter omni periculo uacarit:quod quottidie fieri apparet:nõ diſcreuerit. Ex
quo diſci poteſt:ut uera ſit illa tranſfuſio: tamẽ illam non per ſe cum plenum corpus eſt fieri ſed cum
horum aliquid acceſſerit.Themiſonis uero æmuli ſi perpetua quæ promittũt habent: magis etiam q̃
ulli rõales ſunt.Neq;.n.ſiquis non oĩa tenet quæ rõalis alius probat;ꝓtinus alio nouo noĩe artis indi-
get.Si modo:qđ primũ ẽ,nõ memoriæ ſoli:ſed rõni quoq; ĩſiſtit.Si uero:quod ꝓprius eſt:uix ulla per
petua p̄cepta medicinalis ars recipit:idẽ ſunt qđ hi: quos expimenta ſola ſuſtinẽt.Eo magis quoniã ſi
cõpreſſerit aliquem morbus an fuderit:quilibet etiã ipitiſſimus uidet.Quid aũt cõpreſſum corpus re
ſoluat:quid ſolutũ teneat:ſi a ratõe tractũ eſt:rationalis eſt medicus. Si ut ei qui ſe rationalẽ negat:cõ
fiteri neceſſe eſt:ab expientia empiricus ẽ.Ita apud eũ morbi cognitio extra artẽ: medicina ĩtra uſum
eſt.Neq; adiectum quicq̃ empiricoꝝ profeſſioni:ſed demptũ eſt ; quoniã illi multa circunſpiciunt: hi
tantum facillima & non plus q̃ uulgaria.Nam & hi qui pecoribus ac iumentis medentur: cum ꝓpria
cuiuſq; ex multis animalibus noſſe non poſſint:communibus tantummodo inſiſtunt. Et exteræ gen
tes cum ſubtilem medicinæ rationem non nouerint:communia tantum uident.Et qui ample ualetu
dinarios nutriunt:quia ſingulis ſumma cura conſulere non ſubſtinent:ad communia iſta cõfugiunt.
Neq; hercules iſtud & antiqui medici neſcierunt:ſed his contenti non fuerunt. Ergo etiam uetuſtiſſi
mus auctor Hippocrates dixit mederi oportere & communia & propria intuentem. Ac ne iſti quidẽ
ipſi intra ſuum profeſſionem conſiſtere ullo modo poſſunt.Si quidem & compreſſorum & fluentium
morborum genera diuerſa ſunt:faciliuſq; id in his quæ fluunt; inſpici poteſt. Aliud eſt.n.ſanguinem:
aliud bilem:aliud cibum mouere:aliud deiectionibus:aliud torminibus laborare; aliud ſudore dige-
ri:aliud tabe conſumi.Atq; in partes quoq; humor erumpit ut in oculos aureſq; . Quo periculo nul-
lum humanum membrum uacat:Nihil aũt horum ſic:ut aliud curatur. Ita protinus in his a commu
ni fluentis morbi contemplatione ad propriam medicina deſcẽdit.Atq; ĩ hac quoq; rurſus alia ꝓprie
tatis noticia ſæpe neceſſaria eſt.quia nõ eadem oĩbus etiã in ſimilibus caſibus opitulantur. Si quidem
certæ quædã res ſunt;quæ in pluribus uentrẽ aut aſtringũt aut reſoluunt:Inueniuntur tamẽ in q̃bus
aliter atq; in cæteris idẽ eueniat.In his ergo cõmuniũ inſpectio contraria eſt;propriorum tãtũ ſaluta-
ris.Et cauſæ quoq; æſtimatio ſæpe morborum ſoluit.Ergo etiã ingenioſiſſimus ſæculi noſtri medi-
cus:quẽ nuper uidimus.Caſſius febricitãti cuidã & magna ſiti affecto:cũ poſt ebrietatẽ eũ præmi cœ
piſſe cognoſceret;aquã frigidã ingeſſit.Qua ille epota:cũ uini uim miſcẽdo fregiſſet ; ꝓtinus febrem
ſomno & ſudore diſcuſſit.Quod auxilium medicus oportune ꝓuidit:nõ ex eo:quod aut ſtrictũ cor-
pus erat:aut fluebat:ſed ex cauſa:quæ ante præceſſerat . Eſtq; etiã propriũ aliquid & loci & temporis
iſtis quoq; auctoribus:qui cum diſputant quemadmodum ſanis hominibus agẽdum ſit ; præcipiunt
ut grauibus aut locis aut temporibus magis uitetur frigus:æſtus:ſacietas:labor:libido: magiſq; ut cõ-
quieſcat hiſdem aut locis aut temporibus ſi quis grauitatẽ corporis ſentit:ac neq; uomitu ſtomachũ:
neq; purgatõe aluum ſolicitet. Quæ uera quidẽ ſunt:a cõmunibus tamen ad quædã propria deſcen-
dunt.niſi perſuadere nobis uolunt:ſanis quidem conſiderandũ eſſe. quod cælum: quod tempus anni
ſit:ægris uero non eſſe.Quibus tanto magis omnis obſeruatio neceſſaria eſt:quãto magis obnoxia of
fenſis infirmitas eſt.Quin etiam morborum in hiſdem hominibus aliæ atq; aliæ proprietates ſunt:&
qui ſecundis aliquando fruſtra curatus eſt:cõtrariis ſæpe reſtituitur. Plurimaq; in blando cibo diſcri-
mina reperiunť.Ex quibus contentus uno ero.Nã famem facilius fert adoleſcẽs quã puer ; facilius in

denſo cælo:quam in tenui:facilius in hyeme quam æſtate:facilius uno cibo:quã prandio quoq; aſſuetus:facilius inexercitatus:quam exercitatus homo ſuſtinet.Sæpe autem in eo magis neceſſaria cibi feſtinatio eſt:qui minus inediam tolerat.Ob quæ competit eum qui propria non nouit,communia tantum intueri debere:eumque qui noſſe propria poteſt:illa quidem non oportere negligere:ſed his quoque inſiſtere.Ideoque cum par ſcientia ſit utiliorem tamen medicum eſſe amicum:ꝗ extraneum. Igiť ut ad propoſitũ meum redeam:rationalem quidẽ puto medicinam eſſe debere:inſtrui uero ab euidẽtibus cauſis:obſcuris omnibus non a cogitatione artificis:ſed ab ipſa arte reiectis. Incidere autem uiuorum corpora & crudele & ſuperuacuum eſt:mortuorum corpora diſcentibus neceſſarium. Nam poſitum & ordinem noſſe debent.Quæ cadauera melius quam uiuus & uulneratus homo repreſentant:Sed & cætera quæ modo in uiuis cognoſci poſſunt:i ipſis curationibus uulneratorum paulo tardius.ſed aliquando mitius uſus ipſe mõſtrauit.His propoſitis primum dicam quemadmodum ſanos agere conueniat:tum ad ea tranſibo:quæ ad morbos curationeſque eorum pertinebunt.

## Caput primum quemadmodum ſanos agere conueniat.

S Anus homo qui & bene ualet & ſuæ ſpontis eſt:nullis obligare ſe legibus debet:ac neque medico:neque alipta egere.Hunc oportet uarium habere uitæ genus.modo ruri eſſe: modo in urbe:ſæpius que in agro:nauigare:uenari:quieſcere interdum:ſed frequẽtius ſe exercer.eSiquidem ignauia corpus hebetat:labor firmat illa naturam ſenectutem: hic longam adoleſcentiam reddit.Prodeſt etiam interdum balneo:interdum aquis frigidis uti:modo ungi:modo id ipſum negligere.nullum cibi genus fugere:quo populus utatur interdum in conuiuio eſſe:interdũ ab eo ſe retrahere.modo plus iuſto:modo nõ amplius aſſumere.bis die potius:quam ſemel cibum capere & ſemper quãplurimum:dummodo hunc concoquat.Sed ut huius generis exercitationes:cibiq; neceſſarii ſunt:ſic athletici:ſuperuacui:Nam & intermiſſus propter ciuiles aliquas neceſſitates ordo exercitationis:corpus affligit:& ea corpora quæ more eorum repleta ſunt: celerrime & ſeneſcunt & ægrotant.Concubitus uero neque nimis concupiſcendus neq; nimis pertimeſcendus eſt. Rarus corpus excitat.frequens ſoluit.Cum autem frequens non numero ſit:ſed natura:ratione ætatis & corporis ſcire licet eum non inutilem eſſe:quem corporis neq; languor:neque dolor ſequitur.Idem iterdiu peior eſt:noctu tutior.ita tamen ſi neque illum cibus:neque hunc cum uigilia labor ſtatim ſequitur. Hæc firmis ſeruanda ſunt:cauendumque ne in ſecunda ualetudine:aduerſæ præſidia conſumantur.

## Quæ ſtomacho imbecillis ſeruanda ſint. Caput ſecundum.

AT imbecillis ſtomacho:quo in numero magna pars urbanorum omneſq; pene cupidi litterarum ſunt:obſeruatio maior:neceſſaria eſt,ut quod uel corporis uel loci:uel ſtudii ratio detrahit:cura reſtituat.Ex his igitur qui bene concoxit: mane tuto ſurget. qui parum quieſcere debet.& ſi mane ſurgendi neceſſitas fuerit:redormire.Qui non concoxit: ex toto conquieſcere:ac neque labori ſe:neq; exercitationi:neq; negocio credere.Qui crudum ſine præcordiorum dolore ructat:is ex interuallo aquam frigidam bibere:& ſe nihilo minus continere.Habitare uero ædificio lucido per flatum æſtiuum hibernum ſolem habente.cauere meridianum ſolem:matutinum & ueſpertinum frigus:itemque auras fluminum atque ſtagnorum:minimeque nubilo cælo ſoli aperienti ſe committere:ne modo frigus:modo calor moueat.Quæ res maxime grauedines deſtillationeſque concitat.Magis uero grauibus locis iſta ſeruanda ſunt:in quibus etiam peſtilentiam faciũt. Scire autem licet integrum corpus eſſe:cum quottidie mane urina alba:dein ruffa eſt.Illud concoquere:hoc concoxiſſe ſignificat.Vbi experrectus eſt aliquis:paulum intermittere:deinde niſi hyems eſt: fouere os multa aqua frigida debet:longis diebus meridiari potius ante cibum:ſin minus:poſt eum.ꝑ hyemem potiſſimum totis noctibus conquieſcere.Sin lucubrandum eſt:nõ poſt cibum id facere: ſed poſt concoctionem.Quem interdiu uel domeſtica:uel ciuilia officia tenuerunt:huic tempus aliquod ſeruandum curationi corporis ſui eſt.Prima autem eius curatio exercitatio eſt:quæ ſemper antecedere cibum debet:in eo qui minus laborauit & bene concoxit amplior:in eo qui fatigatus eſt & minus concoxit remiſſior.Commode uero exercent:clara lectio:arma pila:curſus ambulatio. Atque hæc nõ utique plana commodior eſt.Si quidem melius aſcenſus quoque & deſcenſus cum quadam uarietate corpus moueat:niſi tamen id per quam imbecillum eſt.Melior autem eſt ſub diuo:quam in porticu. melior ſi caput patitur in ſole:quam in umbra.melior in umbra quam parietes aut uiridaria efficiũt: quam quæ tecto ſubeſt.melior recta:quam flexuoſa.Exercitationis autem plærũque finis eſſe debet ſudor:aut certe laſſitudo:quæ citra fatigationem ſit. idque ipſum:modo minus modo magis faciendum eſt.Ac ne his quidem athletarum exemplo:uel certa eſſe lex:uel ĩmodicus eſſe labor debet.Exercitationem recte ſequitur:modo unctio uel in ſole uel ad ignem:modo balneum: ſed conclaui quam maxime & alto & lucido & ſpacioſo. Ex his uero neutrum ſæpe fieri oportet ; ſed ſæpius alterutrũ pro corporis natura. Poſt hæc paulum conquieſcere opus eſt. Vbi ad cibum uentum eſt: nunquam utilis eſt nimia ſacietas. Sæpe inutilis nimia abſtinentia. ſæpe ſi qua intemperantia ſubeſt durior eſt in potione quam in eſca. Cibus a ſalſamentis ; oleribus ; ſimilibuſque rebus melius

incipit.Tum caro aſſumenda eſt.quæ aſſa optima aut elixa eſt.Condita omnia duabus de cauſis inuti
lia ſunt.quoniam & plus propter dulcedinem aſſumitur:& quod modo par eſt:tamen ægrius conco-
quitur.Secunda menſa bono ſtomaco nihil nocet:in imbecillo coaceſit:Si qs itaq; hoc parū uidelicet
palmulas pomaq; & ſimilia melius primo cibo aſſumit.Poſt multas potiones quæ aliquantum ſitim
exceſſerunt:nihil edendum eſt.poſt ſacietatem:nihil agendum.Vbi expletus eſt aliquis:facilius cōco-
quit:ſic quicquid aſſumpſit potione aquæ frigidæ includit:tum pauliſper inuigilat:deinde bene dor-
mit.Si quis interdiu ſe implebit:poſt cibum neq; frigori.neq; æſtui:neq; labori ſe debet committere.
Neque enim tam facile hæc inani corpore quam repleto nocent.Si quibus de cauſis futura inedia eſt:
labor omnis uitandus eſt.

Obſeruationes quædam prout res nouæ accidunt & corporum genera & ſexus & ætates & tempo-
ra anni ſunt. Caput tertium.

Tq; hæc quidem pene perpetua ſunt.Quaſdam autem obſeruationes deſiderant & nouæ
res & corporum genera & ſexus & ætates & tempora anni.Nam neq; ex ſalubri loco ī gra-
uem.neq; ex graui in ſalubrem tranſitus ſatis tutus eſt.Ex ſalubri ī grauem prima hyeme:
ex graui in eum qui ſalubris eſt prima æſtate tranſire melius eſt.Neq; uero ex multa fame.
nimia ſacietas: neq; ex nimia ſacietate fames idonea eſt.Periclitaturque & qui ſemel & qui bis die ci-
bum incontinenter contra cōſuetudinem aſſumit.Item neque ex nimio labore ſubitum ocium neq;
ex nimio ocio ſubitus labor ſine graui noxa eſt.Ergo cum quis mutare aliquid uolet:paulatim debe-
bit aſſueſcere.Omnem etiam laborem facilius uel puer uel ſenex:quam inſuetus homo ſuſtinet. Atq;
ideo quoq; minus ocioſa uita utilis non eſt:quia poteſt incidere laboris neceſſitas.Si quando tamen ī-
ſuetus aliquis laborauit:aut multo plus quam ſolet.etiam ſi qui aſſueuit:huic ieiuno dormiendū eſt:
multo magis ſi etiam os amarum eſt:uel oculi caligant:aut uenter perturbatur. Tum enim non dor-
miendum tantummodo ieiuno eſt:ſed etiam in poſterum diem permanēdum:niſi cito id quies ſuſtu
lit.Quod ſi factum eſt.ſurgere oportet & lente paululum ambulare.At ſi ſomni neceſſitas nō fuit qa
modice magis aliquis laborauit:tamen ingredi aliquid eodem modo debet.Communia deinde omni
bus ſunt poſt fatigationem cibum ſumpturis:ubi paulum ambulauerūt.ſi balneum non eſt:calido lo
co uel in ſole:uel ad ignem ungi atq; ſudare ſi eſt ante omnia in tepidario reſidere:deinde ubi paulum
conquieuerunt:intrare & deſcendere in ſolium:tum multo oleo ungi leniterque perfricari:iterum in
ſolium deſcendere.Poſt hæc os aqua calida fouere:deinde frigida.Balneum his feruens idoneum non
eſt.Ergo ſi nimium alicui fatigato pene febris eſt:huic abunde eſt loco tepido demittere ſe inguini-
bus tenus in aquam calidam:cui paulum olei adiectum:deinde totum quidem corpus maxime tamē
eas partes:quæ in aqua fuerunt leniter perfricare ex oleo:cui uinum & paulum contriti ſalis ſit adie-
ctum.Poſt hæc omnibus fatigatis aptum ē cibum ſumere:eoq; humido uti:aqua uel certe diluta po-
tione eſſe contentos:maximeq; ea quæ moueat urinam.Illud quoq; noſſe oportet:quod ex labore ſu-
danti frigida potio perniocioſiſſima eſt. atq; etiam cum ſudor ſe remſit itinere fatigatis inutilis.A bal-
neo quoq; uenientibus Aſclepiades inutilem eam iudicauit. Quod in his uerum eſt: quibus aluus fa
cile nec tuto reſoluitur:quiq; facile inhorreſcunt:perpetuum in omnibus non eſt:cum potius natura
le ſit potione æſtuantem ſtomachum refrigerari:frigentem calefieri.Quod ita præcipio:ut tamen fa-
tear ne ex hac quidem cauſa ſudanti adhuc frigidum bibendum eſſe.Solet etiam prodeſſe poſt uari-
um cibum:frequenteſq; dilutas potiones:uomitus:& poſtero die longa quies:deinde modica exerci-
tatio.Si aſſidua fatigatio urget:inuicem modo aqua:modo uinum bibendum eſt:raroque balneo utē
dum.Leuatque laſſitudinem etiam laboris mutatio;eumque:quem nouum genus eiuſdē laboris preſ
ſit:id quod in conſuetudine eſt:reficit.Fatigato quottidianum cubile tutiſſimum eſt:inſolitum con-
tra laſſat.Quod enim contra conſuetudinem eſt:nocet:ſeu molle:ſeu durum eſt.Proprie quædam ad
eum pertinent:qui ambulando fatigatur.Hunc reficit in ipſo quoq; itinere frequens frictio.poſt iter:
primum ſedile:deinde unctio:tum calida aqua in balneo magis ſuperiores partes:q̄ inferiores foueat.
Si qs uero exuſtus ī ſole ē:huic ī balneū ꝓtinus eundū eſt:ꝑfundendumque oleo corpus & caput:dein
de in ſolium bene calidum deſcendendum eſt:tum multa aqua per caput infundenda prius calida:de-
inde frigida.At ei qui perfrixit:opus eſt in balneo primum inuoluto ſedere donec inſudet: tum ungi:
deinde lauari:cibum modicum:potiones meracas aſſumere.Is uero qui nauigauit & nauſea preſſus ē:
ſi multam bilem euomuit:uel abſtinere cibo debet:uel paulum aliquid aſſumere.Si pituitam acidam
effudit:utique ſumere cibum:ſed aſſueto leuiorem.ſi ſine uomitu nauſea fuit:uel abſtinere:uel poſt ci
bum uomere.Qui uero toto die:uel ī uehiculo uel in ſpectaculis ſedet:huic nihil currendū: ſed lente
ambulandū eſt.Lenta quoq; in balneo mora:dein cœna exigua ꝓdeſſe cōſueuerūt.Si qs ī balneo æſtu
at:reficit hunc ore exceptū & in eo retentū acetū.Si id non eſt:eodē modo frigida aqua aſſumpta.An-
te omnia aūt norit quiſq; naturam ſui corporis.quoniā alii graciles alii obeſi ſunt:alii calidi: alii frigi-
diores:alii humidi alii ſicci:alios aſtricta:alios reſoluta aluus exercet.Raro quiſquā non aliquā partē
corporis imbecillam habet.Tenuis uero homo implere ſe debet:plenus extenuare: calidus refrigera-
re:frigidus calefacere:madēs ſiccare:ſiccus madefacere.itēq; aluū firmare is cui fuſa:ſoluere is:cui aſtri
cta ē.Succurrendūq; ſemꝑ parti maxime laboranti eſt.Implet aūt corpus modica exercitatio:frequen-

tior quies:unctio:& ſi poſt prándium eſt balneum:cõtracta aluus:modicũ frigus hyeme:ſomnus & ple
nus & non nimis longus:molle cubile:animi ſecuritas:aſſumpta per cibos & potiones maxime dulcia
& pinguia:cibus & frequentior & quátus pleniſſimus poteſt concoqui.Extenuat corpus aqua calida
ſiquis in eam deſcendit:magiſque ſi ſalſa eſt:in ieiunio balneum:inurens ſol:& omnis calor:cura:uigi-
lia:ſomnus nimium uel breuis:uel longus:lectus per æſtatem terra:hyeme durum cubile:curſus:mul
ta ambulatio:omniſq; uæhemens exercitatio:uomitus:deiectio:acidæ res & auſteræ & ſemel die aſ-
ſumptæ epulæ:& uini non perfrigidi ieiuno potio in conſuetudinem adducta. Cum uero inter exte-
nuantia poſuerim uomitum & deiectionem:de his quoque proprie quædam dicenda ſunt. Eiectum
eſſe ab Aſclepiade uomitum in eo uolumine:quod de tuenda ſanitate compoſuit:uideo.neque repræ
hendo:ſi offenſus eorum eſt conſuetudine:qui quottidie eiiciendo uorandi facultatem moliunt.Pau
lo etiam longius proceſſit: idem purgatiões quoq; eodem uolumine expulit.Et ſunt hæ pernicioſæ:
ſi nimis ualentibus medicamentis fiunt. Sed hæc tamen ſubmouenda eſſe non eſt perpetuum: quia
corporum temporumq; ratio poteſt ea facere neceſſaria:dum & modo:& non niſi cum opus eſt:adhi
beantur.Ergo ille quoque ipſe ſi quid iam corruptum eſſet:expelli debere confeſſus eſt. Ita non ex to
to res condemnanda eſt.Sed eſſe eius etiam plures cauſæ poſſunt,eſtque in ea quædam paulo ſubtili-
or obſeruatio adhibenda. Vomitus utilior eſt hyeme:quam æſtate.Nam tum & pituitæ plus: & capi
tis grauitas maior ſubeſt.Inutilis eſt gracilibus:& imbecillum ſtomachum habentibus. Vtilis eſt ple-
nis & bilioſis omnibus:ſi uel nimium ſe replerunt:uel parum concoxerunt. Nam ſiue plus eſt: quam
quod concoqui poſſit:periclitari ne corrumpatur:non oportet.Si uero corruptum eſt:nihil commo-
dius eſt:quam id:qua uia primum expelli poteſt:eiicere.Itaq; ubi amari ructus cum dolore & grauita
te præcordiorum ſunt:ad hunc protinus confugiendum eſt. Item prodeſt ei:cui pectus æſtuat:& fre-
quens ſaliua:uel nauſea eſt:aut cui ſonant aures:aut madent oculi:aut os amarum eſt.Similiterque ei:
qui uel cælum:uel locum mutat:hiſq; quibus:ſi per plures dies non uomuerunt.dolor præcordia in-
feſtat.Neque ignoro inter hæc præcipi quietem.quæ non ſemper contingere poteſt agendi neceſſita-
tem habentibus:nec in omnibus idem facit.Itaque iſtud luxuriæ cauſa fieri non oportere confiteor.
Interdum ualetudinis cauſa recte fieri experimentis credo.Commoneo tamen ne quis: qui ualere &
ſeneſcere uolet:hoc quottidianum habeat.Qui uomere poſt cibũ uolet:ſi ex facili facit:aquã tantum
tepidã ante debet aſſumere.ſi difficilius:aquæ:uel ſalis:uel mellis paulũ adiicere.At qui mane uomitu
rus eſt:ante bibere mulſum:uel iſopũ:aut eſſe radiculã debet.deinde aquã tepidã:ut ſupra ſcriptũ eſt:
bibere.Cætera quæ antiqui medici ꝓceperunt:ſtomachũ omnia infeſtant.Poſt uomitũ:ſi ſtomachus
ĩfirmus eſt:paulũ cibi:ſed huius idonei:guſtandũ:& aquæ frigidæ cyathi tres bibẽdi ſunt. Si ãt uomi
tus fauces exaſperauit:qui uomuit:ſi mane id fecit ambulare debet:tũ ungi:deinde cœnare.Si poſt cœ
nã:poſtero die lauari.& in balneo ſudare.hinc ꝓximus cibus: mediocris utilior eſt: iſq; eſſe debet cũ
pane heſterno:uino auſtero meraco:& carne aſſa:cibiſq; oĩbus quã ſicciſſimis.Qui uomere bis ĩ mẽ-
ſe uult:melius conſulet:ſi biduo cõtinuarit:quã ſi poſt quintũ decimum diẽ uomuerit:niſi hæc mora
grauitatẽ pectori faciet.Deiectio aũt medicamento quoque petenda eſt:ubi uenter ſuppreſſus parũ
reddit:ex eoque inflãmationes:caligines:capitis dolores.aliaq; ſuperioris partis mala increſcunt:quid
enim inter hæc adiuuare poſſunt quies & inedia quæ ꝑ illas maxime eueniunt:Qui eiicere uolet: pri
mũ cibis uiniſq; utetur his:quæ hoc præſtant:Dehinc ſi parũ illa proficient:aloen ſumat. Sed purga-
tiões quoq; ut interdũ neceſſariæ ſunt:ſic ubi frequẽtes ſunt,ꝑiculum afferunt. Aſſueſcit.n.nõ ali cor
pus:& ob hoc infirmũ erit:cũ oĩbus morbis obnoxia maxime ĩfirmitas ſit.Calefacit aũt unctio:aqua
ſalſa:magiſq; ſi calida eſt.oĩa ſalſa:amara:carnoſa:ſi poſt cibũ eſt balneũ:uinũ auſterũ.Refrigerat in ie
iunio & balneum & ſomnus niſi nimis lõgus eſt & oĩa acida:aqua q̃ frigidiſſima:oleũ ſi aquæ miſcea-
tur.Humidum aũt corpus efficit labor maior q̃ ex cõſuetudine:frequens balneũ:cibus plenior: mul-
ta potio:poſt hac ambulatio & uigilia.Per ſe quoq; ambulatio multa & uæhemens & matutina exer
citatio & non protinus cibus adiectus:ea genera eſcæ quæ ueniunt ex locis frigidis & pluuiis & irrigu
is:Cõtra ſiccat modica exercitatio:fames:unctio ſine aqua:calor:ſol modicus,frigida aqua cibus exer
citatõni ſtatim ſubiectus:& is ipſe ex ſiccis & æſtuoſis locis ueniẽs.Aluũ aſtringit labor:ſedile: creta ſi
gularis corpori illita:cibus ĩminutus:& is ipſe ſemel die aſſumptus ab eo qui bis ſolet:exigua potio ne
que adbibita niſi cũ cibi qs quãtũ aſſumpturus ẽ cepit:poſt cibũ qes.Contra ſoluit aucta ambulatio
atq; eſca:poſt motus q poſt cibũ ẽ:ſubinde potiões cibo ĩmixtæ.Illud quoq; ſcire oportet:qđ uẽtrem
uomitus ſolutum comprimit:compreſſum ſoluit.Itemque comprimit is uomitus:qui ſtatim poſt ci
bum eſt:ſoluit is qui tarde ſuperuenit.Quod ad ætates uero pertinet:inediam faciliſſime ſuſtinent me
diæ ætates:minus iuuenes:minime pueri & ſenectute confecti.Quo minus fert facile quiſque:eo ſæ-
pius debet cibum aſſumere.maximeque eo eget qui increſcit.Calida lauatio & pueris & ſenibus apta
eſt. Vinum dilutius pueris:ſenibus meracius.neutri ætati quæ inflationes mouent. Iuuenum minus
quæ aſſumant & quomodo curentur:intereſt.Quibus iuuenibus fluxit aluus plærũq; ĩ ſenectute cõ
trahitur.quibus in adoleſcentia fuit aſtricta:ſæpe in ſenectute ſoluitur.Melior eſt autem ĩ iuuene fu-
ſior:in ſene aſtrictior.Tempus quoq; anni conſiderare oportet.Hyeme plus eſſe conuenit: minus:ſed
meracius bibere:multo pane uti:carne potius elixa:modice oleribus:ſemel die cibum capeř:niſi ſi ni

mis uenter aſtrictus eſt:Si prandet aliquis:utilius eſt exiguum aliquid & ipſum ſiccum ſine carne:ſine potione ſumere.Eo tẽpore anni calidis oĩbus potius utendum eſt:uel calorem mouẽtibus. Venus tũ non æque pernicioſa eſt.At uere paulum cibo demendum:adiiciendũq; potioni:ſed dilutius tamẽ bibendum eſt:magis carne utendum.magis oleribus:tranſeundũ paulatim ad aſſa ab elixis:Venus eo tẽpore anni tutiſſima eſt.Aeſtate uero & potione & cibo corpus ſæpius eget.Ideo prandere quoque cõmodum eſt.Eo tempore aptiſſima ſunt & caro & olus:potio quam dilutiſſima: ut & ſitim tollat: nec corpus incendat:frigida lauatio:caro aſſa:frigidi cibi:uel qui refrigerent Vt ſæpius aũt cibo utẽdum:ſic exiguo eſt.Per autumnum propter cæli uarietatem periculum maximum eſt.Itaque neque ſine ueſte:neq; ſine calciamẽtis prodire oportet:præcipueq; diebus frigidioribus:neq; ſub diuo nocte dormire:aut certe bene operiri.Cibo uero iam paulo pleniore uti licet:mĩus:ſed meracius bibere Poma nocere quidam putant:quæ immodice toto die plerunque ſic aſſumuntur ne quid ex denſiore cibo remittatur.Ita non hæc ſed conſumatio oĩum nocet.Ex quibus in nullo tamen minuſq̃ in his noxæ ẽ. Sed his uti non ſæpius quam alio cibo conuenit.Deniq; aliquid denſiori cibo cum hic accedit:neceſſarium eſt demi.Neque æſtate uero neque autumno utilis uenus eſt: Tolerabilior tamen per autumnum:æſtate in totum ſi fieri poteſt abſtinendum.

De his:qui aliqua parte corporis laborant:& primum de his quibus caput infirmũ eſt. Caput. IIII.

Roximum eſt ut de his dicam: qui partes aliquas corporis imbecillas habent. Cui caput infirmũ eſt:is ſi bene cõcoxerit:leniter perfricare id mane manibus ſuis debet.nũquam id:ſi fieri poteſt:ueſte uelare:aut ad cutem tonderi.Vtileq; lunã uitare:maximeque ante ipm lunæ:ſoliſq; concurſum.ſed nuſquã poſt cibũ ꝓgredi.Si cui capilli ſunt:eos quottidie pectere multũ ambulare.ſed ſi licet neq; ſub tecto neq; ĩ ſole.Vbiq; aũt uitare ſolis ardorẽ:maximeq; poſt cibũ & uinũ:potius ungi:q̃ lauari:nunq̃ ad flammã ungi:ĩterdũ ad prunã.Si in balneũ uenit:ſub ueſte primum paulũ in tepidario inſudare:ibi ungi:tum tranſire in calidariũ.ubi ſudabit:in ſolium non deſcendere:ſed multa calida aqua per caput ſe totum perfundere:tum tepida:dein frigida:diutiuſq; ea caput:quã cæteras part es perfundere: deinde id aliquandiu perfricare:nouiſſime detergere & ungere. Capiti nihil æque ꝓdeſt atq; aqua frigida.Itaq; is cui hoc infirmũ eſt:ꝑ æſtatem id bene largo canali quottidie debet aliquãdiu ſubiicere.Semp aũt ẽt ſi ſine balneo unctus eſt:neq; totũ corpus refrigerare ſuſtinet:caput tamen aqua frigida perfundere.Sed cum cæteras partes attingi nolit:demittere id ne ad ceruices aqua deſcendat:eamq; ne quid oculis:aliiſue partibus noceat defluentẽ ſubinde manibus ad os regere.Huic modicus cibus neceſſarius ẽ:quem facile cõcoquat.iſq; ſi ieiunio caput læditur:aſumẽdus etiam medio die eſt.Si nõ læditur ſemel potius.Bibere huic aſſidue uinum dilutum:leue:quam aquã magis expedit:ut cum caput grauius eſſe cœperit:ſit quo confugiat.eique ex toto neque uinum neq; aqua ſemper utilia ſunt.medicamentum utrumque eſt:cum inuicem aſſumitur Scribere:legere:uoce contendere huic opus non eſt utiq; poſt cœnam:poſtq̃ nec cogitatio quidem ei ſatis tuta eſt:maxime tamen uomitus alienus eſt.

De his qui lippitudine:grauedine deſtillatione:tonſilliſque laborant: Caput quintum.

Eq; uero his ſolis quos capitis imbecillitas torquet uſus aquæ frigidæ prodeſt:ſed his etiam:quos aſſidue lippitudines:grauedines:deſtillationes:tonſillizque male habent:His autem non caput tantum quottidie perfundendum eſt:ſed os quoque multa frigida aqua fouendũ eſt.Præcipueq; oĩbus q̃bus hoc utile auxiliũ eſt:eo utendũ eſt ubi grauius cælũ auſtri reddiderunt.Cumq; omnibus inutilis ſit poſt cibũ aut contentio:aut cogitatio animi:tũ his præcipue:q uel capitis uel arteriæ dolores habere cõſuerũt uel quoſlibet alios oris affectus.Vitari ẽt grauedines:deſtillationeſq; poſſunt:ſi quã minime eũ:q his oportunus eſt:aerẽ:uel loca aquaſq; mutet.ſi caput ĩ ſole ꝓtegit ne ĩcendaẽ:ne ue ſubitũ ex repentino nubilo frigus id moueat. Si poſt concoctionem ieiunus caput radit. Si poſt cibum neque legit:neque ſcribit.

Ad ſolutam aluum remedia. Caput ſextum.

Vem uero frequenter cita aluus exercet:huic opus eſt pila:ſimilibuſq; ſupiores ptes exercere:dũ ieiunus ẽ ambulare:uitare ſolis nimiũ ardorẽ:continua balnea:ungi citra ſudorẽ:nõ uti cibis uariis:minimeq; uirulentis aut leguminibus:oleribuſue his quæ celeriter deſcẽdũt:oĩa deniq; fugere quæ tarde cõcoquunẽ.Venatio:duriq; piſces:& ex domeſticis aĩalibus aſſa caro maxime iuuant.Nunquã uinũ ſalſum bibere expedit:ne tenue qdẽ aut dulce:ſed auſterũ & plenius:neq; id ipſum puetus.Si mulſo uti uolet:id ex decocto melle faciendũ eſt. Si frigidæ potiones uentrem eius non turbant:his utendum potiſſimum eſt.Si quid offenſæ ĩ cœna ſenſit: uomere debet:idque poſtero quoque die facere.tertio modici ponderis panem ex uino eſſe:adiecta uua.uel olea:uel ex defruto:ſimilibuſq; aliis.deinde ad conſuetudinem redire.Semper autem poſt cibum conquieſcere:ac neq; intendere animum:neq; ambulatione quamuis leui dimoueri.

Remedia ad coli dolorem. Caput ſeptimum.

T ſi laxius inteſtinum dolere conſueuit:quod colum nominant:cum id nihil niſi genus inflationis ſit:id agendum eſt:ut concoquat aliquis:ut lectione & aliis generibus exerceaẽ:utatur balneo calido:cibis quoq; & potõnibus calidis:deniq; omnimodo frigus euitet.itẽ

dulcia omnia:leguminaq; & quicquid inflare conſueuit.

Quæ agenda ſint ſtomacho laborantibus. Caput octauum.

Iquis uero ſtomacho laborat:legere clare debet:poſt lectionem ambulare:tum pila:uel ar
mis:alioue quo genere:quo ſuperior pars mouetur:exerceri. Nō aquam:ſed uinum calidū
bibere ieiunus. Tum cibum bis die aſſumere:ſic tamē ut facile concoquat: Vti uino tenui
& auſtero:& poſt cibum frigidis potōnibus potius. Stomachum autem infirmū indicant:
pallor:macies:præcordiorum dolor:nauſea & nolentiū uomitus:in ieiuno dolor capitis. Quem quo
non ſunt:is firmi ſtomachi eſt. Neq; credendum utiq; noſtris eſt:qui cum in aduerſa ualetudine uinū
aut frigidā aquam concupierunt : delitiarum patrocinium in accuſationem non merentis ſtomachi
habent. At qui tarde concoquunt:& quorum ideo præcordia inflanẗ quiue ꝓpter ardorem aliquem
noctu ſitire conſuerunt:antequam cōquieſcant:duos treſue cyathos per tenuem fiſtulā bibant. Pro-
deſt ēt aduerſus tardā concoctionē clare legere:deīde ambulare tū uel ungi:uel lauari aſſidue:uinum
frigidū bibere:& poſt cibū magnā potionē:ſed ut ſupra dixi per ſiphonē. deīde omnes potiones aqua
frigida includere:Cui uero cibus aceſcit:is ante eū bibere aquā egelidā debet & uomere. At his cui ex
hoc frequens deiectio incidit:quotiens aluus ei cōſtiterit:frigida potione potiſſimum utatur.

Quid obſeruandum ſit dolore neruorum laborantibus. Caput nonum.

I cui uero dolore nerui ſolent:quod in podagra.chiragraue eſſe conſueuit: huic quantum
fieri poteſt:exercendum ideſt,quod affectum eſt:obiiciendumque labori & frigori: niſi cū
dolor increuit. Sub diuo quies optima eſt . Venus ſemper inimica eſt. Concoctio:ſicuti in
oībus corporis affectibus neceſſaria eſt. Cruditas.n.id maxime lædit. & quotiēs offenſum
corpus eſt:uicioſa pars maxime ſentit. Vt concoctio autē oībus uitiis occurrit: ſic rurſus aliis frigus:
aliis calor. Quæ ſequi quiſq; ꝓ habitu corporis ſui debet. Frigus inimicū eſt ſeni:tenui:uulneri:ꝓcor-
diis:īteſtinis:ueſicæ:auribus coxis:ſcapulis:naturalibus:oſſibus:dētibus:neruis:uului:cerebro. Idē ſū-
mam cutem facit pallidā:aridam:durā:nigram. Ex hoc horrores.tremoreſq; naſcūtur. At prodeſt iu-
uenibus & omnibus plenis.erectiorq; mens eſt & melius concoquitur ubi frigus quidem eſt:ſed caue-
tur. Aqua uero frigida infuſa præter quā capiti etiam ſtomacho prodeſt. Item articulis doloribus:qui
ſunt ſine ulceribus.item rubicundis nimis hominibus:ſi dolore uacant. Calor autem adiuuat omnia:
quæ frigus infeſtat.item lippiētes:ſi nec dolor:nec lacrime ſunt. Neruos quoque:qui contrahunẗ ꝓci-
pueq; ea ulcera:quæ ex frigore ſunt. Idem corporis colorem bonum facit:urinam mouet. Si nimius ē:
corpus effœmiat:neruos emollit:ſtomachum ſoluit. Minime uero aut frigus:aut calor tuta ſunt:ubi
ſubita inſuetis ſunt. Nam frigus lateris dolores:aliaque uitia:frigida aqua ſtrumas excitat. Calor con-
coctionem prohibet: ſomnum aufert: ſudorem digerit obnoxium morbis peſtilētibus corpus efficit.

Obſeruatio in peſtilentia. Caput.x.

St etiam obſeruatio neceſſaria:qua quis in peſtilentia utatur adhuc integer: cum tamē ſe-
curus eſſe non poſſit Tum igitur oportet peregrinari:nauigare. Vbi id nō licet:geſtari am
bulare ſub diuo ante æſtum leniter:eodemque modo ungi: & ut ſupra compræhēſum ē:
uitare fatigationem: cruditatem:frigus:calorem:libidinem:multoq; magis ſe continere ſi
qua grauitas in corpore eſt.tum neq; mane ſurgendum:neq; pedibus nudis ambulādum eſt:minime-
que poſt cibum aut balneum.neq; ieiuno neq; cœnato uomendum eſt. Neq; mouenda aluus . atq; ēt
ſi per ſe mota eſt: comprimenda eſt. Abſtinendum potius ſi plenius corpus eſt: Itemq; uitandum bal-
neum:ſudor:meridianus ſomnus utique: ſi cibus quoq; anteceſſit:qui tamen ſemel die tunc commo
dius aſſumiẗ:inſup ēt modicus:ne cruditatē moueat. Alternis diebus inuicē modo aqua: modo uinū
bibendum eſt. Quibus ſeruatis ex reliqua uictus conſuetudine quam minimū mutari debet. Cum ue
ro hæc in oī peſtilentia facienda ſint:tum in ea maxime:quā auſtri excitarint: Atq; etiam peregrinan-
tibus eadem neceſſaria ſunt: ubi graui tempore anni diſceſſerunt ex ſuis ſedibus:uel ubi in graues re-
giōnes uenerunt. Ac ſi cætera res aliqua ꝓhibebit:utiq; abſtinere debebit. Atq; ita ab uino ad aquā ab
hac ad uinum eo qui ſupra poſitus eſt modo tranſitus ei eſſe.

## CORNELII CELSI DE MEDICINA LIBER SECVNDVS.

Nſtātis aūt aduerſæ ualetudinis ſigna complura ſunt. In quibus explicādis non du-
bitabo autoritate antiquorum uirorum uti maximeque Hippocratis: cum recen-
tiores quoque medici:quamuis quædam in curationibus mutarint:tamen hæc il-
lum optime præſagiſſe fateantur. Sed antequam dico quibus præcedentibus mor-
borum timor ſubſit:non alienum uidetur exponere.quæ tempora anni:quæ tem-
peſtatum genera:quæ partes ætatis:qualia corpora maxime tuta:uel periculis opor
tuna ſint.quod genus aduerſæ ualetudinis in quoque timeri maxime poſſit. Non
quo non omni tempore ī omni tempeſtatum genere omnis ætatis:omnis habitus hominum per om
nia genera morborum & ægrotent & moriantur: ſed quod frequentius tamē quædam eueniāt. Ideo-
que utile eſt ſcire unumquenque quid & quando maxime caueat.

Quæ anni tempora:quæ tempeſtatũ genera:quæ partes ætatis qualia corpora uel tuta uel morbis
oportuna ſunt:& quod ualetudinis genus in quoque timeri poſſit. Caput.I.

Gitur ſaluberrimum uer ẽ:proxima deinde ab hoc hyems:periculoſior æſtas. Autumnus
longe periculoſiſſimus. Ex tempeſtatibus uero optimæ æquales ſunt:ſiue frigidæ:ſiue ca-
lidæ:peſſimæ:quæ uariant maxime.Quo fit ut autumnus plurimos opprimat. Nam fere
meridianis temporibus calor:nocturnis atq; matutinis:ſimulq; etiam ueſpertinis frigus ẽ.
Corpus ergo & æſtate & ſubinde meridianis caloribus relaxatum:ſubito frigore excipitur. Sed ut eo
tempore id maxime fit:ſic quandocunq;euenit noxium eſt. Vbi æqualitas autem eſt: tamen ſaluber-
rimi ſunt ſereni dies:meliores pluuii:quam tantũ nebuloſi aut nubili:optimiq; hyeme:qui omni uen
to uacant:æſtate quibus fauonii perflant. Si genus aliud uentorum eſt: ſalubriores ſeptentrionales q̃
ſubſolani uel auſtri ſunt.Sic tamen ut in hæc interdum regionum ſorte mutentur. Nam fere uentus
ubiq; a mediterraneis regionibus ueniens: ſalubris:a mari grauis eſt. Neq; ſolum in bono tempeſta-
tum habitu certior ualetudo eſt: ſed priores morbi quoque:ſi qui inciderunt: leuiores ſunt & prom
ptius finiuntur. Peſſimum ergo cælum eſt; ꝙ ægrum fecit; adeo ut in id quoque genus:quod natu-
ra peius eſt in hoc ſtatu: ſalubris mutatio fit. At ætas media tutiſſima eſt: quæ neque iuuentæ ca-
lore: neq; ſenectutis frigore infeſtatur.Longis morbis ſenectus:acutis adoleſcentia magis patet. Cor-
pus aũt habiliſſimũ quadratum eſt:neq; gracile:neq; obeſum.Nam longa ſtatura ut in iuuenta deco-
ra eſt:ſic matura ſenectute conficitur.Gracile corpus:infirmum:obeſum:hebes eſt. Vere tamen maxi
me quæcunq; humoris motu nouanẽ in metu eſſe conſuerunt.Ergo tum lippitudines:puſtulæ: ꝓfu-
ſio ſanguinis:abſceſſus corporis:quæ apoſtemata græci nominant:bilis atra:quã melancholiam appel
lant:inſania.morbus comitialis:angina:grauedines:deſtillationes oriri ſolent:Hi quoq; morbi: qui in
articulis:neruiſque modo urgent:modo quieſcunt:tum maxime & incohantur & repetunt. At æſtas
non quidem uacat pleriſq; ab his morbis:ſed adiicit febres:uel continuas:uel ardẽtes:uel tertianas:uo
mitus:alui deiectiones:auricularum dolores:ulcera oris:cancros & in cæteris quidẽ partibus: ſed ma-
xime oſcenis:& quicquid ſudore hominem reſoluit. Vix quicquam ex his in autumnum non incidit:
ſed oriuntur eo quoq; tempore febres incertæ:lienis dolor:aqua inter cutem. tabes: quam græci pti-
hiſin nominant:urinæ difficultas:quam ſtranguriam appellant:tenuioris inteſtini morbus: quem ile-
on nominant. Fit item lenitas inteſtinorum: quæ lienteria uocatur.coxæ dolores:morbi comitiales.
Idemq; tempus & diutinis malis fatigatos & ab æſtate tantum proxima preſſos interimit: & aliis no-
uis morbis conficit:& quoſdam longiſſimis implicat: maximeq; quartanis; quæ per hyemem quoq;
exerceant.Neq; aliud magis tempus peſtilentiæ patet:cuiuſcunq; ea generis eſt quanuis uariis rationi
bus nocet.Hyems autem capitis dolores:tuſſim:& quicquid in faucibus:in lateribus ĩ uiſceribus ma-
li contrahitur:irritat.Ex tempeſtatibus aquilo tuſſim mouet:fauces exaſperat:uentrem aſtringit:uri-
nam ſupprimit: horrores excitat:item dolores lateris & pectoris.Sanum tamem corpus ſpiſſat & mõ
bilius atq; expeditius reddit. Auſter aures hebetat ſenſus tardat:capitis dolores mouet: aluum ſoluit:
totum corpus efficit hebes:humidum:languidum.Cæteri uenti quo uel huic uel illi propriores ſunt:
eo magis uicinos his:illiſue affectus faciunt.Deniq; omnis calor:& iecur & lienem inflammat:mentẽ
hebetat:ut anima deficiat: ut ſanguis prorumpat efficit. Frigus modo neruorum diſtentionem mo-
do rigorem infert. illud σπασμοσ ideſt ſpaſmus: hoc τετανοσ.i.taſmus græce nominatur: nigri-
tiem ĩ ulceribus:horrorẽ in febribus excitat.In ſiccitatibus acutæ febres:lippitudines:tormina:urinæ:
difficultas:articulo℞ dolores oriunẽ.Per ĩbres lõgæ febres:alui deiectõẽs:angina:cancri:morbi comi
tiales:reſolutio neruo℞:ꝙ paralyſin græci noĩant.Neq; ſolũ ĩtereſt q̃les dies ſint:ſed ẽt q̃les ante ꝑceſ-
ſerit.Si hyems ſicca ſeptẽtriõales uẽtos habuit uer aũt auſtros & pluuias exhibet:fere ſubeũt lippitu
dines:tormina:febres:maxĩeq; ĩ mollioribus corporibus:iõq; p̃cipue ĩ mulieribus.Si uero auſtri:plu-
uiæq; hyemẽ occuparunt:uer autem frigidum & ſiccũ eſt:grauidæ quidẽ fœminæ:quibus tum adeſt
ꝑtus abortu periclitantur.Hæ uero quæ gignunt:imbecillos:uixq; uitales edunt. Cæteros lippitudo
arida:& ſi ſeniores ſunt:grauedines atq; deſtillationes male habent.At ſi a prima hyeme auſtri ad ulti-
mum uer continuarunt:laterũ dolores & ĩſania febricitantiũ:quã phreneſin appellant: quã celerrime
rapiunt.Vbi primo calor a primo uere orſus æſtatẽ quoq; ſimilem exhibet neceſſe eſt multũ ſudorẽ
in febribus ſubſequi. At ſi ſicca æſtas aquilões habuit: autũno uero imbres:auſtriq; ſunt:tota hyeme:
quæ proxima eſt:tuſſis:deſtillatio:raucitas:in quibuſdam etiã tabes oriuntur.Sin aũt autumnus quo
que æq; ſiccus hiſdẽ aquilonibus perflatur:oĩbus quidem mollioribus corporibus:inter quæ mulie-
bria eſſe ꝓpoſui:ſecũda ualetudo contingit.Durioribus uero ĩſtare poſſunt & aridæ lippitudines:& fe
bres partim acutæ:partim longæ:& hi morbi:qui ex atrabile naſcunẽ. Quod ad ætates uero ꝑtinet.
pueri:proximeq; his:uere optime ualent & æſtate prima tutiſſimi ſunt. Senes æſtate & autũni prima
ꝑte.Iuuenes hyeme.quiq; inter iuuentam ſenectutemq; ſunt.inimicior ſenibus hyems:æſtas adoleſcẽ-
tibus eſt. Tũ ſi qua ĩbecillitas oritur ꝓximum eſt ut infantes:teneroſq; adhuc pueros ſerpentia ulcera
oris:quæ aphthas græci nominant:uomitus:nocturnæ uigiliæ:auriũ humor:circa umbilicũ inflãma
tiones exerceant.Proprie ẽt dẽtientium gingiuarum exulcerationes:diſtentiones neruorum: febricu-
læ:alui deiectiones:maximeq; caninis dentibus orientibus male habent.Quæ pericula pleniſſimi cu-

iuſq; ſunt:& cui maxime uenter aſtrictus eſt. At ubi ætas paulũ proceſſit:glandulæ & uertebraꝝ:quæ
in ſpina ſũt:aliquæ ĩclinatiões:ſtrumæ:uerrucaꝝ quædã genera dolẽtia:(acrochordonas græci appel-
lant)& plura alia tubercula oriunt̃.Incipiente uero iam pube ex hiſdẽ multæ & longæ febres: ſangui-
nis ex naribus curſus.Maximeq; oĩs pueritia primũ circa quadrageſimũ diem:deinde ſeptimo menſe:
tum ſeptimo anno:poſtea circa pubertatẽ periclitatur. Si qua etiã genera morboꝝ in infantẽ incide-
runt:ac neq; pubertate:neq; primis coitibus:neq; in fœmina primis mẽſtruis finita ſũt:fere lõga ſunt.
Sæpius tamen morbi puerilés:qui diutius manſerũt:terminant̃. Adoleſcentia morbis acutis:itẽ comi-
tialibus:tabiq; maxime obiecta eſt:fereq; iuuenes ſunt.qui ſanguinẽ expuũt. Poſt hanc ætatẽ lateꝝ &
pulmonis dolores:lethargus:colera:inſania:ſanguinis per quædã etiã uelut ora uenaꝝ(hæmorroidas
græci appellãt)profuſio. In ſenectute ſpiritus & urinæ difficultas: grauedo articuloꝝ & renũ dolores:
neruoꝝ reſolutiones,malus corporis habitus(cacheſiã græci appellãt)nocturnæ uigiliæ:uitia longio-
ra auriũ:oculoꝝ:etiã nariũ:præcipueq; ſoluta aluus.quæ ſequunt̃ hanc tormina:uel leuitas inteſtino
rum:cæteraq; fuſi uentris mala.Præter hæc graciles:tabes:deiectiones:deſtillationes:itẽ uiſcerũ & la-
terũ dolores fatigant. Obeſi plerunq; acutis morbis & difficultate ſperãdi ſtrangulant̃.ſubitoq; ſæpe
moriuntur.Quod in corpore tenuiore uix euenit.

De ſignis aduerſæ ualitudinis futuræ. Caput ſecundum.

Nte aduerſam autẽ ualitudinẽ:ut ſupra dixi:quædã notæ oriunt̃:quarũ oĩum cõmune eſt. ali
a ter ſe corpus habere atq; conſueuit:neq; in peius tantũ:ſed etiã in melius:Ergo ſi plenior aliqs
& ſpecioſior & coloratior factus eſt:ſuſpecta habere bona ſua debet. Quæ quia neq; in eodẽ
habitu ſubſiſtere:neq; ultra ꝓgredi poſſunt:fere retro quaſi ruina quadã reuoluunt̃.Peius tamẽ ſignũ
eſt ubi aliqs cõtra cõſuetudinẽ emacuit:& calorẽ decorẽq; amiſit.quoniã in his quæ ſuperant. eſt qđ
morbus demat.in his quæ deſunt:non eſt quod ipſum morbũ ferat.Præter hæc ꝓtinus timeri debet.
ſi grauiora mẽbra ſunt.ſi crebra ulcera oriunt̃.ſi corpus ſupra cõſuetudinẽ ĩcaluit. ſi grauior ſomnus
preſſit.ſi tumultuoſa ſomnia fuerũt.ſi ſæpius expgiſcit̃ aliqs q̃ aſſueuit:deinde iteꝝ ſoporat̃.ſi corpus
dormiẽtis circa partes aliqs cõtra cõſuetudinẽ inſudat: maximeq; circa pectus aut ceruices aut crura
uel genua uel coxas.Itẽ ſi marcet aĩus.ſi loqui & moueri piget.ſi corpus torquet. ſi dolor præcordioꝝ
eſt:aut totius pectoris:aut in plurimis uenis capitis.ſi ſaliuæ plenũ eſt os. ſi oculi cũ dolore uertunt̃.
ſi tẽpora aſtricta ſunt.ſi mẽbra inhorreſcũt.ſi ſpiritus grauior eſt.ſi circa frontẽ intentæ uenæ mouẽ-
tur.ſi frequẽtes obſcitationes:ſi genua q̃ſi fatigata ſunt:totumue corpus laſſitudinẽ ſentit. Ex quibus
ſæpe plura nunquã nõ aliqua febrẽ antecedũt.In primis tamen illud cõſiderandũ eſt. Nũquid ſæpius
horũ aliqđ eueniat:ac neq; ideo corporis ulla difficultas ſubſequat̃. Sunt enim quædã ꝓprietates ho-
minũ:ſine quaꝝ notitia nõ facile quicq̃ in futuꝝ præſagiri poteſt: Facile itaq; ſecurus eſt in his aliqs:
quæ ſæpe ſine periculo euaſit.Ille ſollicitari debet:cui hæc noua ſunt: aut qui iſta nunq̃ ſine cuſtodia
ſui tuta habuit.

Quæ bona in ægrotãtibus ſigna ſint. Caput ſecundum.

Bi uero febris aliquẽ occupat:ſcire licet nõ periclitari ſi in latus aut dextrũ:aut ſiniſtrũ: ut ipſi
u uiſum eſt cubat:cruribus paulũ reductis.qui fere ſani quoq; iacentis habitus eſt:ſi facile cõuer
titur:ſi noctu dormit.Si interdiu uigilat.ſi ex facili ſpirat.ſi nõ cõflictat̃. ſi circa umbilicum &
pubem cutis plana eſt. ſi præcordia eius ſine ullo ſenſu doloris æqualiter mollia in utraq; parte ſunt.
Quod ſi paulo tumidiora ſunt:ſed tamen digitis cedũt & nõ dolent: hæc ualitudo:ut ſpaciũ aliquod
habebit: ſic tuta erit.Corpus quoq; quod æqualiter molle & calidũ eſt:quodq; æqualiter totũ ĩſudat:
& cuius febricula eo ſudore finit̃:ſecuritatẽ pollicet̃:quãdo iam ad ſanitatẽ uenit corpus.Sternutamẽ
tum etiã inter bona ĩditia eſt.Et cupiditas cibi uel a primo ſeruata:uel etiã poſt faſtidiũ orta. Neq; ter
rere debet ea febris:quæ eodẽ die finita eſt.ac ne ea quidẽ:quæ q̃uis longiore tẽpore euanuit:tamẽ an-
te alterã acceſſionẽ ex toto quieuit ſicut corpus integrũ:qđ ilicrines græci uocant:fieret.Si quis autẽ
incidit uomitus:mixtus eſſe & bile & pituita debet:& in urina ſubſidere albũ.leue. æquale: ſic ut etiã
ſi quæ quaſi nubeculæ innatarint:in unũ deferant̃.At uenter ei qui a periculo tutus eſt: reddit modo
mollia figurata eodẽ fere tẽpore:quo ſecũda ualitudine aſſueuit:modo cõueniẽtia his quæ aſſumun-
tur.peior cita aluus eſt.ſed ne hæc quidẽ terrere protinus debet: ſi matutinis tẽporibus coacta magis
eſt:aut ſi procedẽte tẽpore paulatim contrahit̃ & ruffa eſt:neq; fœditate odoris ſimilẽ aluũ ſani homi
nis excedit.Ac lumbricos quoq; aliquos ſub fine morbi deſcẽdiſſe nihil nocet.Si ĩflãmatio in ſupio-
ribus partibus dolorẽ:tumorẽq; fecit:bonũ ſignũ eſt.Sonus uentris inde ad ĩferiores partes euolutus:
magiſq; etiã ſi ſine difficultate cum ſtercore exceſſit.

Mala ſigna ægrotantium. Caput quartum.

Ontra grauis morbi periculũ eſt:ubi ſupinus æger iacet porrectis manibus & cruribus. Vbi re
c ſidere uult in ipſo acuti morbi impetu:præcipueq; pulmonibus laborãtibus. Vbi nocturna ui-
gilia premit̃:etiã ſi interdiu ſomnus accedit.Ex quo tamẽ peior eſt: qui inter quartã horam &
noctẽ:q̃ qui matutino tẽpore ad quartã.Peſſimũ tamen eſt ſi ſomnus:neq; noctu neq; ĩterdiu accedit.
Id enim fere ſine cõtinuo dolore eſſe nõ poteſt.Aeque uero ſignũ malũ eſt etiã ſomno ultra debitũ ur
geri:peiuſq; quo magis ſe ſopor ĩterdiu:noctuq; cõtinuat.Mali etiã morbi teſtimoniũ eſt uehemẽter
& crebro ſpirare:a ſexto die cœpiſſe inhorreſcere:pus expuere:uix excreare:dolorẽ habere cõtinuum:
difficulter ferre morbũ:iactare brachia & crura:ſine uolũtate lacrimare: habere humorẽ glutinoſum

b i

dentibus inhærentem:cutẽ circa umbilicũ & pubem macram.precordia inflammata : dolentia.dura. tumida.intenta:magiſq; ſi hæc:dextra parte:q̃ ſiniſtra ſunt.periculoſiſſimum tamẽ eſt: ſi uenæ quoq; ibi uehementer agitãtur.Mali etiam morbi ſignũ eſt:nimis celeriter emacreſcere : caput & pedes manuſq; calidas habere uentre & lateribus frigentibus aut frigidas extremas partes acuto morbo urgente:aut poſt ſudorẽ inhorreſcere.aut poſt uomitũ ſingultum eſſe.uel rubere oculos . aut poſt cupiditatem cibi:poſtue longas febres hunc faſtidire:aut multum ſudare:maximeq; frigido ſudore. aut habere ſudores non per totum corpus æquales:quiq; febrẽ non finiant:& eas febres: quæ quotidie tẽpore eodem reuertantur:quæue ſemper pares acceſſiones habeant : neq; tertio quoq; die leuentur quæue continuent:ue per acceſſiones increſcant:per diſceſſiones tantũ molliantur . nec unq̃ integrũ corpus dimittant.Peſſimũ eſt ſi ne leuatur quidẽ febris:ſed æque concitata cõtinuant.Periculoſum eſt etiam poſt arquatum morbum febrẽ oriri utiq; ſi præcordia dextra parte dura manſerũt ac dolentibus his leua.Nulla acuta febris leuiter terrere nos debet.Neq; unq̃ in acuta febre:ut a ſomno non eſt terribilis neruorum diſtentio.Timere etiam ex ſomno mali morbi eſt.Itemq; in prima febre protinus mentem eſſe turbatã:membrũue aliquod eſſe reſolutum.Ex quo caſu quãuis uita redditur: tamen id fere membrũ debilitatur.Vomitus etiã periculoſus eſt ſinceræ pituitæ uel bilis:peiorq; ſi uiridis aut niger eſt.At mala urina eſt in qua ſubſidũt ſubrubra aut liuida deterior in qua quaſi fila quædã tenuia atq; alba.peſſima ex his ſi tanq̃ ex furfuribus factas nubeculas repreſentat . Diluta quoq; atq; alba uitioſa eſt:ſed in phreneticis maxime.Aluus autẽ mala eſt ex toto ſuppreſſa . Periculoſa etiã quæ inter febres fluens conquieſcere hominẽ in cubili non patitur:utiq; ſi quod deſcẽdit: eſt perliquidũ aut albidum: aut pallidũ:aut ſpumans.Præter hæc periculũ oſtendit id quod excernitur ſi eſt exiguũ. glutinoſum: leue:album:idemq; ſubpallidum:uel ſi eſt aut liuidũ aut bilioſum aut cruentũ aut peioris odoris:quã ex cõſuetudine.Malum eſt etiã:quod poſt longas febres ſincerum eſt.

De ſignis longæ ualitudinis. Caput quartum.

p Oſt hæc inditia notum eſt longũ morbũ fieri.Sic enim neceſſe eſt:niſi occidit . Neq; uitæ alia ſpes in malis magnis eſt:q̃ ut impetũ morbi trahẽdo aliquis effugiat : porrigaturq; in id tẽpus quod curationi locũ præſtet.Protinus tamẽ ſigna quædã ſunt : ex quibus colligere poſſumus morbũ & ſi nõ interemerit:longius tamen tempus habiturũ.Vbi frigidus ſudor inter febres non acutas circa caput tantũ & ceruices oritur.aut ubi febre nõ quieſcẽte corpus inſudat.Aut ubi corpus modo frigidũ:modo calidũ eſt:& color alius ex alio fit.Aut ubi quod inter febres aliqua parte abſceſſit: ad ſanitatẽ nõ peruenit.At ubi æger pro ſpatio parum emacreſcit:Item ſi urina modo liquida & pura eſt:modo habet quædã ſubſidẽtia leuia:atq; alba rubraue ſunt.quæ in ea ſubſidũt aut ſi quaſdã quaſi maculas repreſentat.aut ſi bullulas excitat.

De inditiis mortis. Caput quintum.

s Ed inter hæc quidem propoſito metu ſpes tamen ſupereſt . Ad ultima uero iam uentum eſſe teſtantur:nares acutæ:collapſa tempora:oculi concaui:frigidæ languidæq; aures & imis partibus leniter uerſæ:cutis circa frontem dura & intenta:color aut niger:aut perpallidus.multoq; magis ſi ita hæc ſunt:ut neq; uigilia præceſſerit:neq; uentris reſolutio : neq; inedia . Ex quibus cauſis interdũ hæc ſpecies oritur:ſed uno die finitur.Itaq; diutius durans mortis index eſt.Si uero in morbo uetere iam triduo talis eſt:in propinquo mors eſt:magiſq; ſi præter hæc oculi quoq; lumen refugiunt & illacrimant:quæq; in his alba eſſe debent:rubeſcũt atq; in hiſdẽ uenulæ pallent : pituitaq; in his innatans nouiſſime angulis inhæreſcit:alterq; ex his minor eſt:hiq; aut uehemẽter ſubſederũt aut facti tumidiores ſunt:perq; ſomnũ palpebræ non cõmittuntur:ſed inter has ex albo oculoꝶ aliquid apparet:neq; id fluens aluus expreſſit:eædemq; palpebræ pallent : & idem pallor labra & nares decolorat. Eadẽq; labra & nares oculiq; & palpebræ & ſupercilia:aliquaue ex his peruertũtur:iſq; propter imbecillitatẽ iam nõ audit:aut nõ uidet eadem:mors denuntiatur.Vbi ægri ſupini cubant:hiſq; genua cõtracta ſunt.Vbi deorſum ad pedes ſubinde delabitur.Vbi brachia & crura nudat & inæquabiliter diſpergit:neq; his calor ſubeſt.Vbi hiat.ubi aſſidue dormit.ubi his qui mẽtis ſuæ non eſt:neq; id facere ſanus ſolet:dentibus ſtridet.Vbi ulcus quod aut ante:aut in ipſo morbo natũ eſt: aridum & aut pallidum aut liuidũ factum eſt.Illa quoq; mortis indicia ſunt:ungues digitiq; pallidi: frigidus ſpiritus:aut ſi manibus quis in febre & acuto morbo uel inſania:pulmoniſue dolore uel capitis:in ueſte floccos legit:fimbriaſue diducit : uel in adiũcto pariete ſi qua minuta eminent:carpit . Dolores etiã circa coxas & inferiores partes orti ſi ad uiſcera trãſierunt ſubitoq; defierunt: mortẽ ſubeſſe teſtantur : magiſq; ſi alia quoq; ſigna acceſſerũt.Neq; is ſeruari poteſt:qui ſine ullo timore febricitans ſubito ſtrangulatur: aut deuorare ſaliuã ſuã nõ põt.Cuiue in eodẽ febris corporiſq; habitu ceruix cõuertiẽ.ſic ut deuorare æque nihil poſſit.Aut cui ſimul & cõtinua febris & ultima corpis iſirmitas eſt.Aut cui febre nõ qeſcẽte exterior pars friget:iterior ſic calet:ut etiã ſitim faciat.Aut q febre æque nõ qeſcẽte:ſimul & delirio & ſpirãdi difficultate uexaẽ.Aut q epoto ueratro exceptus diſtẽtiõe neruoꝶ eſt.Aut qui ebrius obmutuit.Is enim febre adiecta neruoꝶ diſtentione cõſumitur:niſi aut febris acceſſit:aut eo tempore: quo ebrietas ſolui debet:loqui cœpit.Mulier quoq; grauida acuto morbo facile cõſumiẽ : & is cui ſomnus dolorẽ auget:& cui protinus in recenti morbo bilis atra uel infra uel ſupra ſe oſtẽdit : cuiue alterutrũ modo ſe prompſit:cum iam lõgo morbo corpus eius eſſet extenuatũ & affectũ.ſputum etiã bilioſum

&:purulētum.ſiue ſeperatim iſta:ſiue mixta ꝓueniunt interitus periculū oſtēdūt.Ac ſi circa ſeptimū
diem tale eſſe cœpit:proximum eſt ut is circa quartūdecimum diem decedat:niſi alia ſigna meliora:
peioraue acceſſerint.Quæ quo leuiora grauioraue ſubſecuta ſunt:eo uel ſeriorē mortem:uel maturi-
orem denūciant.Sudor quoq; frigidus in acuta febre peſtiferus eſt.atq; in omni morbo uomitus: qui
uarius & multorum colorum eſt:præcipueq; ſi malus in hoc odor eſt.Ac ſanguinē quoq; in febre uo-
muiſſe peſtiferū eſt.Vrina uero rubra & tenuis in magna cruditate eſſe cōſueuit:& ſepe anteq̄ ſpacio
matureſcat hominē rapit.Itaq; ſi talis diutius permanet:ꝑiculū mortis oſtendit.Peſſima tamē eſt præ
cipueq; mortifera:nigra.craſſa.mali odoris.Atq; in uiris quidē & mulieribus talis deterrima eſt.In pu
eris uero quæ tenuis & diluta eſt.Aluus quoq; uaria peſtifera eſt:quæ ſtrigmētum: ſanguinem:bilem
uiridem:aliquid modo diuerſis temporibus:modo ſimul:& in mixtura quadam:diſcreta tamē repre-
ſentat.Sed hæc quidem poteſt paulo diutius trahere.In præcipiti uero iam eſſe denunciat quæ liq̄da:
eademq; uel nigra uel palida uel pinguis eſt:utiq; ſi magna fœditas odaris acceſſit. Illud interrogari
me poſſe ab aliquo ſcio.Si certa futuræ mortis indicia ſunt:quomodo interdum deſerti a medicis
conualeſcant:quoſdāq; fama prodiderit in ipſis funeribus reuixiſſe. Quin etiā uir iure magni nomi-
nis Democritus ne finitæ quidē uitæ ſatis certas notas eſſe propoſuit.ꝗbus medici crediſſent adeo
illud non reliquit ut certa aliqua ſigna futuræ mortis eſſent.Aduerſus quos ne dicā illud quidē quod
in uicino ſæpe quædā notæ poſitæ non bonos ſed iperitos medicos decipiunt quod Aſclepiades fune
ri obuius intellexit eū uiuere qui efferebatur:ne protinus crimen artis eſſet ſi q̄d profeſſoris ſit:illa ta
men moderacius ſubiiciam.Coniecturalem artē eſſe medicinam:rōnemq; cōiecturæ talē eſſe:ut cum
ſæpius aliquādo reſponderit:interdū tamen fallat nos.Si quid itaq; uix in milleſimo corpore aliquan
do decipit:id notā non habet:cū par īnumerabiles hoīes reſpondeat.Idq; non in his tantum:quæ pe-
ſtifera ſunt:dico:ſed in his quoq;:quæ ſalutariā.Si quidem etiam ſpes interdū fruſtratur & morit ali-
quis:de quo medicus ſecurus primo fuit.Quæq; medēdi cauſa reperta ſunt nō nunq̄ in peius aliquid
conuertunt.Neq; id euitare humana ībecillitas in tāta uarietate corporū poteſt.Sed eſt tamē medici-
næ fides:quæ multo ſæpius per que multo plures ægros prodeſt.Neq; tamē ignorare oportet in acu-
tis morbis fallaces magis notas eſſe & ſalutis & mortis.

De notis quas aliquis in ſingulis morborum generibus habere poſſit. Caput ſextū.

f Ed cū propoſuerim ſigna quæ in omni aduerſa ualitudine cōia eſſe cōſueuerūt:ea quoq; trāſi
bo:ut quas aliquis in ſingulis morborum generibus habere poſſit notas:indicē.quædam autē
ſunt quæ ante febres:quædā quæ īter eas q̄d aut intus ſit:aut uēturū ſit oſtēdūt. Ante febres:
ſi caput graue eſt:aut ex ſomno oculi caligant:aut frequētia ſternutamēta ſunt:circa caput aliquis pi-
tuitæ īpetus timeri poteſt.Si ſanguis aut calor abundat:proximum eſt ut aliqua parte profluuiū ſan-
guinis fiat.Si ſine cauſa quis emacreſcit:ne in malū habitū corpus eius recidat:metus eſt.Si præcordia
dolent:aut iflāmatio grauis eſt:aut non toto die concocta fertur urina:cruditatē:eſſe manifeſtum eſt
Quibus diu color ſine morbo regio malus eſt.hi uel capitis doloribus conflictātur:uel terram edunt
Qui diu habent faciem pallidā & tumidam:aut capite aut uiſceribus:aut aluo laborāt. Si in continua
febre puero uenter nihil reddit:mutaturq; ei color:nec ſomnus accedit:ploratq; is aſſidue: metuenda
neruorum diſtentio eſt.Frequēs autē deſtillatio in corpore tenui:longoq; tabem timidam eſſe teſtat.
Vbi pluribus diebus non deſcendit aluus:docet aut ſubitam deiectionē:aut febriculam inſtare. Vbi
pedes turgēt:longæ deiectiones ſunt.Vbi dolor in imo uentre & coxis eſt:aqua inter cutē inſtat. Sed
hoc morbi genus ab ilibus oriri ſolet.Idem propoſitum periculum eſt his:quibus uoluntas deſidendi
eſt:uenter nihil reddit:niſi & ægre & durum: tumor in pedibus eſt idemq; modo dextra: mo-
do ſiniſtra parte uentris inuicem oritur atq; finitur. ſed a iocinere id malum proficiſci uide-
tur.Eiuſdem morbi nota eſt: Vbi circa umbilicum inteſtina torquentur (Strophon græci nomi-
nant) coxeq; dolores manent:eaq; neq; tempore neq; remediis ſoluuntur. Dolor autē articulorum
prout in pedibus manibus aut alia qualibet parte ſic eſt:ut eo loco nerui contrahātur:aut ſi id mēbꝛ
ex leui cauſa fatigatum æque frigido calidoq; oſtenditur:podagram chiragramue:uel eius articuli in
quo id ſentitur morbum futurum eſſe denuntiat.Quibus in pueritia ſanguis ex naribus fluxit: dein
fluere deſiit:hi uel capitis doloribus conflictent neceſſe eſt:uel in articulis aliquas exulcerationes gra
ues habeant:uel aliquo morbo etiam debilitentur.Quibus fœminis menſtrua non proueniunt:neceſ
ſe eſt capitis acerbiſſimi dolores ſint:uel quælibet alia pars morbo infeſtetur. Eadēq; his ꝑicula ſunt
q̄bus articulorū uitia dolores tumoreſq; ſine podagra ſimilibuſq; morbis oriunt & deſinūt: Vtiq; ſi
ſæpe tēpora hiſdē dolēt:noctuq; corpora inſudant:ſi frōs prurit lippitudinis metus eſt.Si mulier a par
tu uehemētes dolores habet:neq; præter ea ſigna mala ſūt:circa uigeſimū diem aut ſanguis per nares
erumpet:aut in inferioribus partibus aliquid abſcedet.Quicunq; etiā dolorem ingentē circa tempo-
ra & frontem habebit:is alterutra ratione eum finiet:magiſq; ſi iuuenis erit:per ſanguinis profuſio-
nem:ſi ſenior:per ſuppurationē.Febris autē quæ ſubito ſine ratione ſine bonis ſignis finita eſt:fere re
uertitur.Cui fauces ſanguine & interdiu & noctu replent ſic ut neq; capitis dolores: neq; præcordio-
rum:neq; tuſſis:neq; uomitus:neq; febricula præceſſerit:huius aut in naribus: aut in faucibus ulcus
reperiet.Si mulieri ex īguine febricula orta eſt:neq; cauſa apparet:ulcus in uulua eſt:Vrina autē craſ-
ſa ex qua q̄d deſidet albū eſt:ſignificat circa articulos:aut circa uiſcera dolorem metumq; morbi eſſe.



A. Corn. Celsi medicinae libri octo - page 14 sur 122

Eadé uiridis aut uiſceꝝ doloré tumoréq; cũ aliquopericulo ſubeſſe:aut certe corpus integrũ nõ eſſe
teſtatur. At ſi ſanguis aut pus in urina eſt:uel ueſica uel renes exulcerati ſunt. Si hæc craſſa carũculas
quaſdem exiguas quaſi capillos habet:aut ſi bullat & male olet & interdũ quaſi harenã interdum qua
ſi ſanguinem trahit:dolent auté coxæ:quæq; inter has ſuper quæ pubé ſunt:& accedunt frequẽtes ru
ctus:interdũ uomitus bilioſus:extremæq; ꝑtes frigeſcunt:urinæ crebra cupiditas ſed magna difficul-
tas eſt:& qđ inde excretum eſt aquæ ſimile uel ruffum uel palidũ eſt:paulũ tamé in eo leuaměti eſt:
aluus uero cũ multo ſpiritu redditur:utiq; in renibus uitiũ eſt. Aut ſi paulatim deſtillat:uel ſi ſanguis
per hanc editur:& in eo quædã cruẽta cõcreta ſunt:idq; ipſum cũ difficultate reddiť:& circa pubem
inferiores partes dolent:in eadem ueſica uitiũ eſt. Calculoſi uero his inditiis cognoſcunť. Difficulter
urina reddiť:paulatimq; interdũ etiã ſine uolũtate deſtillat. Eadé harenoſa eſt: nõnunꝗ aut ſanguis:
aut cruentũ aut purulẽtum aliquid cũ ea excernitur. Eãq; quidã prõptius recti:quidã reſupinati. ma-
ximeq; hi qui grandes calculos habẽt:quidã etiã inclinati reddũt:colemq; extẽdendo:doloré leuant.
Grauitatis quoq; cuiuſdã in ea parte ſenſus eſt:atq; ea curſu omniq; motu augẽtur. Quidã etiã cũ tor
quentur pedes inter ſe ſubinde mutatis uicibus ĩplicãt:Fœminæ uero oras naturaliũ ſuorũ manibus
admotis ſcabere crebro coguntť:Nõnunꝗ ſi digitũ admouerunt ubi ueſicæ ceruicé is urget calculum
ſentiunt. Atq ſpumãté ſanguinem excreant:his in pulmone uitiũ eſt:Mulieri grauidæ ſine modo fu
ſa aluus elidere partũ poteſt. Eidé ſi lac ex mãmis profluit:ĩbecillum eſt qđ intus gerit: Duræ mãmæ
ſanum illud eſſe teſtãtur. Frequẽs ſingultus & præter cõſuetudinem cõtinuus:iecur inflãmatum eſſe
ſignificat. Si tumores ſuper ulcera ſubito eſſe deſierunt.idq; a tergo incidit.uel diſtentio neruorũ uel
rigor timeri poteſt. At ſi a priore parte id euenit:uel lateris acutus dolor:uel inſania expectanda eſt.
Interdum etiam huiuſmodi caſum:quæ tutiſſima inter hæc eſt:profuſio alui ſequiť. Si ora uenarum
ſanguiné ſolita fundere ſubito ſupreſſa ſunt:aut aqua inter cuté:aut tabes ſequiť. Eadem tabes ſubit
ſi in lateris dolore orta ſuppuratio:intra quadraginta dies purgari nõ potuit. At ſi longa triſtitia cum
lõgo timore & uigilia eſt:atræ bilis morbus ſubeſt. Quibus ſæpe ex naribus fluit ſanguis: his aut lie
nis tumet:aut capitis dolores ſunt:quos ſequitur ut quædam ante oculos tanꝗ imagines obuerſenť.
At quibus magni lienes ſunt:his gingiuæ male ſunt:& os olet:aut ſanguis aliqua parte prorumpit.
Quoꝝ ſi nihil euenit:neceſſe eſt in cruribus mala ulcera:& ex his nigre cicatrices fiant. Quibus cau-
ſa doloris neq; ſenſus eius é his mẽs labat. Si in uẽtré ſanguis cõfluxit ibi:in pus uertiť. Si a coxis & ab
inferioribus partibus dolor in pectus trãſit:neq; ullũ ſignũ malũ acceſſit ſuppurationes eo loco pericu
lũ eſt. Quibus ſine febre aliqua ex parte dolor aut prurigo cũ rubore aut calore eſt:ibi aliquid ſuppu
rat. Vrina quoq; quæ in hoie ſano parum liqda eſt:circa aures futuram aliquã ſuppurationé eſſe de-
nunciat. Hæc uero cum ſine febre quoq; uel latẽtium uel futurarum rerũ notas habeãt:multo certio
ra ſunt ubi febris acceſſit:atq; etiã alioꝝ morboꝝ tũ ſigna naſcuntur. Ergo protinus inſania timenda
eſt:ubi expeditior alicuius:ꝗ ſani fuit ſermo eſt:ſubitaq; loquacitas orta eſt:& hæc ipſa ſolito audaci-
or:aut ubi raro quis & uehemẽter ſpirat:uenaſq; concitatas habet precordiis duris & tumẽtibus. Ocu
loꝝ quoq; frequẽs motus:& in capitis dolore offuſæ oculis tenebræ:uel nullo dolore ſubſtante ſom-
nus ereptus:cõtinuataq; nocte & die uigilia:uel proſtratũ contra conſuetudiné corpus in uẽtré ſic ut
ipſius alui dolor id non cœperit. Item robuſto adhuc corpore inſolitus dentiũ ſtridor: inſaniæ ſigna
ſunt. Si quid etiam abſceſſit anteꝗ ſuppuraret manente adhuc corpore inſolita febre ſubſedit:pericu-
lum affert primũ furoris:deinde interitus: Auris quoq; dolor acutus cum febre continua uehemẽtiq;
ſæpe menté turbat:& ex eo caſu iuniores:interdũ intra ſeptimũ diem moriunť ſeniores tardius. quo-
niam neq; æque magnas febres experiuntur:neq; æque inſaniũt. ita ſuſtinẽt dũ his affectus intus uer-
ſatur. Suffuſe quoq; ſanguine mulieris mãme:furoré uẽturũ eſſe teſtantur. Quibus auté lõgæ febres
ſunt:his aut abſceſſus aliqui:aut articulorũ dolores erunt. Quoꝝ faucibus in febre eliditur ſpiritus:
inſtat his neruorum diſtentio. Si angina ſubito finita eſt:in pulmoné id malum tranſit:idq; ſæpe intra
ſeptimũ diem occidit. Quod niſi incidat:ſequitur:ut aliqua parte ſuppuret. Deinde poſt alui longam
reſolutioné:tormina. Poſt hæc inteſtinorũ leuitas oritur. Poſt nimias diſtillationes:tabes. poſt lateris
dolores:uitia pulmonũ. poſt hæc:inſania. Poſt magnos feruores corporis:neruorum rigor aut diſten-
tio. Vbi caput uulneratũ eſt:delirium. Vbi uigilia torſit:neruoꝝ diſtentio. Vbi uehemẽter uenæ ſup
ulcera mouentur:ſanguinis profluiũ erit. Suppuratio uero pluribus morbis excitatur. Nã ſi longæ fe-
bres ſine dolore:ſine manifeſta cã remanẽt:in aliquã ꝑté id malũ incũbit:in iunioribus tamé. nam in
ſenioribus ex eiuſmodi morbo quartana fere naſcitur. Eadé ſuppuratio fit:ſi præcordia dura dolẽtia
ante uigeſimũ dié hominé non ſuſtulerunt:neq; ſanguis ex naribus fluxit:maximeq; in adoleſcẽtibus
utiq; ſi inter principia aut oculorum caligo:aut capitis dolores fuerunt. ſed cum inferioribus partibus
aliquid abſceſſit. Aut ſi præcordia tumoré mollem habent neq; habere intra ſexaginta dies deſinunt:
hæretq; per omne id tẽpus febris. Sed tum in ſuperioribus partibus fit abſceſſus:ac ſi inter ipſa ulcera
non fuit:circa aures erumpit. Cũq; omnis longus tumor ad ſuppurationé fere ſpectet:magis eo tendit
is:qui in præcordiis:ꝗ is:qui infra eſt. Si laſſitudinis etiam ſenſus in febre eſt:uel in maxillis:uel in arti
culis aliquid abſcedit. Interdum quoq; urina tenuis & cruda ſic diu fertur. ut alia ſalutaria ſigna ſint.
Ex quo eo caſu plerunq; infra tranſuerſum ſeptum:quod diaphragma græci uocant:fit abſceſſus. Do
lor auté pulmonis ſi neq; ꝑ ſputa:neq; per cucurbitulas:neq; per ſanguinis detractioné:neq; ꝑ uictus

rationē finitus eſt;uomicas aliquas interdum excitat aut circa uigeſimū diē:aut circa quadrageſimū
nōnunquā etiam circa ſexageſimū.numerabimus autē ab eo die:quo primum febricitauit aliquis:aut
inhorruit:aut grauitatē eius partis ſenſit.Sed hæ uomicæ modo a pulmone;modo a cōtraria parte na
ſcuntur.Quod ſuppurat ab ea parte quā afficit ;dolorē inflāmationemque cōcitat ipſum calidius eſt:
& ſi in partē ſanam aliquis decubuit:onerare eam ex pondere aliquo uidetur.Omnis etiā ſuppuratio
quæ nondum oculis patet ſic deprehendi poteſt.Si febris nō dimittit:eaq; interdiu leuior eſt;noctu in
creſcit:multus ſudor oritur:cupiditas tuſſiendi eſt & pene nihil in tuſſi excreatur:oculi caui ſunt: ma-
læ rubent uenæ ſub lingua inalbeſcunt:in manibus fiunt adunci ungues:digiti:maximeq; ſūmi:pallēt
in pedibus tumores ſunt:ſpiritus difficilius trahitur:cibi faſtidium eſt puſtulæ toto corpore oriūtur.
Quod ſi protinus initio dolor & tuſſis fuit & ſpiritus difficultas:uomica uel ante uel circa uigeſimū
diē erumpet.Si ſerius iſta cœperint:neceſſe eſt quidē increſcant.ſed quo minus cito affecerint:eo tar-
dius ſoluētur.Solent etiam in graui morbo pedes cum digitis unguibuſq; nigreſcere.Quod ſi non eſt
mors conſecuta & reliquū corpus inualuit:pedes tamen decidunt.

## Quæ notæ in quoq; morbi genere uel ſpem uel pericula oſtēdāt — Caput ſeptimū

Equitur ut in quoq; morbi genere proprias notas explicē:quæ uel ſpem uel periculū oſtendāt
s Ex ueſica dolente ſi purulenta urina proceſſit:inque ea leue & albū ſubſedit:metum detrahit.
In pulmonis morbo ſi ſputo ipſe leuatur dolor quāuis id purulētum eſt:tamē æger facile ſpi-
rat:facile excreat:morbū ipſum non difficulter fert:poteſt ei ſecunda ualitudo contingere.Neq; inter
initia terreri cōuenit ſi protinus ſputum mixtū eſt ruffo quodā & ſanguine:dummodo ſtatim edatur
Laterum dolores ſuppuratione facta:deinde intra quadrageſimum diem purgata finiunt.Si ī iocinere
uomica eſt & ex ea fertur pus purum & album:ſalus ei facilis.Id enim malum in tunica eſt.Ex ſuppu-
rationibus uero hæ tollerabiles ſunt:quæ in exteriorem partem feruntur & acuuntur.Et ex his quæ
intus procedūt:hæ leuiores:quæ contra ſe cutē non afficiunt eamq; & ſine dolore eſſe & eiuſdem co
loris:cuius reliquæ partes ſunt:ſinunt eſſe.Pus quoq; quacunq; parte erumpit:ſi eſt leue album & uni
us coloris:ſine ullo mettu eſt:& quo effuſo febris protinus conquieuit:deſieruntq; urgere cibi faſtidi
um & potionis deſiderium:ſi quādo etiā ſuppuratio deſcendit ī crura:ſputumq; eiuſdem factum pro
ruffo purulentū eſt:periculi minus eſt.At in tabe eius qui ſaluus futurus eſt:ſputum eſſe debet album
æquale totum:eiuſdemq; coloris ſine pituita:eiq; etiam ſimile eſſe oportet ſi quid in nares a capite de
ſtillat.Longe optimū eſt febrem omnino non eſſe:ſecundum eſt:tantulū eſſe:ut neq; cibum impedi-
at:neq; crebram ſitim faciat.Aluus in hac ualitudine ea tuta eſt:quæ quotidie coacta:eaq; conuenie-
tia his quæ aſſumūtur reddit.Corpus id qđ minime tenue maxieq; lati pectoris atq; ſetoſi eſt.cuiuſq;
cartilago exigua & carnoſa eſt.Super tabem ſi mulieri quoq; ſuppreſſa mēſtrua fuerūt & circa pectus
atq; ſcapulas dolor manſit:ſubitoq; ſanguis erupit:leuari morbus ſolet.Nā & tuſſis minuit & ſitis atq;
febriculæ deſinūt.Sed iiſdem fere niſi redit ſanguis:uomica erumpit:quæ quo cruentior eo melior ē.
Aqua autē inter cutē minime terribilis eſt:quæ nullo antecedente morbo cœpit.deinde quæ longo
morbo ſuperuenit.Vtiq; ſi firma uiſcera ſunt:ſi ſpiritus facilis.ſi nullus dolor.ſi ſine calore corpus eſt
æqualiterq; in extremis partibus macrum eſt:ſi uenter mollis.ſi nulla tuſſis:nulla ſitis:ſi lingua ne p
ſomnū quidē inareſcit.ſi cibi cupiditas eſt.ſi uenter medicamētis mouetur.ſi per ſe excernit mollia &
figurata.ſi extenuatur.ſi urina & uini mutatione & epotis aliquibus medicamētis mutatur.Si corpus
ſine laſſitudine eſt & morbū facile ſuſtinet.ſiquidem in quo omnia hæc ſunt:is ex toto tutus ē in quo
plura ex his ſunt:is in bona ſpe eſt.Articulorum uero uitia ut podagræ chiragræq; ſi iuuenes tenta-
runt.neq; callum induxerunt:ſolui poſſunt:maximeq; torminibus leniuntur & ex quocūq; modo uē
ter fluit Itē morbus comitialis ante pubertatē ortus nō ægre finitur:& in quo ab una parte corporis
uenientis acceſſionis ſenſus incipit.optimū eſt a manibus pedibuſue initium fieri:deinde a lateribus:
peſſimū inter hæc a capite.Atq; in his quoq; ea maxime proſunt:quæ per deiectiones excernunt.Ipſa
autē deiectio ſine ulla noxa eſt:q ſine febre eſt:ſi celeriter deſinit:ſi contracto uētre nullus motus eius
ſentit:ſi extremā aluū ſpiritus ſequitur.Acria tormina quidē periculoſa nō ſūt.ſi ſanguis & ſtrigmē
ta deſcēdunt:dū febris cæteræq; acceſſiones huius morbi abſint.adeo ut etiam grauida mulier non ſo
lum reſeruari poſſit:ſed etiā partum reſeruare.Prodeſtq; in hoc morbo ſi iam ætate aliquis proceſſit
Cōtra inteſtinorum leuitas facilius a teneris ætatibus depellitur:utiq; ſi ferri urina & ali cibo corpus
incipit.Eadem ætas pdeſt & in coxæ dolore & humerorū & in omni reſolutione neruorum.Ex qui-
bus coxa ſi ſine torpore ē:ſi leuiter friget:quāuis magnos dolores habet:tamē & facile & mature ſana
tur:reſolutūq; mēbrum ſi nihilominus aliter fieri ſanū pōt.oris reſolutio etiam aluo cita finitur.Om
niſq; deiectio lippienti prodeſt.At uarix ortus:uel per ora uenarum ſubita profuſio ſanguinis:uel tor
mina:inſaniā tollūt.Humerorum dolores:qui ad ſcapulas uel manus tendunt:uomitu atræbilis ſol-
uuntur.Et quiſquis dolor deorſum tendit:ſanabilior eſt.Singultus ſternutamēto finitur:Longas deie-
ctiones ſupprimit uomitus.mulier ſanguinē uomēs profuſis mēſtruis liberatur.Quæ mēſtruis non
purgatur:ſi ſanguinē ex naribus fudit:omni periculo uacat.Quæ locis laborat:aut difficulter partū
edit:ſternutamēto leuatur æſtiua quartana fere breuis eſt cui calor & tremor eſt: ſaluti delirium eſt.
Lienoſis bona tormina ſunt.Deniq; ipſa febris:quod maxime mirum uideri poteſt:ſæpe præſidio eſt.
Nā & precordiorum dolores ſi ſine inflāmatione ſunt:finit:& ī iocineris dolore ſuccurrit.& neruorū

diſtẽtionẽ rigorẽq́ꝫ:ſi poſtea cœpit:ex toto tollit.& ex difficultate urinæ morbũ tenuioris ĩteſtini or
tum:ſi urinã p calorẽ mouet:leuat.At dolores capitis qbus oculoꝝ caligo & rubor cũ quadã frontis
prurigine accedũt:ſanguinis profuſionẽ uel fortuita uel etiã petita ſũmouẽtur.Si capitis ac frontis do
lores ex uẽto uel frigore aut æſtu ſunt:grauedine & ſternutamẽtis finiũtur.Febrẽ autẽ ardẽtẽ:quam
græci cauſodẽ uocãt:ſubitus horror exoluit.Si in febre aures obtuſæ ſunt:ſi ſanguis e naribus flu-
xit:aut uẽter reſolutus eſt:illud malũ deſinit ex toto.Nihil plus aduerſus ſurditatẽ quã bilioſa aluus
poteſt.Quibus in fiſtula urinæ uti minuti abſceſſus:quos thinata græci uocãt:eſſe cœperunt: iis ubi
pus ea parte profluxit:ſanitas redditur.Ex quibus cũ pleraq́ꝫ per ſe proueniãt:ſcire licet interea quoq́ꝫ
quæ ars adhibet:naturã plurimũ poſſe.Cõtra ſi caput febre cõtinẽti dolet:neq́ꝫ quicquã reddit:malũ
atq́ꝫ mortiferũ eſt:maximeq́ꝫ id periculũ eſt pueris a ſeptimo anno ad quartũdecimũ. In pulmonis
morbo ſi ſputũ primis diebus nõ fuit:deĩde a ſeptĩo die cœpit & ultra ſeptimũ mãſit.piculoſũ ẽ.Quã
toq́ꝫ magis mixtos neq́ꝫ ĩter ſe diductos colores habet:tãto deterius.Et tamẽ nihil peius ẽ q̃ ſinceꝝ id
edi:ſiue ruffum eſt:ſiue cruẽtũ:ſiue albũ:ſiue glutĩoſũ:ſiue pallidũ:ſiue ſpumãs nigrũ tamẽ peſſimũ
ẽ.In eodẽ morbo piculoſa ſũt tuſſis:deſtillatõ:etiã qđ alias ſalutare habet̃ ſternutamẽtũ.Periculoſiſſi
mũq́ꝫ ẽ ſi hæc ſecuta ſubita deiectio ẽ.Fere uero q̃ ĩ pulmõis:eadẽ ĩ lateris doloribus & mitiora ſigna
& aſperiora eſſe cõſuerunt.Ex iocinere ſi pus cruẽtũ exit:mortiferũ eſt.At ex ſuppurationibus hæ peſ
ſime ſunt:quæ intus tendunt ſic ut exteriorem quoq́ꝫ cutẽ decolorẽt.Ex his deinde:quæ in exterio
rẽ partẽ prorũpit:quæ maxĩe:quæq́ꝫ planiſſime ſunt.Quod ſi ne rupta quidẽ uomica uel pute extrin
ſecus emiſſo febris qeuit:aut quãuis quieuerit:tamẽ repetit.itẽ ſi ſitis eſt:ſi cibi faſtidiũ:ſi uenter liqui
dus:ſi pus eſt liuidũ & pallidũ:ſi nihil æger excreat:niſi pituitã ſpumãtẽ:periculũ certũ eſt.Atq́ꝫ ex his
quidẽ ſuppurationibus :quas pulmonũ morbi cõcitarunt:fere ſenes moriuntur: ex cæteris iuniores.
At in tabe ſputũ mixtũ purulẽtũ:febris aſſidua:quæ & cibi tempora eripit & ſiti affligit in corpore te
nui periculũ ſubeſſe teſtatur.Si quis etiã in eo morbo diutius traxit:ubi capilli fluunt:ubi urina quæ
dã araneis ſimilia ſubſidẽtia oſtẽdit.atq́ꝫ in his odor fœdus eſt:maxĩeq́ꝫ ubi poſt hæc orta deiectio eſt:
protinus morit̃.Vtiq́ꝫ ſi tẽpus autũni eſt:quo fere qui cætera parte anni traxerũt: reſoluũtur. Itẽ pus
expuiſſe in hoc morbo:deinde ex toto ſpuere deſiſſe:mortiferum eſt.Solẽt ẽt in adoleſcẽtibus ex eo
morbo uomicæ:fiſtulæq́ꝫ oriri:quæ nõ facile ſaneſcunt:niſi ſi multa ſigna bonæ ualitudinis ſubſecu-
ta ſunt.Ex reliquis uero minime facile ſanãtur uirgines:aut hæ mulieres:quibus ſuper tabẽ menſtrua
ſuppreſſa ſunt. Cui uero ſano ſubitus dolor capitis ortus eſt:dein ſomnus oppreſſit ſic ut ſtertat: neq́ꝫ
expergiſcatur:intra ſeptimũ diẽ pereũdũ eſt:magis ſi eũ aluus cita nõ anteceſſerit.Si palpebræ dormi
entis nõ coeũt.ſi albũ oculorũ apparet.Quos tamẽ ita mors ſequitur:ſi id malũ nõ eſt febre diſcuſſũ.
At aqua inter cutẽ ſi ex acuto morbo cœpit:ad ſanitatẽ raro pducitur.utiq́ꝫ ſi cõtraria his quæ ſupra
poſita ſunt ſubſequunt̃.æque in ea quoq́ꝫ tuſſis ſpẽ tollit.Itẽ ſi ſanguis ſurſũ deorſũq́ꝫ erupit: & aqua
mediũ corpus ĩpleuit.Quibuſdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur : deinde deſinunt: deinde
rurſus aſſurgũt.Hi quidẽ tutiores ſunt:quã qui ſupra cõprehenſi ſunt:ſi attendunt̃.Sed fere fiducia ſe
cundæ ualitudinis opprimuntur:Illud iure aliquis mirabitur:quomodo quædã ſimul & affligunt no
ſtra corpora & parte aliqua tueant̃.Nã ſiue aqua inter cutẽ quem impleuit:ſiue ĩ magno abſceſſu mul
tum puris coiit:ſimul id omne effudiſſe æque mortiferum eſt:ac ſi quis ſani corporis uulnere factus
exanguis eſt .Articuli uero qui ſic dolent ut ſuper eos ex callo quædã tubercula innata ſunt:nunquã
liberantur.quæq́ꝫ eorum uitia uel in ſenectute cœperunt:uel in ſenectutem ab adoleſcentia peruene
runt:ut aliquãdo leniri poſſunt:ſic nũquam ex toto finiuntur.Morbus quoque comitialis poſt an-
num quintũ & uigeſimũ ortus ægre curat̃:multoq́ꝫ ægrius his q̃ poſt q̃drageſimũ annũ cœpit:adeo
ut in ea ætate aliqđ ĩ natura ſpei uix qcquã ĩ medicĩa ſit.In eodẽ morbo ſi ſimul totũ corpus affi-
citur:neq́ꝫ ante in ptibus aliqs ueniẽtis mali ſenſus eſt:ſed hõ ex ĩprouiſo cõcidit.cuiuſcũq́ꝫ is ætatis ẽ
uix ſaneſcit. Si uero aut mẽs læſa ẽ:aut neruorũ facta reſolutio: medicinæ locus nõ ẽ.Deiectiõibus
quoque ſi febris acceſſit:ſi inflammatio iocineris:aut præcordiorum:aut uentris:ſi in modica ſitis: ſi
longius tempus :ſi aluus uaria:ſi cum dolore eſt:etiam mortis periculum ſubeſt:maximeq́ꝫ ſi inter
hæc tormina uetera eſſe cœperunt:Isq́ꝫ morbus maxime pueros abſumit uſque ad annum deci-
mum. Cæteræ ætates facilius ſuſtinent .Mulier quoque grauida eiuſmodi caſu rapi poteſt: atq́ꝫ
etiam ſi ipſa conualuit : partum tamen perdit .Quin etiam tormina ab atra bile orſa mortifera
ſunt. aut ſi ſub his extenuato iam corpore ſubito nigra aluus profluxit :aut inteſtinorũ leuitas:
Periculoſior eſt: ſi frequens deiectio eſt. Si uenter omnibus horis & cum ſomno & ſine hoc pro
fluit. Si ſimiliter noctu & interdiu. Si quod excernitur aut crudum eſt: aut nigrum :& præter id
etiam leue & mali odoris ſit : ſi ſitis urget. ſi poſt potionem urina non redditur .quod euenit quia
tunc liquor omnis non in ueſicam : ſed inteſtina deſcendit. ſi os exulceratur. ſi rubet facies & qua
ſi maculis quibuſdam colorum omnium diſtinguitur. ſi uenter eſt quaſi fermentatus:pinguis atq́ꝫ
rugoſus:ſi & cibi cupiditas non eſt. Inter quæ cum euidens mors ſit:multo euidentior eſt:ſi iam lõ-
gum quoque id uitium eſt: maxime etiam ſi in corpore ſenili eſt.ſi uero in tenuiore inteſtino mor
bus eſt :uomitus : ſingultus : neruorum diſtentio ; delirium : mala ſunt. At in morbo arquato du
rum fieri iecur pernitioſiſſimum eſt .Quos lienis male habet ſi tormina prehenderunt : deinde
inuerſa ſunt : uel in aquam inter cutem : uel inteſtinorum leuitatem : uix ulla medicina pericu-

lo ſubtrahit. Morbus inteſtini tenuioris: niſi reſolutus eſt: intra ſeptimum diem occidit. Muli-
er ex partu ſi cum febre uehementibus etiam & aſſiduis capitis doloribus premitur: in periculo
mortis eſt. ſi dolor atq; inflammatio eſt in his partibus: quibus uiſcera continentur: frequenter ſpi-
rare ſignum malum eſt. Si ſine cauſa longus dolor capitis eſt: & in ceruices ac ſcapulas tráſit: rurſuſq;
in caput reuertitur: aut a capite ad ceruices ſcapulaſq; peruenit: pernitioſus eſt: niſi uomicam aliquam
excitauit ſic: ut pus extuſſiretur. aut niſi ſanguis ex aliqua parte prorupit: aut niſi in capite multa pru
rigo: totoue corpore puſtulæ ortæ ſunt. Aeque magnum malum eſt ubi torpor atq; prurigo peruagã
tur modo per totum caput modo in parte: aut ſenſus alicuius ibi quaſi frigoris eſt: eaq; ad ſummam
quoq; linguam perueniũt. Et cum in hiſdem abſceſſibus auxilium ſit: eo difficilior ſanitas eſt: quo mi
nus ſæpe ſub his malis illi ſubſequunť. In coxæ uero doloribus ſi uehemens torpor eſt: frigeſcitq; crus
& coxa: aluus niſi coacta nõ reddit: idq; quod excernitur mucoſum eſt: iamq; ætas eius hominis qua-
drageſimum annum exceſſit: is morbus erit longiſſimus: minimeq; annuus: neq; finiri poterit: niſi aut
uere aut autumno. Difficilis æque curatio eſt in eadem ætate ubi humerorũ dolor: uel ad manus per
uenit: uel ad ſcapulas tendit: torporemq; & dolorem creat: neq; bilis uomitu leuatur. Quæcunq; ue-
ro parte corporis membrũ aliquod reſolutum eſt: ſi neq; mouetur & emacreſcit: in priſtinũ habitum
non reuertitur: eoq; minus quo uetuſtius id uitium eſt: & quo magis in corpore ſenili eſt. Omniq; re-
ſolutioni neruorum ad medicinam non idonea tempora ſunt: hyems & atumnus. aliquid ſeparatim
poſt uere & æſtate. Iſq; morbus mediocris uix ſanatur. uehemens ſanari non poteſt. Omnis etiam do-
lor minus medicinæ patet: qui ſurſum ꝓcedit. Mulieri grauidæ: ſi ſubito mammæ emacruerũt: abor-
tus periculũ eſt. Quæ neq; peperit: neq; grauida eſt ſi lac habet: a menſtruis defecta eſt. Quartana æſti
ua breuis: autumnalis fere longa eſt: maximeq; quæ cœpit hyeme appropinquãte. ſi ſanguis profluxit.
deinde ſecuta eſſe dementia cum diſtentione neruorum: periculum mortis eſt. Itemq; ſi medicamen-
tis purgatum & adhuc inanem neruorum diſtentio oppreſſit: aut ſi in magno dolore extremæ partes
frigent. Neq; is ad uitam redit: qui ex ſuſpendio ſpumante ore detractus eſt. Aluus nigra ſanguini atro
ſimilis repẽtina ſiue cum febre ſiue etiam ſine hac eſt: pernicioſa eſt.

## De morborum curationibus. Caput octauum.

Ognitis inditiis: quæ nos uel ſpe conſolẽtur: uel metu terreant: ad curationes morborum tran
c ſeundum eſt. Ex his quædam cõmunes ſunt: quædam proprie. communes: quæ pluribus mor-
bis opitulantur. Propriæ: quæ ſingulis. Ante de communibus dicam. Ex quibus tamen quæ-
dam nõ ægros ſolum: ſed ſanos quoq; ſuſtinent. quædam in aduerſa tantum ualitudine adhibentur.
Omne uero auxilium corporis: aut demit aliquam materiam: aut adiicit: aut euocat: aut reprimit: aut
refrigerat aut calefacit: ſimulq; aut durat aut mollit. Quædam non uno modo tantum: ſed etiam
duobus inter ſe non contrariis adiuuant. Demitur materia: ſanguinis detractione: cucurbitula: deie-
ctione: uomitu: frictione: peſtatione: omniq; exercitatione: corporis abſtinentia: ſudore. De quibus
protinus dicam.

## De ſanguinis detractione per uenas. Caput nonum.

Anguinem inciſa uena mitti nouũ nõ eſt. Sed nullũ pene morbũ eſſe: in quo non mittatur: no
s uum eſt. Item mitti iunioribus & fœminis uterũ nõ gerentibus: uetus eſt. In pueris uero idem
experiri & in ſenioribus & in grauidis quoq; mulieribus: uetus nõ eſt. ſi quidẽ antiqui primam
ultimãq; ætatẽ ſuſtinere nõ poſſe hoc auxilii genus iudicabãt: perſuaſerãtq; ſibi mulierem grauidam:
quæ ita curata eſſet: abortũ eſſe facturã. Poſtea uero uſus oſtendit nihil ex his eſſe perpetuum: aliaſq;
potiones obſeruationes adhibendas eſſe: ad quas dirigi curãtis cõſilium debeat. Intereſt enim nõ quæ
ætas ſit: neq; quid in corpore intus gerať: ſed quæ uires ſint. Ergo ſi iuuenis ĩbecillus eſt: aut ſi mulier:
quæ grauida nõ eſt: parum ualet: male ſanguis emittitur. Emoritur enim uis ſi quæ ſupererat hoc mo
do erepta eſt. At firmus puer & robuſtus ſenex & grauida mulier ualens: tuto curantur. Maxime tamẽ
in his medicus imperitus falli poteſt: quia fere minus roboris illis ætatibus ſubeſt. Mulieriq; prægnã-
ti poſt curationẽ quoq; uiribus opus eſt nõ tantũ ad ſe ſed etiã ad partum ſuſtinendũ. Nõ quicqd autẽ
intentionẽ animi aut prudentiã exigit: protinus faciẽdum eſt: cũ præcipua in hoc ars ſit: quæ non an-
nos numeret: neq; cõceptionem ſolam uideat: ſed uires æſtimet: & ex eo colligat: poſſit nec ne ſupeſſe
quod uel puerũ: uel ſenem: uel in una muliere qď duo corpora ſimul ſuſtineat. Intereſt enim inter ua-
lens corpus & obeſum: iter tenue & infirmũ. Tenuioribus magis ſanguis: plenioribus magis caro abũ
dat. Facilius itaq; illi detractionẽ eiuſmodi ſuſtinẽt: celeriuſq; ea ſi nimium eſt pinguis: affligiť. Ideoq;
uis corporis melius ex uenis quam ex ipſa ſpecie æſtimatur. Neq; enim ſolum hæc cõſideranda ſunt:
ſed etiam morbi genus quod ſit. Vtrum ſuperans an deficiens materia læſerit. Corruptum corpus ſit
an integrum. Nam ſi materia uel deeſt: uel integra eſt: iſtud alienum eſt. At ſi uel copia ſui male habet:
uel corrupta eſt: nullo modo melius ſuccurritur. Ergo uehemens febris ubi rubet corpus: plenæq; ue
næ tument: ſanguinis detractionem requirit. Item uiſcerum: morbi: neruorumq; reſolutio & rigor &
diſtentio: quicquid deniq; fauces difficultate ſpiritus ſtrangulat. quicquid ſubito ſupprimit uocem.
quiſquis intolerabilis dolor eſt: & quacunq; decauſa ruptum aliquid intus atq; colliſum eſt. Item ma
lus corporis habitus: omneſq; acuti morbi: qui modo ut ſupra dixi non infirmitate ſed onere nocent.
Fieri tamen poteſt: ut morbus quidem id deſideret: corpus autem uix pati poſſe uideať. Sed ſi nullũ

tamen apparet aliud auxiliũ:perituruſq; ſit qui laborat niſi temeraria quoq; uia fuerit adiutus:in hoc ſtatu:boni medici eſt oſtẽdere:quã nulla ſpes ſine ſanguinis detractione ſit: fateriq; quãtus in hac ipſa re metus ſit. Et tum demũ ſi exigetur:ſanguinẽ mittere. De quo dubitari in eiuſmodi re nõ oportet: Satius eſt enim anceps auxiliũ experiri: quã nullum. Idq; maxime fieri debet ubi nerui reſoluti ſunt. Vbi ſubito aliquis obmutuit. Vbi angina ſtrangulať. Vbi prioris febris acceſſio pene cõfecit:paremq; ſubſequi ueriſimile eſt:neq; eandẽ uidenť ſuſtinere ægri uires poſſe. Cum ſit autẽ minime crudo ſanguis mittendus:tamen ne id quidẽ perpetuũ eſt. Neq; enim ſemp concoctionẽ res expectat. Ergo ſi ex ſuperiore parte aliquis decidit. ſi cõtuſus eſt. ſi ex aliquo ſubito caſu ſanguinẽ uomit:quãuis paulo ante ſumpſit cibũ:tamen protinus ei demẽnda materia eſt:ne ſi ſubſederit:corpus affligat. Idemq; etiã in aliis caſibus repentinis qui ſtrãgulabunt:dictum erit. At ſi morbi ratio patieť:tum demũ nulla cruditatis ſuſpectione remanẽte id fiet. Ideoq; ei rei uideť aptiſſimus aduerſæ ualitudinis dies ſecundus aut tertius. Sed ut aliquãdo etiam primo die ſanguinẽ mittere neceſſe eſt:ſic nunq̃ utile poſt diem quartũ eſt:cum iam ſpatio ipſo materia & exhauſta eſt & corpus corrumpit:ut detractio imbecillum id facere poſſit:nõ poſſit integrum. Quod ſi uehemẽs febris urget:in ipſo impetu eius ſanguinem mettere: hominem iugulare eſt. Expectanda ergo remiſſio eſt. ſi nõ decreſcit:ſed creſcere deſiit:neq; ſperatur remiſſio:tunc quoq; quãuis peior:ſola tamen occaſio nõ omittẽda eſt. Fere etiam iſta medicina ubi neceſſaria eſt:in biduum diuidenda eſt:Satius eſt enim ĩprimũ leuare ægrum:deinde perpurgare: quam ſimul omni ui effuſa fortaſſe præcipitare. Quod ſi in cura quoq; aquæ:quæ inter cutem eſt ita reſpõdet:quanto magis neceſſe eſt in ſanguine reſpondeat? Mitti uero is debet ſi totius corporis cauſa ſit: ex brachio. ſi partis alicuius. ex ea ipſa parte:aut certe quam proxima. quia non ubiq; mitti poteſt ſed in temporibus in brachiis:iuxta talos. Neq; ignoro quoſdã dicere quam longiſſime ſanguinem inde: ubi lædit:eſſe mittendũ. Sic enim auerti materiæ curſum:at illo modo in id ipſum quod grauat euocari. Sed id ipſum falſum eſt. Proximũ enim locum primo exauriit. Ex ulterioribus autem eatenus ſanguis ſequitur:quatenus emittitur ubi is ſuppreſſus eſt:quia nõ trahitur:ne uenit quidẽ. Videtur tamẽ uſus ipſe docuiſſe:ſi caput fractũ eſt:ex brachio potius ſanguinẽ mittendum eſſe. Si quod in humero uicium eſt:ex altero brachio:credo quia ſi quid parum ceſſerit: opportuniores hæ partes iniuriæ ſũt: quæ iam male habent. Auertitur quoq; interdum ſanguis:ubi alia parte prorumpens. alia emittitur. Deſinit enim fluere qua uolumus:inde obiectis quæ prohibeant:alio dato itinere. Mittere autem ſanguinẽ cum ſit expeditiſſimum:uſum habenti:tum ignaro difficillimum eſt. Iuncta enim eſt uena arteriis. his nerui. Ita ſi neruũ ſcalpellus attigit:ſequitur neruoꝝ diſtentio:ea quæ hominẽ crudeliter conſumit. At arteria inciſa neq; coit:neq; ſaneſcit:interdum etiam ut ſanguis uehemẽter erumpat:efficit. Ipſius quoq; uenæ:ſi forte præciſa eſt:capita comprimuntur:neq; ſanguinẽ emittũt. At ſi timide ſcalpellus demittitur:ſummam cutẽ lacerat:neq; uenã incidit. Non nunq̃ etiam ea latet:neq; facile reperitur. Ita multæ res id difficile inſcio faciunt. quod perito facillimũ eſt. Incidenda ad mediũ uena eſt: ex qua cum ſanguis erumpit:colorẽ eius habitumq; oportet attendere. Nam ſi his craſſus & niger eſt:uitioſus eſt:Ideoq; utiliter effunditur. Si rubet & pellucet:integer eſt. Eaq; miſſio ſanguinis adeo nõ prodeſt:ut etiam noceat protinuſq; is ſupprimẽdus eſt. Sed id euenire nõ poteſt ſub eo medico:qui ſcit ex quali corpore ſanguis mittendus ſit. Illud magis fieri ſolet:ut æque niger aſſidue ac primo die ꝓfluat. Quod quãuis ita eſt:tamen ſi iam ſatis fluxit:ſupprimẽdus eſt. Semperq; ante finis faciendus eſt: q̃ anima deficiat. Deligãdumq; brachiũ ſuper impoſito expreſſo ex aqua frigida penicillo & poſtero die aduerſo medio digito uena ferienda:ut recens coitus eius reſoluať:iterumq; ſanguinem fundat. Siue autem primo:ſiue ſecundo die ſanguis: qui craſſus & niger initio fluxerat & rubere & pellucere cœpit: ſatis materiæ detractum eſt:atq; quod ſupereſt:ſincerum eſt. Ideoq; protinus brachium deligandum: habendumq; ita eſt:donec ualens cicatricula ſit. quæ celerime in uena confirmatur.

De ſanguinis detractione per cucurbitulas. Caput. x.

c

Vcurbitularum uero duo genera ſunt:æneum & corneũ. Aenea altera patet: altera clauſa eſt. Cornea altera parte æque patens:altera foramen habet exiguũ. In æneam linamentum ardens coniicitur:ac ſic os eius corpori aptatur:imprimiturq;:donec inhæreat. Cornea per ſe corpori imponitur:deinde ubi ea parte qua exiguum foramen eſt:ore ſpiritus adductus eſt: ſuperq; cæra cauũ id clauſum eſt:æque inhæreſcit. Vtraq; non ex his tantum materiæ generibus: ſed etiam ex quolibet alio recte fit. At ſi cætera defecerunt:caliculus quoq; aut pultarius oris compreſſioris: ei rei cõmode aptatur. Vbi inhæſit:ſi conciſa ante ſcalpello cutis eſt ſanguinẽ extrahit. ſi integra eſt:ſpiritũ. Ergo ubi materia quæ intus eſt:lædit. illo modo. Vbi inflatio:hoc imponi ſolet. Vſus autem cucurbitulæ præcipuus eſt:ubi non in toto corpore ſed in parte aliqua uitium eſt. quam exhauriri ad confirmandam ualitudinem ſatis eſt. Idq; ipſum teſtimonium eſt etiam ſcalpello ſanguinẽ ubi mẽbro ſuccurriť ab ea potiſſimũ parte:quæ iam læſa eſt:eſſe mittendũ:quod nemo cucurbitulã diuerſæ parti ĩponit:niſi cũ ꝓfuſionẽ ſanguinis eo auertit:ſed ei ipſi quæ dolet quæq; liberãda eſt. Opus etiam cucurbitula poteſt in morbis longis:quãuis etiam ſpãcium aliquod acceſſit:ſiue corrupta materia:ſiue ſpiritu male habẽte. In acutis quoq; quibuſdã ſi & leuari corpus debet:& ex uena ſanguinẽ mitti uires nõ patiunť. Idq; auxiliũ ut minus uehemens ita magis tutũ. Neq; unq̃ periculoſum eſt etiã ſi in medio febris ĩpetu etiã ſi in cruditate adhibeť. Ideoq; ubi ſanguinem mitti opus eſt:ſi inciſa uena. præceps periculum eſt: aut ſi in

parte corporis etiam uitium eſt:huc potius cõfugiendũ eſt.Cum eo tamen ut ſciamus: hic ut nullum
periculũ:ita leuius præſidium eſſe:nec poſſe uehementi malo:niſi æque uehemẽs auxiliũ ſuccurrere.

De deiectione. Caput.xi.

Eiectionẽ autem antiqui uariis medicamẽtis:crebraqꝫ alui ductione in oĩbus fere morbis mo
d liebant:dabantqꝫ aut nigrũ ueratrũ:aut filiculã:aut ſquamã æris:quã lepidochalcon græci uo
cant:aut lactucæ marinæ lac:cuius gutta pani adiecta abunde purgat.aut lac uel aſininum uel
bubulũ uel caprinũ:eiqꝫ ſalis paulũ adiiciebant:decoquebantqꝫ id:& ſublatis his:quæ coierant: quod
quaſi ſerum ſupererat:bibere cogebant.Sed medicamenta ſtomachũ fere lædunt.Ideoqꝫ omnibus ca
tharticis aloe miſcenda eſt.Aluus ſi uehemẽtius fluit:aut ſæpius ducitur:hominẽ infirmat.Ergo nunq̃
in aduerſa ualitudine medicamentũ eius rei cauſa recte datur:niſi ubi is morbus ſine febre eſt. Vt cũ
ueratrum nigrum:aut atra bile uexatis:aut cum triſtitia inſaniẽtibus : aut is quorũ nerui parte aliqua
reſoluti ſunt:datur.At ubi febres ſunt:ſatius eſt eius rei cauſa cibos potioneſqꝫ aſſumere:qui ſimul &
alant & uentrem molliant.Suntqꝫ ualitudinis genera:quibus ex lacte purgatio cõuenit.Pleruncqꝫ uero
aluus potius ducenda eſt.quod ab Aſclepiade quoqꝫ ſic temperatũ:ut tamen ſeruatum ſit. uideo ple-
runqꝫ ſeculo noſtro præteriri.Eſt autẽ ea moderatio:quam is ſecutus uidetur:aptiſſima: ut neqꝫ ſæpe ea
medicina tentetur:& tamen ſemel ſumptum uel bis:nõ omittatur.Si caput graue eſt.ſi oculi caligant.
ſi morbus maioris inteſtini eſt:quod græci colum nominãt.ſi in imo uentre:aut in coxa dolores ſunt.
ſi in ſtomachũ quædam bilioſa cõcurrunt:uel etiam pituita eo ſe:humoreue aliquis aquæ ſimilis con
fert.ſi ſpiritus difficilius redditur.ſi nihil per ſe uenter excernit.utiqꝫ ſi iuxta quoqꝫ ſtercus eſt & intus
remanet.aut ſi ſtercoris odorem nihil deiiciens æger ex ſpiritu ſuo ſentit:aut ſi corruptũ eſt quod ex-
cernitur aut ſi prima inedia febrẽ non ſuſtulit.aut ſi ſanguinẽ mitti:cum opus ſit: uires nõ patiuntur:
tempuſue eius rei præteriit.aut ſi multũ ante morbũ aliquis portauit.aut ſi is qui ſæpe uel ſponte uel
caſu purgatus eſt:ſubito habet aluũ ſuppreſſam.Seruanda uero illa ſunt:ne ante diem tertiũ ducatur.
ne ulla crudelitate ſubſtante.ne in corpore infirmo:diuqꝫ in aduerſa ualitudine exhauſto : neue in eo:
cui ſatis aluus reddit quotidie quiue eam liquidã habebit.ne in ipſo acceſſionis impetu.quia qđ tum
infuſum eſt:aluo cõtinetur:regeſtumqꝫ in caput multo grauius periculum efficit.Pridie uero abſtine-
ri debet æger:ut aptus tali curationi ſit.Eodẽ die ante aliquot horas aquã calidam habere:ut ſuperio
res eius partes madeſcant.tum iniicienda aluus eſt:ſi leui medicina contenti ſumus:pura aqua: ſi pau-
lo ualentiori:mulſa:ſi leni ex aqua:in qua fœnum græcũ uel ptiſana uel malua decocta ſit.Si reprimẽ-
di cauſa:ex uerbenis.acris autẽ eſt marina aqua uel alia ſale adiecto:atqꝫ utraqꝫ decocta cõmodior eſt.
Acrior fit adiectio uel oleo uel nitro uel melle quoqꝫ.Si acrior eſt:eo plus extrahit:ſed minus facile ſu
ſtinetur.Id quod infunditur:neqꝫ frigidum eſſe oportet:neqꝫ calidũ:ne alterutro modo lædat.Cũ infu-
ſum eſt:quantum fieri poteſt continere ſe in lectulo debet æger:ne primæ cupiditati deiectionis pro-
tinus cedere. Vbi neceſſe eſt tum demum deſidere.Fereqꝫ eo modo dempta materia ſuperioribus par
tibus leuatis morbũ ipſum mollit.Cũ uero quotiens res coegit deſidẽdo aliquis ſe exhauſit:pauliſper
debet cõquieſcere:& ne uires deficiant:utiqꝫ eo die cibũ aſſumere. qui plenior an exiguus ſit dandus:
ex ratione eius acceſſionis:quæ expectabitur:aut in metu nõ erit:æſtimari oportebit.

De uomitu. Caput.xii.

T uomitus ut in ſecũda quoqꝫ ualitudine ſæpe neceſſarius bilioſis eſt : ſic etiam in his morbis:
a quos bilis cõcitauit.Ergo omnibus:qui ante febres horrore & tremore uexantur:omnibus: qui
colera laborãt:omnibus etiã cum quadã hilaritate inſanientibus:& comitiali quoqꝫ morbo op
preſſis:neceſſarius eſt.Sed ſi acutus morbus eſt:ſicut in colera ſi febris eſt:ut inter horrores:aſperiori-
bus medicamẽtis opus nõ eſt.ſicut in deiectionibus quoqꝫ ſupra dictũ eſt.ſatiſqꝫ eſt ea uomitus cauſa
ſumi:quæ ſanis quoqꝫ ſumenda eſſe propoſui.At ubi longi ualẽteſqꝫ morbi ſine febre ſunt:ut comitia
lis aut inſania:ueratro quoqꝫ albo utendum eſt:Id neqꝫ hyeme neqꝫ æſtate recte datur:optime uere:to
lerabiliter autumno.Q uiſqs daturus erit:id agere ante debet:ut accepturi corpus humidius ſit. Illud
ſcire oportet.omne eiuſmodi medicamentũ:quod potui datur:non ſemp ægris prodeſſe:ſemper ſanis
nocere.

De frictione. Caput.xiii.

E frictione uero & geſtatione adeo multa Aſclepiades tanq̃ inuentor eius poſuit : quod in eo
d uolumine quod cõmuniũ auxiliorum ſcripſit:cũ triũ tantũ faceret mentionẽ:huius & equi & ge
ſtatiõis:tamẽ maximã partẽ in hoc cõſumpſerit.Oportet autẽ neqꝫ recẽtiores uiros in his frau
dare:quæ uel repperentur:uel recte ſecuti ſunt.& tamen ea:quæ apud antiquiores aliquos poſita ſunt:
auctoribus ſuis reddere.Neqꝫ dubitari poteſt quin latius quidẽ & dilucidius ubi & quomodo frictio-
ne utendũ eſſet Aſclepiades præceperit:nihil tamen repperit:quod nõ a uetuſtiſſimo auctore Hip-
pocrate paucis uerbis cõprehẽſum ſit.q dixit.frictione ſi uehemẽs ſit:durari corpus:ſi lenis molliri : ſi
multa:minui:ſi modica ipleri.Sequitur ergo ut tũ utẽdũ ſit:cũ aut aſtringẽdũ corpus ſit:qđ fluẽs eſt.aut
molliẽdũ qđ iduruit.aut digerẽdũ in eo qđ copia nocet.aut alendũ id q tenue & iſirmũ eſt.Quas ta
men ſpecies ſi qs curioſius æſtimet qđ iã ad medicũ nõ ꝑtinet:facile itelliget oẽs ex una cauſa pẽdere
quæ demit.Nã & aſtringitur aliqd eo dẽpto:qđ iterpoſitũ ut id laxaretur:effecerat.& mollitur eo detracto:
quod duriciẽ creabat & ipletur nõ ipſa frictione:ſed eo cibo:qui poſtea uſqꝫ ad cutẽ digeſtione quadã re
laxatã penetrat.Diuerſarum uero rerũ in modo cauſa eſt.Inter unctionẽ autẽ & frictionẽ multũ itereſt.

Vngi.n.leniterq; pertractari corpus etiá in acutis & recentibus morbis oportet: in remiſſione tamen & ante cibum. Longa uero frictione uti neq; in acutis morbis neq; increſcentibus conuenit: præter q̃ cú phreneticis ſomnus ea requirit. Amat auté hoc auxiliú ualitudo longa & iam a primo impetu inclinata: Neq; ignoro quoſdá dicere omne auxiliú neceſſarium eſſe increſcentibus morbis: non cum iam per ſe finiuntᷣ. Quod non ita ſe habet. Poteſt.n.morbus etiá qui per ſe finé habiturus eſt: citius tamen adhibito auxilio tolli. qđ duabus decauſis neceſſariú eſt: ut & q̃primum bona ualitudo cõtingat & ne morbus qui remanet: iteꝝ q̃uis leui decauſa exaſperetur. Poteſt enim morbus minus grauis eſſe q̃ fuerit: neq; ideo tamen ſolui: ſed reliquiis quibuſdá inhærere: quas admotú aliquod auxiliú diſcutit. Sed ut leuata quoq; aduerſa ualitudine recte frictio adhibetᷣ: ſic nunq̃ adhibenda eſt febre increſcéte. Veꝝ ſi fieri poterit cú ex toto corpus ea uacabit: minus certe cú ea remiſerit. Eodé auté modo in tutis corporibus eſſe debet: ut cú infirmus aliquis implendus modo eſt in partibus: aut quia ipſius eius mébri imbecillitas id requirit: aut quia alterius. Ná & capitis longos dolores ipſius frictio leuat. Nõ in impetu tamen doloris & membrú aliquod reſolutú ipſius frictione confirmatᷣ. Longe tamen ſæpius aliud perfricandú eſt cum aliud dolet: maximeq; cú a ſummis aut a mediis partibus corporis euocare materiam uolumus: ideoq; extremas partes perfricamus. Neq; audiendi ſunt: qui numero finiunt quotiens aliquis ꝑfricandus ſit. Id enim ex uiribus hominis colligédú eſt. Et ſi is perinfirmus eſt: poteſt ſatis eſſe quinquagies. ſi robuſtior: poteſt ducéties eſſe faciendú. Inter utrunq; deinde prout uires ſunt. Quo fit ut etiá minus ſæpe in muliere: quá in uiro: minus ſæpe in puero uel ſene: quá in iuuene manus dimouédæ ſint. Deniq; ſi certa mébra perfricantur: multa ualentiq; frictione opus eſt. Nam neq; totú corpus infirmari cito per parté poteſt: & opus eſt quá plurimú materiæ digeri: ſiue id ipſum membꝝ ſiue per id aliud leuamus. At ubi totius corporis íbecillitas hanc curationé per totú id exigit: breuior eſſe debet & lenior: ut tantúmodo ſummá cutem emolliat: quo facilius capax ex recenti cibo nouæ materiæ fiat. In malis iam ægrú eſſe teſtatᷣ: ubi exterior pars corporis friget: íterior cú ſiti calet: ut ſupra poſui. Sed tunc quoq; unicú in frictione præſidiú eſt. quæ ſi caloré in cutem euocauit: poteſt alicui medicinæ locum facere.

## De geſtatione. Caput. xiiii.

g Eſtatio quoq; longis etiá & inclinatis morbis aptiſſima eſt. utiliſq; eſt & his corporibus: quæ iam ex toto febre carent: ſed adhuc exerceri per ſe nõ poſſunt: & his quibus lentæ morboꝝ reliquiæ remanét: neq; aliter eliduntᷣ. Aſclepiades etiá in recenti uehemétiq; febre præcipueq; ardente ad diſcutiendá eam geſtatione dixit utendú eſſe. Sed id periculoſe fit: meliuſq; quiete eiuſmodi impetus ſuſtinetᷣ. Si quis tamen experiri uolet: ſic experiatᷣ. ſi lingua nõ erit aſpera: ſi nullus tumor: nulla duricies: nullus dolor uiſceribus aut capiti: aut præcordiis ſuberit. Et ex toto nunq̃ geſtari corpus dolens debet: ſiue id in toto: ſiue in parte eſt: niſi tamen ſolis neruis dolentibus. neq; unq̃ in recenti febre: ſed in remiſſione eius. Genera auté geſtationis plura ſunt adhibéda: quæ ſunt & ꝑ uiribus cuiuſq; & pro opibus: ne aut imbecillú hominé nimis digerant: aut humili obſint: Geſtationú leniſſima eſt naui uel in portu uel in flumine uehementior in alto mari naui uel lectica aut ſcanno: acrior uehiculo. Atq; hæc ipſá & intendi & leniri poſſunt: ſi nihil horum eſt: ſuſpédi lectus debet & moueri. ſi ne id quidem eſt: at certe uni pedi lecti funiculus ſubiiciédus eſt: atq; ita lectus huc & illuc manu impellendus. Et leuia quidé genera exercitationis: infirmiſſimis conueniunt. Valétiora uero his qui grauiú morború initia ſic ſentiunt: ut adhuc febre uacét. Quod & in tabe & in ſtomachi uitiis & cú aqua cuté ſubiit & interdú in morbo regio fit: Aut ubi quidá morbi: qualis comitialis: qualis íſania eſt ſine febre: q̃uis diu manét. In q̃bus affectibus ea quoq; genera exercitationú neceſſaria ſunt: quæ cõprehendimus eo loco: quo quéadmodú ſani: neq; firmi homines ſe gererent: præcepimus.

## De abſtinentia. Caput. xv.

a Bſtinétiæ uero duo genera ſunt: Alteꝝ ubi nihil aſſumit æger: Alteꝝ ubi nõ niſi qđ oportet. Initia morboꝝ primú famem ſitimq; deſiderát: ipſi deinde morbi: moderationé: ut neq; aliud quá expedit: neq; eius ipſius nimiú ſumatᷣ. Neq; enim cõuenit iuxta inediá protinus. ſacietaté eſſe. Quod ſi ſanis quoq; corporibus inutile eſt: ubi aliqua neceſſitas famem fecit: quáto inutilius. eſt in corpore etiá ægro? Neq; ulla res magis adiuuat laboranté: q̃ tépeſtiua abſtinétia. Intemperátes homines apud nos ipſi cibi tempora curátibus dant. Rurſus alii tempora medicis pro dono remittunt: ſibi ipſis modú uendicant: Liberaliter agere ſe credút qui cætera illoꝝ arbitrio relinquút: in genere cibi liberi ſunt: quaſi quæratᷣ quid medico liceat: nõ quid ægro ſalutare ſit. Cui uehementer nocet: quotiens in eius quod aſſumitur uel tépore uel modo uel genere peccatur.

## De ſudore. Caput. xvi.

s Vdor etiá duobus modis elicitᷣ: aut ſicco calore: aut balneo. Siccus calor eſt & harenæ calidæ & laconici & clibani & quarúdá naturaliú ſudatiões. ubi e terra profuſus calidus uapor ædificio includitᷣ: ſicut ſup baias in myrtetis habemus. Præter hæc ſole quoq; & exercitatiõe is mouetᷣ. Vtiliaq; hæc genera ſunt quotiens humor intus nocet: iſq; digerédus eſt. Ac neruoꝝ quoq; quædá uitia ſic optime curantᷣ. ſed cætera infirmis poſſunt cõuenire. ſolet exercitatio tantú robuſtioribus qui tamé ſine febre: uel initio morbi: uel etiá grauibus morbis tenentᷣ. Cauédú auté eſt neq̃d hoꝝ uel in febre uel in cruditate téteᷣ. At balnei duplex uſus eſt. Ná mõ diſcuſſis febribus initiú cibi: plenioris: uiniq; firmioris ualitudini facit: mõ febré ipſá tollit. fereq; adhibetᷣ ubi ſúmá cuté relaxari euocariq; corruptú humoré & habitú corpis mutari expedit. Antiq̃ timidius eo utebantᷣ. Aſclepiades audacius.

Neq; terrere autem ea res:ſi tempeſtiua eſt:debet.& ante tempus nocet. Quiſquis febre liberatus eſt:
ſimul atq; ea uno die non acceſſit:eo qui proximus eſt poſt tempus acceſſionis:tuto lauari poteſt. At
ſi circuitum habere ea febris ſolita eſt:ſic ut tertio quartoue die reuertatur:quandocũq; non acceſſit:
balneum tutum eſt.Manẽtibus uero adhuc febribus:ſi hæ ſunt lentæ: lieneſq; iamdiu male habent:
recte medicina iſta tentatur. Cum eo tamen ne præcordia dura ſint: neue ea tumeant: neue lingua
aſpera ſit:neue aut in medio corpore:aut in capite dolor ullus ſit:neue tum febris increſcat. At in his
quidẽ febribus:quæ certũ circuitum habent:duo balnei tempora ſunt.alterũ ante horrorem:alterum
febre finita.In his uero:qui lentis febriculis diu detinentur. cum aut ex toto receſſit acceſſio:aut ſi id
nõ ſolet certe lenita eſt:iamq; corpus tam integrũ eſt: quã maxime eſſe in eo genere ualitudinis ſolet:
imbecillus homo iturus in balneũ uitare debet:ne ante:frigus aliquod experiat̃. Vbi in balneũ uenit:
pauliſper reſiſtere:expeririq; num tempora aſtringãtur & an ſudor aliquis oriatur. Illud ſi incidit:hoc
non ſecutum eſt:inutile eo die balneũ eſt:perungendus eſt is leniter & auferendus eſt:uitandũq; omni
modo frigus:& abſtinentia utendum. At ſi temporibus integris:primũ ibi: deinde alibi ſudor incipit:
fouendum os aqua calida:tum in ſolio deſidendũ eſt:atq; ibi quoq; uidendum: num ſub primo con-
tractu aquæ calidæ ſumma cutis inhorreſcat.quod uix tamen fieri poteſt:ſi priora recte acceſſerunt.
Certum id autẽ ſignum inutilis balnei eſt. Ante uero:an poſtea quã in aquam calidam ſe demittat ali-
quis perungi debeat:ex ratione ualitudinis ſuæ cognoſcat. Fere tamen:niſi ubi nominatim: ut poſtea
fiat id præcipietur:moto ſudore leuiter corpus perungendũ:deinde in aquã calidam demittẽdum eſt.
Atq; hic id quoq; habenda uirium ratio eſt.Neq; cõmittendum ut per æſtum anima deficiat: ſed ma
turius is auferendus:curioſeq; in ueſtimẽtis inuoluẽdus eſt.ut neq; ad eum frigus aſpiret: & ibi quoq;
anteq̃ aliquid aſſumat:inſudet. Fomenta quoq; calida ſunt:milium:ſal:harena:quodlibet eoꝝ calefa-
ctum & in linteum coniectũ.Si minore uis opus eſt:etiam ſolum linteũ. At ſi maiore: extinctiones:in
uolutiq; panniculi & ſic circundati.Quin etiam calido oleo replentur utriculi:& in uaſa fictilia: ad ſi-
militudinẽ quas lenticulas uocant:aqua coniicitur: & ſal ſicco linteo excipitur. demittiturq; in aquã
bene calidã tum ſuper id membrũ:quod fouendum eſt:collocatur: iuxtaq; ignẽ ferramenta duo ſunt
capitibus paulo latioribus:alterumq; ex his demittitur in eum ſalem:& aqua ſuper leuiter aſpergitur.
Vbi frigere cœpit:ad ignẽ refertur:& idem in altero fit:deinde inuicem in utroq;. inter quæ deſcẽdit
ſalus & calidus ſuccus:qui cõtractis aliquo morbo neruis opitulatur. His omnibus commune eſt di-
gerere id quod uel præcordia onerat:uel fauces ſtrãgulat:uel in aliquo mẽbro nocet. Quando autem
quoq; utendũ ſit:in ipſis morboꝝ generibus dicetur.

Qui cibi:potioneſue:aut ualẽtis aut mediæ aut imbecillæ materiæ ſint. Caput.xvii.

c Vm de his dictum ſit:quæ detrahendo iuuant ad ea ueniendum eſt:quæ nos alunt:ideſt cibũ
& potionem.hæc autẽ non omnium tantum morborum:ſed etiam ſecundæ ualitudinis com
munia præſidia ſunt.Pertinetq; ad rem omnium proprietates noſſe.primũ ut ſani ſciant quo-
modo his utantur.deinde ut exequentibus nobis morborum curationẽ liceat ſpecies rerum:quæ aſſi
due neceſſariæ erunt ſubiicere.Neq; neceſſe eſt ſubinde ſingulas eas nominare. Scire igit̃ oportet oĩa
legumina:quæq; ex frumẽtis panificia ſunt:generis ualẽtiſſimi eſſe.Id ualentiſſimũ uoco:in quo plu-
rimum alimenti eſt:Item omne animal quadrupes dominatum.omnem grandem feram:quales ſunt
capreæ:ceruus:aper:onager:omnem grandem auem:quales ſunt anſer & pauo & grus. omnes beluas
marinas:ex quibus cetos eſt:quæq; his pares ſunt.Item mel & caſeum.quo minus mirum eſt:opus pi-
ſtorium:ualentiſſimũ eſſe:quod ex frumento:adipe:melle.caſeo conſtat.In media uero materia nume
rari ex oleribus debere ea: quorum radices uel bulbos aſſumimus. Ex quadrupedibus leporem aues
omnes a minimis ad phœnicopterum.item piſces omnes:qui ſalem nõ patiuntur: ſolidiue ſaliuntur.
Imbecilliſſimã uero materiam eſſe omne olus & quicquid in cauliculo naſcitur. qualis eſt cucurbita
& cucumis & capparis:omnia poma:oleas:cocleas:itemq; conchilia. Sed quãuis hæc ita diſcreta ſunt:
tamen etiam quæ ſub eadẽ ſpecie ſunt:magna diſcrimina recipiunt:aliaq; res alia:uel ualentior eſt uel
infirmior.Si quidẽ plus alimenti eſt in carne:quã in ullo alio. Firmius eſt triticum: quam milium:id
ipſum:quam hordeum:& ex tritico firmiſſima filigo:deinde ſimila:deinde cui nihil ademptũ eſt: qđ
autopyron græci uocant:infirmior eſt.ex polline infirmiſſimus cibarius panis. Ex leguminibus uero
ualẽtior faba:uel lenticula:quã piſum. Ex oleribus ualẽtior rapa:napiq; & omnes bulbi. in quibus ce-
pam quoq; & allium numero:quã paſtinaca:uel quæ ſpecialiter:radicula appellat̃. Item firmior braſſi
ca & beta & porrum:quam lactuca:uel cucurbita:uel aſparagus. At ex fructibus ſurculoꝝ ualentiores
uuæ:ficus:nuces:palmulæ:quã quæ poma propriæ nominãtur. Atq; ex his ipſis firmiora:quæ ſucco-
ſa:quã quæ frigida ſunt.itemq; ex his auibus:quæ in media ſpecie ſunt.ualẽtior ea quæ pedibus: quã
quæ uolatu magis nititur:& ex his quæ uolatu fidunt:firmiores ſunt:quæ grãdiores aues:quam quæ
minutæ ſunt ut ficedula & turdus: Atq; eæ quoq;:quæ in aqua degunt leuiorẽ cibum præſtãt: quam
quæ natandi ſcientiam non habẽt.Inter domeſticas uero quadrupedes:leuiſſima ſuilla eſt:grauiſſima
bubula.Itemq; ex feris quo maius quodq; animal:eo robuſtior ex eo cibus eſt.Piſciumq; eorum: qui
ex media materia ſunt. quibus maxime utimur tamen: grauiſſimi ſunt ex quibus ſalſamenta quoq;
fieri poſſunt: qualis lacertus eſt. deinde qui quãuis teneriores: tamen duri ſunt: ut aurata: coruus:
ſcarus: oculata: tum plani: poſt quos etiam leuiores lupi: mulliq;: & poſt hos omnes ſaxatiles.

Neq; uero in generibus rerũ tantũmodo diſcrimen eſt:ſed etiã in ipſis. qđ & ætate fit & mẽbro & ſo-
lo & cælo & habitu.nã quadrupes animal omne ſi lactans eſt:minus alimẽti præſtat. Itẽ quo tenerior
pullus cohortalis eſt.In piſcibus quoq; media ætas:quæ nondũ ſummã magnitudinẽ ipleuit. Deinde
ex eodẽ ſuæ ungulæ:roſtrũ:aures:cerebellũ.ex agno:hedoue cũ pectiolis totũ caput aliquãto quã cæ-
tera mẽbra leuiora ſunt:adeo ut in media materia poni poſſint.Ex auibus colla alæue recte ĩfirmis an
numerant.Quod ad ſolũ uero ptinet:frumentũ quoq; ualentius eſt collinũ quã campeſtre. leuior pi-
ſcis inter ſaxa editus:quã in harena:leuior in harena:quã in limo.Quo fit:ut ex ſtagno:uel lacu:uel flu
mine eadẽ genera grauiora ſint.Leuiorq; qui in alto:quã qui in uado uixit.Omne etiã feꝝ animal do
meſtico leuius:& quodcunq; humido cælo:quã qđ ſicco natũ eſt.Deinde eadẽ omnia pinguia: quam
macra:recentia:quã ſalſa:noua:quã uetuſta plus alimenti habẽt.Tum res eadẽ magis alit iurulẽta:quã
aſſa:magis aſſa:quã frixa.Ouum durũ ualẽtiſſimæ materiæ eſt:molle uel ſorbile: imbecilliſſimæ. Cũ
quæ panificia omnia firmiſſima ſint:elota tamen quædã genera frumẽti:ut alica:oriza:ptiſana: uel ex
hiſdẽ facta ſorbitio:uel pulticula.Et aqua quoq; madens panis:imbecilliſſimis annumerari poteſt. Ex
potionibus uero quæcunq; ex frumẽto facta eſt:itemq; lac:mulſum:defrutũ:paſſum: uinũ aut dulce:
aut uehemens aut muſtũ:aut magnæ uetuſtatis:ualentiſſimi generis eſt. At acetũ:& id uinũ : qđ pau-
corũ annoꝝ:uel auſterum:uel lene eſt:in media materia eſt.Ideoq; infirmis nunq̃ generis alterius dari
debet.Aqua oĩum imbecilliſſima eſt.firmiorq; ex frumẽto potio eſt:quo firmius fuit ipſum frumen-
tum.firmior ex eo uino:quod bono ſolo:quã quod tenui:quodq; tẽperato cælo: quã quod aut nimis
humido:aut nimis ſicco:nimiũq; aut frigido:aut calido natũ eſt.Mulſum quo plus mellis habet : de-
frutũ quo magis incoctũ eſt:paſſum quo ex ſicciore uua eſt:eo ualentius eſt. Aqua leuiſſima pluuialis
eſt:deinde fontana:tum ex flumine:tum ex puteo:poſt hæc ex niue:aut glacie. grauior his ex lacu:gra-
uiſſima ex palude.Facilis etiã & neceſſaria cognitio eſt naturã eius requirẽtibus.Nã leuis:pondere ap-
paret:& ex his quæ pondere pares ſunt:eo melior quæq; eſt:quo celerius & caleſit & frigeſcit:quoq; ce
lerius ex ea legumina pcoquunt.Fere uero ſequit:ut quo ualẽtior quæq; materia eſt : eo minus facile
cõcoquatur:ſed ſi concocta eſt:plus alat.Itaq; utendũ eſt materiæ genere pro uiribus:moduſq; oĩbus:
pro genere ſumendus.Ergo imbecillis hominibus:rebus infirmiſſimis opus eſt. Mediocriter firmos:
media materia optime ſuſtinet.& robuſtis apta:ualidiſſima eſt.Plus deinde aliquis aſſumere ex leuio-
ribus poteſt.magis in his:quæ ualentiſſima ſunt:temperare ſibi debet.

Quæ natura ac proprietas cuiuſq; rei ſit:qua ueſcimur. Caput.xviii.

Eq; hæc ſola diſcrimina ſunt:ſed etiã aliæ res boni ſucci:aliæ mali ſunt:quas euchylas:uel caco
n chylas græci uocant.Aliæ lenes:aliæ acres:aliæ craſſiorẽ pituitã in nobis faciunt:aliæ tenuio-
rem:aliæ idoneæ ſunt ſtomacho:aliæ alienæ ſunt.Itemq; aliæ inflant:aliæ ab hoc abſunt. aliæ
calefaciunt:aliæ refrigerãt:aliæ facile in ſtomacho aceſcunt:aliæ non facile intus corrũpunt.aliæ mo-
uent aluũ:aliæ ſupprimũt.aliæ citant urinã:aliæ tardant.Quædã ſomnũ mouent:quædã ſenſus exci-
tant.Quæ oĩa ideo noſcẽda ſunt:quoniã aliud aliter:uel corpori uel ualitudini conuenit.

Quæ res boni ſucci ſint. Caput.xix.

Oni ſucci ſunt:triticũ:ſiligo alica:oriza:amilũ.Itẽ & lenes ſunt & ſtomacho aptæ & calefaciũt:
b tragum:ptiſana:lac:caſeus mollis:omnis uenatio:omnes aues:quæ ex media materia ſunt. Ex
maioribus quoq; hæ:quas ſupra nominauimus.Medii inter teneros duroſq; piſces: ut mullus
& lupus uerna:lactuca:urtica:malua:cucumis:cucurbita:ouum ſorbile:portulaca:cochleæ:palmulæ.
ex pomis quodcunq; neq; acerbum:neq; accidũ eſt. Vinũ dulce uel lene:paſſum:defrutũ:oleæ quæ ex
his duobus in alterutro ſeruatæ ſunt:uuluæ:roſtra:tronculiq;. In ſumma omnis pinguis caro : omnis
glutinoſa:omne iecur.

Quæ res mali ſucci ſint. Caput.xx.

Ali uero ſucci ſunt miliũ:panicum:hordeũ:legumina:caro domeſtica permacra:omniſq; caro
m ſalſa:omne ſalſamentum:garum:uetus caſeus:cicer:radicula:rapa:napi:bulbi:braſſica:magiſq;
etiam cima eius:aſparagus:beta:cucumis:porrum:eruca:naſturciũ:thimũ:nepeta:ſaturia:hiſo-
pum:ruta:anetũ:feniculũ:cuminum:aneſum:lapatium:ſinapi:& alliũ:cepa:lienes:renes:inteſtina:po-
mum quodcunq; acidum uel acerbum eſt:acetum:omnia acria:acida.acerba: oleũ piſces quoq; ſaxati
les omneſq; qui ex tenerrimo genere ſunt:aut hi qui rurſus nimiũ duri:uiroſiq; ſunt:ut fere quos ſta-
gna:lacus:limoſiue riui fuerũt:qui ue in nimiã magnitudinem exceſſerunt.

Quæ res lenes:quæue acres ſint. Caput.xxi.

Enes autẽ ſunt:ſorbitiones:pulticula:laganũ:amilum:ptiſana:pinguis caro & quæcunq; gluti
l noſa eſt.Quod fere quidẽ in omni:quæ domeſtica:fit:præcipue tamen in ungulis:trunculiſq;
ſuum:in pectiolis:capituliſq; hedoꝝ & uituloꝝ & agnorum:omnibuſq; cerebellis.item ſi qui
proprie bulbi nominant:lac:defrutũ:paſſum:nuclei pinei.acria ſunt omnia nimis auſtera:omnia acci
da:omnia ſalſa:& mel quidẽ in quo melius eſt:eo magis.Item allium cepa:eruca:ruta:naſturciũ:cucu-
mis:beta:braſſica:aſparagus ſinapi:radicula:intubus:ocymũ lactuca:maximaq; olerũ pars.

Quæ res craſſiorẽ:quæue tenuiorem pituitam faciunt. Caput.xxii.

Raſſiorem autẽ pituitã faciunt:oua ſorbilia:alica:oriza:amilum:ptiſana:lac bulbi:omniaq; fe-
c re glutinoſa.Extenuant eandem omnia ſalſa atq; acria & accida.

Quæ res ſtomacho idoneæ ſunt. Caput.xxiii.

Tomacho autem aptiſſima ſunt:quæcunq; auſtera ſunt:etiam quæ accida ſunt: quæq; conta
cta ſale modico ſunt.Item panis ſine fermento:& elota alica:uel orixa:uel ptiſana: omnis auis
s omnis uenatio:atq; utraq; uel aſſa uel elixa.Ex domeſticis animalibus bubula. Siquid ex cæ-
teris ſumitur:macrum potius:q̄ pingue.Ex ſue ungulæ:roſtra:aures:uuluæ:ſterileſq;.Ex ole-
ribus intubus:lactuca:paſtinaca:cucurbita elixa:ſiſer.Ex pomis ceraſium:morum:ſorbum:pirum fra
gile:quale cruſtuminū uel meuianū eſt.Itē pira quæ reponuntur tarentina atq; ſignina.Malum orbi-
culatum aut ſcaudianum uel amerinum uel cotoneum uel punicum.Vuæ ex olla:molle ouū: palmu
læ:nuclei pinei:oleæ albæ ex dura muria:eædē aceto intinctæ.uel nigræ:quæ in arbore bene permatu
ruerunt:uel quæ in paſſo:defrutoue ſeruatæ ſunt.Vinū auſterū:licet iam aſperum ſit:item reſinatum:
Duri ex media materia piſces:oſtrea:pectines:murices:pupuræ:cochleæ:cibi:potioneſque uel frigidæ
uel feruentes:abſinthium.

Quæ res alienæ ſtomacho ſunt. Caput.xxiiii.

Liena uero ſtomacho ſūt omnia tepida:omnia ſalſa:oīa iurulenta:prædulcia:oīa pinguia: ſor-
a bitio:panis fermētatus:itēq; uel ex milio:uel ex hordeo:oleum:radices:olerum:& quodcunq;
olus ex oleo:garoue eſtur:mel:mulſum:defrutum:paſſum:lac:oīs caſeus:uua recens:ficus & ui
ridis & arida:legumina oīa quæq; inflare conſueuerunt.item thimum:nepeta:ſaturea:iſopum:naſtur
tium:lapatiū:lapſanū:in glādes.Ex his autē intelligi poteſt non quicq̄d boni ſucci eſt:protinus ſtoma
cho cōuenire:neq; quicquid ſtomacho cōuenit:protinus boni ſucci eſſe.

Quæ inflāt aut inflationē leuāt. Caput.xxv.

Nflant autē omnia fere legumina:oīa pinguia:omnia dulcia : omnia iurulenta muſtum : atq;
i etiam id uinum:cui nihil adhuc ætatis acceſſit.Ex oleribus allium:cepa:braſſica: omneſq; ra
dices excepto ſiſere & paſtinaca:bulbi:ficus etiam aridæ.ſed magis uirides: uuæ recētes:nuces
omnes exceptis nucleis pineis:lac:omniſq; caſeus.q̄cquid deinde ſubcrudum aliquis aſſumpſit.Mini
ma inflatio fit ex uenatione:aucupio:piſcibus:pomis:oleis:cōchiliis:ouis uel mollibus:uel ſorbilibus:
uino uetere.Finiculum uero & anetum inflationes etiā leuāt.

Quæ res aut calefaciunt aut refrigerāt. Caput.xxvi.

T calefaciunt piper:ſal:caro:omnis iurulenta:allium:cepa:ficus arida:ſalſamentum:uinum: &
a quo meracius ē:eo magis.Refrigerant olera:quorū crudi caules aſſumuntur:ut intubus & la
ctuca.Itē coriandrum:cucumis:elixa cucurbita:beta:mora:ceraſia:mala auſtera: pira fragilia:
caro elixa:præcipueq; acetum:ſiue cibus ex eo:ſiue potio aſſumitur.

Quæ res intus facile uitiant̄:uel minime corrumpuntur. Caput.xxvii.

Acile autē intus corrumpuntur.panis fermētatus & quiſquis alius:quā ex tritico eſt:lac: mel:
f ideoq; lactantia atq; omne piſtorium opus:teneri piſces:oſtrea:olera:caſeus & recens & uetus:
craſſa uel tenera caro:uinum dulce:mulſum:defrutum:paſſum:quicquid deinde uel iurulen-
tum eſt:uel nimis dulce:uel nimis tenue.At minime intus uitiantur:panis ſine fermēto:aues:& eæ po
tius duriores:aurati piſces:neq; ſolū aurata pura:aut ſcarus:ſed etiam lolligo locuſta:polypus.Itē bū-
bula:omniſq; dura caro:eadēq; aptior eſt ſi macra.ſi ſalſa eſt.oīaq; ſalſamēta:cochleæ:murices:purpu
ræ:uinum auſterum:uel reſinatum.

Quæ res aluū mouent. Caput.xxviii.

T aluum mouent:panis fermētatus:magiſq; ſi cibarius uel hordeaceus eſt.braſſica:ſi ſubcruda
a eſt lactuca:anetum:paſturcium:ocymū:urtica:portulaca:radicula: capparis:allium:cepa: mal-
ua:lapathiū:beta:aſparagus: cucurbita: ceraſia:mora:uua omnia mitia:ficus, etiā arida:ſed ma
gis uiridis:uuæ recentes pingues:minutæ aues:cochleæ:garū:ſalſamēta:oſtrea:pelorides:echini: mu-
ſculi.& omnes fere conchulæ:maximeq; ius earum:ſaxatiles:& omnes teneri piſces:ſepiarum atramē-
tum:ſi qua caro aſſumitur pinguis eadem uel iurulenta uel elixa:aues quæ natant:mel crudum:lac: la
ctantia omnia:mulſum:uinum dulce:uel ſalſum:aqua:tenera omnia tepida:dulcia:pinguia:elixa iuru
lenta:ſalſa:diluta.

Quæ res aluum aſtringant. Caput.xxviiii.

Ontra aſtringunt:panis ex ſiligine uel ex ſimila : magis ſi ſine fermento eſt:magis etiā ſi uſtus
c ē.itēditurq; uis eius etiā ſi bis coquit̄.Pulticula uel ex halica:uel ex panico:uel ex milio. itēq;
ex hiſdē ſorbitio:& magis ſi hæc ante fricta ſunt.Lenticula:cui uel beta uel intubus uel ambu-
beia uel plantago adiecta eſt: magiſq; etiā ſi illa ante fricta eſt per ſe etiam intubus uel ex plantagine
uel ābubeia fricta:miuta olera:braſſica bis decocta:dura oua:magiſq; ſi aſſa ſunt:minutæ aues meru
la:palumbus:magiſq; ſi in puſca decoctus eſt:grus:omnes aues:quæ magis currunt:quā uolant: lepus
caprea : iecur ex his:quæ ſeuum habent : maximeq; bubulum:ac ſeuum ipſum : caſeus : qui uehe-
mentior uetuſtate fit:uel ea mutatione:quā ī caſeo tranſmario uidemus:aut ſi recens ē ex melle: mul
ſoue decoctus.Item mel coctū:pura īmatura:ſorba:magiſq; ea:quæ torminalia uocantur:mala cydo-
nia & punica:oleæ uel albæ uel permaturæ:myrta·palmulæ:purpureæ:murices:uinū reſinatū uel aſ-
perū:item meracū:acetū mulſū q̄d inferuit.item defrutum:paſſū:aqua uel tepida uel præfrigida dura
ideſt ea quæ tarde putreſcit:ideoq; pluuia potiſſimū.omnia dura:macra auſtera:aſpera:toſta:& in ea-
dē carne:aſſa potius q̄ elixa. Quæ res urinam mouent. Caput.xxx.

c

Rinā autē mouent quæcunqꝫ in horto naſcētia boni odoris ſunt:ut apium ruta:anetum:ocy-
u mú méta:iſopú:aneſum coriandrum:naſturcium:eruca:feniculú Præter hæc aſparagus:capa-
ris:nepeta:thimú:ſatureia:lapſanú:paſtinaca:magiſqꝫ agreſtis:radicula:ſiſer: cepa. Ex uenatiōe
maxime lepus:uinú tenue:piper & rotundú & longum:ſinapi: abſinthium.nuclei pinei.

Quæ res ſomnú mouét:aut ſenſus excitant. Caput.xxxi.

s Omno uero aptú eſt papauer.lactuca.maximeqꝫ æſtiua.cuius cauliculus iá lacte repletus eſt:
morú: porrum. Senſus excitát nepeta. thimú.ſatureia hiſopú.præcipueqꝫ puleiú.ruta.& cepa

Quæ res corpus aut erodát.aut reprimát.aut refrigerét.aut calefaciát.aut durent.aut emoliant.
Caput.xxxii.

Vocare uero materiá multa admodú poſſút.Sed ea q̄ ex pegrinis medicamētis maxīe cōſtát:
'e aliiſqꝫ magis:quá quibus ratione uictus ſuccurritur:opitulantur:in præſentia differá.Poná ea
uero:quæ prompta & his morbis:de quibus protinus dicturus ſum: apta: corpus erodunt: &
ſic eo qđ mali eſt:extrahút.Habét auté hanc facultaté ſemina erucæ:nacturcii radicule præcipue ta-
men oium ſinapi.Salis quoqꝫ & fici eadem uis eſt.Leniter uero ſimul & reprimút & molliunt lana ſuc
cida uel aceto uel uino:quo oleú adiectú eſt.Cōtritæ palmulæ:furfures in ſalſa aqua:uel aceto deco-
ctæ.At ſimul reprimút & refrigerant herba muralis partheniú uel perdiciú appellant:ſerpillum: pule
ium:ocymú:herba ſanguinalis:quá græci polygonium uocát:portulaca papaueris folia:capreoliqꝫ ui-
tium:coriandri folia:hyoſcyamú:muſcus:ſiſer:apium:ſolanú:q̄ ſtrychnú græci uocát:braſſicæ folia:
intubus:plantago:feniculi ſemen:cōtrita pira uel mala:præcipueqꝫ cydonia:léticula:aqua frigida:ma
ximeqꝫ pluuialis:uinú:acetú:& ex horú aliquo magis:madens uel panis:uel farina:uel ſpongia:uel ci-
nis:uel lana ſuccida:uel etiá linteolú:creta cimolia:gypſum:melinú:myrteú:roſa:acerbú oleum: uer-
benarú cōtuſa cú teneris caulibus folia:cuius generis ſunt olea:cupreſſus:myrtus:lentiſcus:tamaris: li
guſtrum :roſa:rubus:laurus:hedera:punicú malú.Sine frigore auté reprimút cocta mala cydonia:ma
licoriú:aqua calida:in qua uerbenæ coctæ ſút:quas ſupra propoſui.puluis uel ex fece uini:uel ex myr-
ti foliis:amaræ nuces.Calefacit uero ex qualibet farina cataplaſma:ſiue ex tritici ſiue ex farris:ſiue hor
dei ſiue herui uel lolii uel milii uel panici uel lenticulæ uel fabæ uel lupini uel lini uel fœni græci:ubi
ea deferuuit:calidaqꝫ īpoſita eſt.Valétior tamē ad id oīs farina eſt ex mulſo:quá ex aqua cocta. Præte
rea ciprinú:irinú.medulla.adeps ex felle iuncta oleo:magiſqꝫ ſi uetus eſt:ſal nigrú:git:piper quíqueſo
lium:fereqꝫ quæ uehemēter & reprimút & refrigerant.Durant quæ calefaciunt & digerunt:& emolli
unt.Præcipueqꝫ ad emolliédú pōt cataplaſma ex lini uel fœni græci ſemīe.His auté oībus & ſimplici
bus & pmixtis uarie medici utúť:ut magis qd qſqꝫ perſuaſerit ſibi appareat:quá qd euidēter cōperit.

CORNELII CELSI DE MEDICINA TERTIVS LIBER INCIPIT.

De morború generibus. Caput primú.

Rouiſis omnibus:quæ pertinét ad uniuerſa genera morború:ad ſingulorum cura
tiones ueniam.Hos auté in duas ſpecies græci diuiſerút:alioſqꝫ ex his acutos: alios
p longos eſſe dixerunt.Ideoqꝫ:quoniá nō ſemper eodé mō reſpondebát:eoſdé alii in-
ter acutos:alii inter longos retulerunt.Ex quo plura eorú genera eſſe manifeſtum
eſt.Quidá ení breues utiqꝫ ſunt:qui cito uel tollunt hominé:uel ipſi cito finiuntur
Quidá longi:ſub quibus neqꝫ ſanitas in propinquo:neqꝫ exitiú eſt. Tertiúqꝫ genus
eorú eſt:qui modo acuti:modo lōgi ſunt.Idqꝫ nō in febribus tátūmodo:in quibus
frequētiſſimú eſt:ſed in aliis quoqꝫ fit.Atqꝫ etiam præter hos:quartú eſt:quod neqꝫ acutú dici poteſt:
quia nō perimit:neqꝫ utiqꝫ longú:quia ſi occurritur:facile ſanať.Ego cú de ſingulis dicá: cuius quiſqꝫ
generis ſit:indicabo.Diuidá auté omnes in eos:qui in totis corporibus conſiſtere uidentur:& eos qui
oriunť in partibus.Incipiá a prioribus:pauca de oībus præfatus.In nullo quidé morbo minus fortu-
na ſibi uédicare:quá ars poteſt:ut pote cú repugnáte natura:nihil medicina ꝓficiat.Magis tamé igno
ſcédum medico eſt parum proficienti in acutis morbis:quá in longis.Hic ení breue ſpatium eſt:intra
quod :ſiquod auxilium nō profuit:æger extinguitur.Ibi & deliberationi & mutationi remedioꝝ tem
pus patet:adeo ut raro:ſi inter initia medicus acceſſit:obſequens æger ſine illius uitio pereat. Longus
tamen morbus cum penitus inſedit: quod ad difficultatem pertinet:acuto par eſt. Et acutus qui-
dem quo uetuſtior eſt longus auté quo recétior:eo facilius curatur.Alterú illud ignorari non opor
tet:qđ nō oibus ægris eadé auxilia cōueniút.Ex quo incidit:ut alia atqꝫ alia ſúmi auctores quaſi ſola
uédicauerit:ꝓut cuiqꝫ ceſſerant.Oportet itaqꝫ ubi aliquid nō reſpondit.nō táti putare auctoré: quáti
ægrum:& expiri aliud atqꝫ aliud.Sic tamé.ut in acutis morbis cito muteť qđ nihil ꝓdeſt.in lōgis:quos
tépus ut facit:ſic etiá ſoluit:nō ſtatim cōdéneť.ſi qd nō ſtatí profuit.Minus uero remoueať ſi qd pau
lum ſalté iuuat:qa ꝓfectus tépore expleť.

Quomodo morbi cognoſcanť & an increſcát an cōſiſtát an minuātur:& qua rōne ab initio qui lágue
re incipit curari debeat Caput ſecundum.

Rotinus auté inter initia ſcire facile eſt.Quis acutus morbus qs lōgus ſit:nō in his ſolis:in qui
p bus ſemp ita ſe habet:ſed in his quoqꝫ in qbus uariat.Ná ubi ſine intermiſſionibus acceſſiōes
& dolores graues urgét:acutus morbus eſt.Vbi lenti dolores:léteue febres ſút:& ſpacia inter acceſſio
nes porriguntur:acceduntqꝫ ea ſigna:quæ in priore uolumine expoſita ſunt:lōgú húc futuꝝ eſſe mani

feſtū eſt. Viuēdū etiā eſt: morbus an increſcat:an conſiſtat:an minuatur.quia quædā remedia increſcē
tibus morbis:plura ĩclinātibus cõueniūt:Eaq; quæ decreſcētibus apta ſūt:ubi acutus ĩcreſcēs urget:
in remiſſionibus potius expiēda ſūt.Increſcit aūt morbus dū grauiores dolores:acceſſiõeſq; ueniunt:
hæq; & anteq̄ proxīe reuertunť & poſtea deſinūt.Atq; in lõgis quoq; morbis ēt tales notas nõ haben
tibus ſcire licet increſcere:ſi ſomnus ĩcertus eſt:ſi deterior concoctio:ſi fœdiores deiectiones:ſi tardi-
or ſenſus:ſi pigrior mēs:ſi ꝑcurrit corpus frigus:aut calor:ſi id magis pallet.Ea uero quæ cõtraria his
ſūt:decedētis eius notæ ſunt.Præter hæc in acutis morbis ſerius æger alēdus eſt:nec niſi iā inclinatis:
ut prīo dēpta materia ĩpetū frāgat.In lõgis maturius ut ſuſtinere ſpatiū affecturi mali poſſit.Ac ſi quā
do is nõ ĩ toto corpore:ſed in pte eſt:magis tamē ad rē ptinet uim totius corporis molliri:quā proprie
ptes ægre ſanētur.Multū etiā intereſt ab initio qs recte curatus ſit:an ꝑperā,quia curatio minus his
prodeſt:in qbus aſſidue fruſtra fuit.Si qs temere habitus adhuc integris uiribus uiuit:admota curati
one momēto reſtituiť.Sed cū ab his cœperim:quæ notas quaſdā futuræ aduerſæ ualitudinis exhibēt
curationū quoq; principiū ab aīaduerſione eiuſdē tēporis faciā.Igitur ſi qd ex his:quæ ꝑpoſita ſūt in-
cidit:oium optīa ſunt:qes & abſtinētia.Si qd bibēdū:aqua.Idq; interdū uno die fieri ſatis eſt.Interdū
ſi terrentia maneť biduo,ꝑximeq; abſtinētiā ſumēdus eſt cibus exiguus:bibēda aqua:poſtera die etiā
uinū.deīde ĩuicē alternis diebus:mõ aq̄:mõ uinū:donec oīs cauſæ metus finiať.Per hæc.n.ſæpe iſtās
grauis morbus diſcutiť.Plurimiq; fallūtur dū ſe prīo die,ꝑtinus ſublaturos lāguorē aut exercitatione
aut balneo:aut coacta deiectione:aut uomitu:aut ſudationibus:aut uino ſperāt.Nõ quo nõ interdum
id ĩcidat:aut nõ decipiat:ſed quo ſæpius fallat:ſolaq; abſtinētia ſine ullo ꝑiculo medeať.Cū præſertim
etiā pro mõ terroris moderari liceat:& ſi leuiora ĩditia fuerūt:ſatis ſit a uino tātū abſtinere:qd᷑ ſubtra
ctū pluſq̄ ſi cibo aliqd dematur:adiuuat.ſi paulo grauiora:facile ſit nõ aquā tātum bibere:ſed ēt cibo
carnem ſubtrahere.interdum panis quoq; minus:quam pro cõſuetudine aſſumere:hūidoq; cibo eſſe
cõtētū:& olere potiſſimū.Satiſq; ſit tū ex toto a cibo:a uino:ab oī motu corpis abſtinere:cū uehemē-
tes notæ terruerunt.Neq; dubiū eſt quin uix qſquā:qui nõ diſſimulauit:ſed per hæc mature morbo
ocurrit:ægrotet.

## De febriū generibus. Caput tertiū.

a Tq; hæc qdē ſanis facienda ſūt tantū cām metuētibus:ſeqtur uero curatio febriū.qd᷑ & in to-
to corpore & uulgare maxīe morbi genus ē: Ex his una quottidiana: altera tertiana:altera q̄r
tana eſt.Interdū ēt lõgiore circuitu quædā redeūt.Sed id raro euēit. In prioribus & morbi ſūt
& medicina.At quartanæ qdē ſimpliciores ſūt.Incipiūt fere ab horrore:deinde calor erumpit:finitaq;
febre biduū integrū eſt.ita quarto die reuertitur.Tertianarū uero duo genera ſūt.Alterū eodē modo
quo quartana & ĩcipiēs & deſinēs:illo tātū ĩterpoſito diſcrimine:qd᷑ unū diē præſtat ĩtegrū:tertio re-
dit.Alterū lõge pniciosius: qd᷑ tertio qdē die reuertiť:ex octo aūt & quadragita horis fere ſex & trigi-
ta ꝑ acceſſionē occupat:interdū ēt uel minus uel plus:neq; ex toto in remiſſione deſiſtit:ſed tantū le-
uius eſt.Id genus pleriq; medici hemitritæõ appellāt.Quotidianæ uero uariæ ſūt & multiplices.Aliæ
enī ꝑtinus a calore ĩcipiūt:aliæ a frigore:aliæ ab horrore.Frigus uoco ubi extremæ partes mēbrorum
inalgeſcunt.horrorē ubi totū corpus ĩtremit. Rurſus aliæ ſic deſinūt:ut ex toto ſequať ĩtegritas. aliæ
ſic:ut aliquātū quidē minuatur ex febre.nihilominus tamē quædā reliqæ remaneat:donec altera ac-
ceſſio accedat:ac ſæpe aliæ uix quicquā aut nihil remitant:ſed ita ut cõtinuēt.Deinde aliæ feruorē in
gētē habēt:aliæ tollerabilē:aliæ quottidie pares ſunt:aliæ ĩpares.atq; ĩuicē altero die leniores: altero
uehemētiores.aliæ tpe eodē poſtridie reuertūtur.aliæ uel ſerius uel celerius.aliæ diē noctēq; acceſſio
nē & deceſſionē implēt:aliæ minus:aliæ plus.aliæ cū decedūt ſudorē mouēt:aliæ nõ mouēt.atq; alias
ꝑ ſudorē ad integritatē uenitur:alias corpus tātū ĩbecillius redditur.Acceſſiones etiā mõ ſingulæ ſin-
gulis diebus fiunt:mõ binæ pluresue cõcurrūt.Ex quo ſæpe euenit:ut quotidie plures acceſſiones: re-
miſſioneſq; ſint.Sic tamē ut unaquæq; alicui priori reſpõdeat.Interdū uero acceſſiones quoq; cõfun-
duntur ſic:ut notari neq; tēpora earū:neq; ſpacia poſſint.Neq; uerū eſt qd᷑ dicitur a quibuſdā:nullam
febrē inordinatā eē:niſi aut ex uomica:aut ex inflāmatione:aut ex ulcere.Facilior enim ſemp curatio
foret:ſi hoc uerū eſſet.Sed qd᷑ euidētes cauſæ faciūt:facere ēt abditæ poſſunt.Neq; de re ſed de uerbo
cõtrouerſiā mouēt.Qui cū aliter:aliterq; in eodē morbo febres accedāt.nõ eaſdē inordinate redire:
ſed alias aliaſq; ſubinde oriri dicūt.Quod tamē ad curādi rõnē nihil ꝑtineret:ēt ſi uere diceretur. Tē-
pora quoq; remiſſionū mõ liberalia:mõ uix ulla ſunt.

## De curationū diuerſis generibus. Caput.iiii.

c T febriū quidē ratio maxīe talis eſt.Curationū uero diuerſa genera ſunt:ꝑut auctores aliquos
habēt.Aſclepiades officiū eē medici dicit:ut tuto:ut celeriter:ut iocunde curet.Id uotū eſt ſed
fere periculoſa eſſe nimiū & feſtinatio & uoluptas ſolet.Qua uero moderatione utendū ſit:ut
quātū fieri poteſt oīa iſta cõtingant:prima ſemper habita ſalute in ipſis partibus curationum cõſiderā
dū erit.Et ante omnia quæritur:primis diebus æger qua rõne cõtinēdus ſit.Antiqui medicamētis q-
buſdā datis cõcoctionē moliebanť:eo qd᷑ cruditatē maxīe horrebant:deinde eā materiā:quæ lædere
uidebatur ducēdo:ſæpius aluū ſubtrahebāt.Aſclepiades medicamenta ſuſtulit:aluum non totiēs: ſed
fere tamen in omni morbo ſubduxit.Febre uero ipſa præcipue ſe ad remedium uti profeſſus eſt. Con
uellendas enim uires ægri putauit:luce:uigilia:ſiti ingenti ſic:ut ne os quidem primis diebus elui ſine
ret.Quo magis falluntur qui per omnia iocundam eius diſciplinam eſſe cõtendunt. His enim ulteri
oribus quidem diebus cubantis etiam luxuriæ ſubſcripſit:primis uero tortoris uicem exhibuit. Ego

auté medicamétorum dari potiones & aluum duci non niſi raro debere:concedo.Et id non ideo ta-
men agendũ:ut ægri uires conuellantur:exiſtimo:quoniam ex imbecillitate ſummũ periculũ eſt.Mi-
nui ergo tantum materiam ſuperáté oportet:quæ naturaliter detrahatur ubi nihil noui accedit. Itaq;
abſtinendus a cibo primis diebus eſt:in luce habendus æger:niſi infirmus interdiu eſt.quoniam cor-
pus iſta quoq; digerit:iſq; cubare quã maximo cõclaui debet.Quod ad ſitim uero ſomnũq; pertinet:
moderandum eſt:ut interdiu uigilet:noctu:ſi fieri poteſt:cõquieſcat.Ac neq; potet:neq; nimiũ ſiti cru
cietur.Os etiã eius elui poteſt:ubi & ſiccum eſt & ipſi fœtet. quãuis id tẽpus aptum potioni non eſt.
Commodeq; Eraſiſtratus dixit ſæpe inferiore parte humoré non requirente:os & fauces requirere:
neq; ad rem male haberi ægrum pertinere.Ac primo quidem ſic tenendus eſt. Optimũ uero medica-
mentũ eſt:oportune cibus datus.qui quãdo primũ dari debeat:quæritur.Pleriq; ex antiquis tarde da
bant:ſæpe quinto die:ſæpe ſexto.& id fortaſſe uel in aſia uel ĩ ægypto cæli rõ patitur.Aſclepiades ubi
ægrum triduo per omnia fatigarat:quarto die cibo deſtinabat.At Themiſon nuper non quãdo cœpiſ
ſet febris:ſed quando deſiſſet aut certe leuata eſſet:conſiderabat:& ab illo tẽpore expectato die tertio:
ſi nõ acceſſerat febris:ſtati:ſi acceſſerat ubi ea uel deſierat:uel ſi aſſidue ĩhærebat:ſi certe ſe ĩcliauerat:
cibũ dabat.Nihil aũt horũ utiq; ꝑpetuũ eſt.Nã poteſt prĩo die primus cibus dandus eſſe:poteſt ſecun
do:poteſt tertio:poteſt non niſi quarto:aut quinto:poteſt poſt unã acceſſioné:poteſt poſt duas:poteſt
poſt plures.Refert enim qualis morbus ſit:quale corpus:quale cælũ:quæ ætas:quod tẽpus anni.mini
meq; in rebus multũ inter ſe differentibus ꝑpetuũ eſſe præceptũ tẽporis poteſt:In morbo qui plus ui-
rium aufert:celerius cibus dandus eſt.itẽq; eo cælo:quo magis digerit.Ob quã cauſam in africa nullo
die æger abſtineri recte uidetur.Maturius etiã puero:quã iuueni:æſtate:quã hyeme dari debet. Vnũ
illud eſt:ſemper quod ubiq; ſeruãdum eſt:ut ægri uires ſubinde aſſidens medicus inſpiciat:& quãdiu
ſupererunt:abſtinentia pugnet.ſi imbecillitaté uereri cœperit:cibo ſubueniat.Id enim eius officium
eſt:ut ægrũ neq; ſuperuacua materia oneret:neq; ĩbecillitatem fame perdat. Idq; apud Eraſiſtratum
quoq; inuenio:qui quãuis parũ docuit quãdo uẽter:quando corpus ipſum exinaniretur: dicendo ta-
men hæc eſſe uiſſenda:& tum cibum dãdũ:cũ corpori deberet̃:ſatis oſtendit dum uires ſupereſſent:
dari non oportere:ne defficerent:cõſulendũ eſſe.Ex his autem intelligi poteſt ab uno medico multos
non poſſe curari:eumq; ſi artifex eſt:idoneum eſſe qui nõ multũ ab ægro recedit:ſed qui quæſtui ſer
uiunt:quoniam is maior ex populo eſt libenter amplectuntur ea præcepta:quæ ſedulitatem non exi-
gunt:ut in hac ipſa re:facile eſt enim dies uel acceſſiones numerare his quoq;:qui ægrum raro uident.
ille aſſideat neceſſe eſt:qui:quod ſolũ opus eſt:uiſurus eſt:quando nimis ĩbecillus futurus ſit:niſi cibũ
acceperit.In pluribus tamẽ ad initium cibi dies quartus aptiſſimus eſſe conſueuit. Eſt autem alia etiã
de diebus ipſis dubitatio:quoniã antiqui potiſſimũ ĩpares ſequebantur:eoſq; tanquã tunc de ægris iu
dicaret̃ criſimos nominabãt.Hi erant dies tertius:quintus:ſeptimus:nonus:undecimus :quartuſdeci
mus:unus & uigeſimus:ita ut ſumma potentia ſeptimo:deinde quartodecimo:deĩde uni & uigeſimo
daretur.Igitur ſic ægros nutriebant:ut dierum ĩparium acceſſiones expectarent:deinde poſtea cibum
quaſi leuioribus acceſſionibus inſtantibus darent.adeo ut Hippocrates ſi alio die febris deſiſſet: reci-
d uam timere ſit ſolitus.Id Aſclepiades iure ut uanum repudiauit:neq; in ullo die: quia par: imparue
eſſet:his uel maius uel minus periculũ eſſe dixit.Interdum enim peiores dies pares fiunt:& oportuni
us poſt eorum acceſſiones cibus datur.Nõnunquã etiam in ipſo morbo:dierum rõ mutatur:fitq; gra
uior:qui remiſſior eſſe conſueuerat.atq; ipſe quartuſdecimus par eſt:in quo eſſe magnam uim antiq
fatebantur.Qui cũ octauũ primi naturam habere cõtenderent:ut ab eo ſecundus ſeptenarius nume-
rus inciperet:ipſi ſibi repugnabant:non octauũ neq; decimum neq; duodecimũ diem ſummẽdũ qua
ſi potentiorem.Plus enim tribuebant nono & undecimo.Quod cũ feciſſent ſine ulla probabili ratio
ne:ab undecimo nõ ad tertiumdecimũ:ſed ad quartũdecimũ trãſibant.Eſt etiam apud Hippocraté:ei
quem ſeptimus dies liberaturus ſit:quartum eſſe grauiſſimũ.Ita illo quoq; auctore in die pari & gra-
uior febris eſſe poteſt & certa futuri nota.Atq; idem alio loco quartum quenq; diem:ut ĩ utrunq; ef-
ficaciſſimum apprehendit:ideſt quartum:ſeptimum:undecimum quartumdecimum: decimumſepti
mũ:in quo & ab ĩpari ad paris numeri rationem tranſit.& ne hoc quidẽ propoſitum conſeruauit: cũ
a ſeptimo die undecimus:non quartus ſed quintus ſit.adeo apparet quacunq; ratione ad numerũ re-
ſpeximus:nihil rõnis ſub illo quidem auctore reperiri.Verum in his quidem antiquos tũc celebres
ad modũ pythagorici numeri fefellerunt:cum hic quoq; medicus nõ numerare dies debeat:ſed ipſas
acceſſiones intueri:& ex his cõiectare quando dandus cibus ſit.Illud autem magis ad rem pertinet ſci
re:tum oporteat dari cũ iam bene uenæ cõquieuerunt:aut etiam num manẽtibus reliquiis febris.An
tiqui enim quã integerrimis corporibus alimentum offerebant.Aſclepiades inclinata quidem febre:
ſed adhuc tamen inhærente.In quo uanam rationem ſecutus eſt:non quo non ſit interdum maturius
cibus dandus:ſi mature timetur altera acceſſio:ſed quo ſcilicet quã ſaniſſimo dari debeat. Minus enĩ
corrumpitur quod integro corpori infertur.Neq; tamẽ uerum eſt quod Themiſoni uidebatur:ſi du-
abus horis integer futurus eſſet æger:ſatius eſſe tunc dare:ut ab integro corpore potiſſimum diduce
retur. Nam ſi diduci tam celeriter poſſet:id eſſet optimum.Sed cum hoc:breue tempus non præſtet:
ſatius eſſe principia cibi a decedente febre:quam reliquias ab incipiente excipi. ita ſi longius tempus
ſecundum eſt:quam integerrimo dandus eſt:ſi breue:etiã anteq̃ ex toto integer fiat. Quo loco uero

A. Corn. Celsi medicinae libri octo - page 27 sur 122

integritas eſt:eodē eſt remiſſio:quæ maxime in febre continua poteſt eſſe. Atq; hic quoq; quæritur: utrum tot horæ expectandæ ſint:quot febrem habuerunt:an ſatis ſit:primā partem earum præteriri: ut ægris iocundius inſidat: quibus interdum non uacat. Tutiſſimū eſt autem ante:totius acceſſionis tempus præterire.quāuis ubi longa febris fuit:poteſt indulgeri ægro maturius:dum tamē ante minime pars dimidia prætereat.Idq; non in ea ſola febre:de qua proxime dictū eſt:ſed in omnibus ita ſeruandū eſt.

De febrium ſpeciebus & ſingularum curationibus & primo quādo cibus febricitantibus dandus ſit. Caput quintum.

AEc magis per omnia genera febrium perpetua ſunt:nunc ad ſingulas earum ſpecies deſcēdā. h Igitur ſi ſemel tantum acceſſit deinde deſiit:eaq; uel ex inguine:uel ex laſſitudine:uel ex æſtu: aliaue ſimili re fuit ſic:ut interior nulla cauſa metum fecerit:poſtero die cum tēpus acceſſionis ita tranſiit:ut nihil moueret:cibus dari poteſt.At ſi ex alto calor uenit:& grauitas uel capitis :uel præcordiorum ſecuta eſt:neq; apparet quid corpus confuderit:quāuis unam acceſſionē ſecuta integritas eſt:tamē:quia tertiana timeri poteſt:expectandus eſt dies tertius:& ubi acceſſionis tēpus præterit: cibus dandus eſt:ſed exiguus:quia quartana quoq; timeri poteſt.Et die quarto demum:ſi corpus integrum eſt:eo cum fiducia utendum.Si uero poſtero:tertioue aut quarto die ſecuta febris eſt:ſcire licet morbum eſſe.Sed tertianarum quartanarumq;:quarum & certus circuitus eſt & finis integer eſt: & quia liberaliter quieta tempora ſunt:expeditior:ratio eſt.De quibus ſuo loco dicam. Nunc uero eas explicabo:quæ quottidie urgent.Igitur tertio quoq; die cibus ægro commodiſſime datur:ut alter febrem minuat:alter uiribus ſubueniat.Sed his dari debet:ſi quotidiana febris eſt:quæ ex toto deſinat: ſimul atq; corpus integrum factum eſt ſi quāuis non acceſſiones:febres tamen iunguntur:& quotidie quidem increſcunt ſed ſine integritate tamen remittūt cum corpus ita ſe habet:ut maior remiſſio nō expectetur.Si altero die grauior:altero leuior acceſſio eſt:poſt grauiorē.Fere uero grauiorē acceſſionē leuior nox ſequitur.quo fit ut grauiorē acceſſionē nox quoq; triſtior antecedat.At ſi cōtinuat febris: neq; leuior unquā fit:& dari cibum neceſſe eſt:quādo dari debeat magna diſſentio eſt.Quidā:quia ſere remiſſius matutinū tēpus ægris eſt,tunc putant dandū. Quod ſi reſpōdet:nō quia mane eſt:ſed qa remiſſior eſt æger.dari debet.Si uero ne tunc quidē ulla requies ægris eſt hoc ipſo peius id tempus eſt quod cum ſua natura melius eſſe debeat:morbi uitio non eſt.ſimulq; inſequitur tempus meridianū: a quo cum omnis æger fere peior fiat:timeri poteſt:ne ille magis etiam quam ex conſuetudine urgeatur.Igitur alii ueſpere tali ægro cibum dant.Sed cū eo tempore fere peſſimi ſint:qui ægrotant:uerendum eſt:ne ſi quid tunc mouerimus:fiat aliquid aſperius.Ob hæc ad mediam noctem decurro: ideſt finito iam grauiſſimo tēpore:eodēq; longiſſime diſtante:ſecuturis uero antelucanis horis:qbus omnes fere maxime dormiunt:deinde matutino tempore:quod natura ſua leuiſſimū eſt. Si uero febres uagæ ſunt:quia uerendum eſt:ne cibum ſtatim ſubſequātur:quandocūq; quis ex acceſſione leuatus ē: tunc debet aſſumere.At ſi plures acceſſiones eodē die ueniunt:conſiderare oportet:pares ne per omnia ſint:quod uix fieri poteſt:an īpares.Si per omnia pares ſint:poſt eam potius acceſſionē cibus dari debet:quæ non inter meridiem & ueſperē deſinit.Si impares ſunt :conſiderandum eſt.quo diſtent.Nā ſi altera grauior:altera leuior eſt:poſt grauiorem dari debet.ſi altera longior:altera breuior:poſt longiorem.ſi altera grauior:altera longior eſt:conſiderandum eſt:utra magis affligat:illa ui:an hæc tempore:& poſt eam dandus eſt.Sed plane plurimum intereſt:quantæ:qualeſq; inter eas remiſſiones ſint. Nam ſi poſt alteram febrem motio manet:poſt alteram integrum corpus eſt:integro corpore:cibo tēpus aptius eſt.Si ſemper febricula manet ſed alterum tamē longius tempus remiſſionis eſt : id potius eligendum eſt:adeo ut ubi acceſſiones continuant protinus inclinata priore dandus cibus ſit.Etenim perpetuum eſt:ad quod omne conſilium dirigi poteſt:cibum quam maxime ſemper ab acceſſione futura reducere & hoc ſaluo dare quā integerrimo corpori.Quod non inter duas tantum:ſed etiam inter plures acceſſiones ſeruabitur.Sed cum ſit aptiſſimū tertio quoq; die cibum dare:tamen ſi corpus infirmū eſt:quotidie dandus eſt multoq; magis ſi continentes febres ſine remiſſione ſunt:quanto magis corpus affligunt:aut ſi duæ pluresue acceſſiones eodē die ueniunt.Quæ res efficit:ut & a prio die protinus cibus dari quotidie debeat.Si protinus uene conciderunt:& ſæpius eodem die: ſi inter plures acceſſiones ſubinde uis corpori deeſt.Illud tamen in his ſeruandū eſt:ut poſt eas febres minus cibi detur:poſt quas:ſi per corpus liceret:omnino nō daretur.Cū uero febris inſtet:incipiat:augeatur:conſiſtat:decedat:deinde in deciſione conſiſtat:aut finiatur:ſcire licet:optimū cibo tempus eſſe febre finita.deinde cū deceſſio eius cōſiſtit.tertiū ſi neceſſe eſt,quandocūq; decedit:cætera omnia periculoſa eē Si tamen propter infirmitatem neceſſitas urget:ſatius eſſe cōſiſtente iam incremento febris aliquid offerre:quā increſcēte.Satius eſſe inſtante:quā incipiente:cum eo tamē ut nullo tēpore is qui deficit nō ſit ſuſtinendus.Neq; hercule ſatis ē ipſas tantum febres medicum intueri ſed etiā totius corporis habitum:& ad eū dirigere curationē:ſeu ſuperſunt uires:ſeu deſunt:ſeu quidam mali affectus interueniunt.Cū uero ſemp ægros ſecuros agere cōueniat:ut corpore tantum non etiam animo laborēt: tū præcipue ubi cibū ſumpſerunt.Itaq; ſi qua ſūt quæ exaſperatura eorū aīos ſūt optimū eſt ea dū ægrotāt eorū noticiæ ſubtrahere.Si id fieri nō poteſt:ſuſtinere tamē poſt cibū uſq; ſomni tēpus:& cū experecti ſunt:tū exponere.

Quādo potiōes febricitātibus dari expediat. Caput ſextū.



A. Corn. Celsi medicinae libri octo - page 28 sur 122

Ed de cibo facilior quidẽ cũ ægris rõ eſt.quoq; ſæpe ſtomachus hunc reſpuit:etiam ſi mens cõcupiſcit.De potione uero ingens pugnã eſt:eoq; magis:quo maior febris eſt.Hæc enĩ ſiti accẽdit:& tũ maxĩe aquã exigit:cũ illa ꝑiculoſiſſima eſt.Sed docẽdus æger eſt:ubi febris quieuerit:protinus ſitim quoq; quieturã:lõgioreq; acceſſionẽ fore ſi qđ ei datũ fuerit alimẽtũ.Ita celerius eũ deſinere ſitire qui nõ bibit.Neceſſe eſt tamẽ quãto facilius etiã ſani famẽ:quã ſiti ſuſtinent: tanto magis ægris in potiõe:quã in cibo indulgere.Sed prĩo qdẽ die nullus humor dari debet:niſi ſubito ſic uenæ cõciderunt:ut cibus quoq; dari debeat.Secũdo uero:cæteriſq; ẽt qbus cibus nõ dabiť:tamẽ ſi magna ſitis urgebit:potio dari poteſt.Ac ne illud qdẽ ab Heraclide tarentino dictum rõne caret:ubi aut bilis ægrum:aut cruditas male habet:expedire quoq; ꝑ medicas potiões miſceri nouã materiã corruptæ.Illud uidẽdũ eſt:ut qualia tẽpora cibo leguntur:talia potioni quoq;:ubi ſine illo datur:deligãtur: aut cũ ægrũ dormire cupiemus.Quod fere ſitis ꝓhibet.Satis aũt cõuenit:cũ omnibus febricitãtibus nimius humor alienus ſit:tũ præcipue eſſe fœminis:quæ ex partu in febres inciderũt.Sed cũ tẽpora cibo potioniq; febris & remiſſionis ratio det:nõ eſt expeditiſſimũ ſcire:quãdo æger febricitet:quãdo melior ſit:quãdo deficiat.Sine qbus diſpẽſari illa nõ poſſunt.Venis enĩ maxĩe credimus fallaciſſimæ rei.quia ſæpe iſtæ leniores:celerioreſue ſunt & ætate & ſexu & corporũ natura.Et plerunq; ſatis ſano corpore ſi ſtomachus infirmus eſt:nõnũquã etiã incipiẽte febre ſubeũt & quieſcũt:ut ĩbecillus is uideri poſſit.cui facile laturo grauis inſtat acceſſio.Cõtra ſæpe eas cõcitat & reſoluit ſol & balneũ & exercitatio & metus & ira & quilibet alius animi affectus.Adeo ut cũ primũ medicus uenit:ſolicitudo ægri dubitãtis quomodo ille ſe habere uideatur:eas moueat.ob quã cauſam periti medici eſt:nõ protinus ut uenit apprehẽdere manu brachiũ.Sed primũ reſidere hilari uultu:pcõtariq; quẽadmodũ ſe habeat:& ſi quis eius metus eſt:eũ probabili ſermone lenire.tũ deinde eius corpori manũ admouere.Quas uenas autẽ cõſpectus medici mouet quã facile mille res turbant.Altera res eſt:cui credimus calor æque fallax.Nã hic quoq; excitať æſtu:labore:ſomno:metu:ſolicitudĩe.Igiť ĩtueri quidẽ etiã iſta oportet.Sed his nõ oĩa credere:ac ꝓtinus qdẽ ſcire nõ febricitare eũ:cuius uenæ naturaliter ordinatæ ſũt: tẽporq; talis ẽ:qualis eẽ ſanis ſolet.Nõ protinus aũt ſub calore motuq; febrẽ ſeſe cõcipe:ſed ita.ſi ſũma quoq; arida inæqliter cutis eſt ſi calor & in frõte eſt & ĩntimis præcordiis oriť.ſi ſpiritus ex naribus cũ feruore prorũpit.ſi color:aut rubore:aut pallore nouo mutatus eſt.ſi oculi graues:& aut ꝑſicci:aut ſubhumidi ſũt.ſi ſudor cũ ſit:inæqualis eſt.ſi uenæ nõ æquis ĩteruallis mouẽtur.Ob quã cãm medicus neq; in tenebris:neq; a capite ægri debet reſidere:ſed illuſtri loco aduerſus eũ:ut oĩs notas ex uultu quoq; cubãtis ꝑſpiciat.Vbi uero febris fuit atq; decreuit:expectari oportet.nũ tẽpora:parteſue corporis aliæ paulũ madeſcãt:quæ ſudorẽ uẽturũ eẽ teſtenť.Ac ſiqua nota eſt:tũc demũ dare potui calidã aquã.cuius ſalubris effectus eſt:ſi ſudorẽ ꝑ oĩa mẽbra diffũdit.Huius aũt rei cã continere æger ſub ueſte ſatis multa manus debet:eademq; crura pedeſq; cõtegere:qua male pleriq; ægros in ipſo ĩpetu febris: peſſimeq; ubi ardẽs ea eſt:male habẽt.Si ſudare corpus cœpit:lĩteũ tepeſacere oportet:paulatimq; ſingula mẽbra detergere.At ubi ſudor oĩs finitus eſt:aut ſi is nõ uenit:ubi quã maxĩe potuit:idoneus eẽ cibo æger uideť ſub ueſte leniter ungẽdus eſt:tũ detergẽdus:deinde ei cibus dandus.Cibus aũt febricitãtibus humidus eſt aptiſſimus:aut humori certeq̃ proximus:utiq; ex materia quã leuiſſima: maxĩeq; ſorbitio.eaq; ſi magnæ febres fuerunt:quã tenuiſſima eẽ debet.Mel quoq; deſpumatũ huic recte adiiciť: quo corpus magis nutriať ſed id:ſi ſtomachũ offendit:ſupuacuũ eſt:ſicut ipſa quoq; ſorbitio.Dari uero inuicẽ eius poteſt:uel ĩtrita ex aqua calida:uel alica elota.ſi firmus eſt ſtomachus & cõpreſſa aluus ex aqua mulſa.ſi uel ille lãguet uel hæc profluit:ex puſca.Et prĩo quidẽ cibo ita ſatis eſt. ſecũdo uero aliquid adiici poteſt:ex eodẽ tamẽ genere materie:uel olus:uel cõchiliũ uel pomũ.Et dũ febres quidẽ increſcũt:hic ſolus idoneus cibus eſt.Vbi uero aut deſinũt:aut leuantur:ſemꝑ quidẽ incipiẽdũ eſt ab aliquo ex materia leuiſſima:adiiciẽdũ uero aliquid ex media:rõne habita ſubinde & uiriũ hoĩs & morbi.Ponẽdi uero ægro uarii cibi:ſicut Aſclepiades præcepit:tũ demũ ſunt ubi faſtidio urgeť:neq; ſatis uires ſufficiũt:ut paulũ ex ſingulis deguſtando famẽ uitet.At ſi neq; uis neq; cupiditas deeſt:nulla uarietate ſollicitandus æger eſt:ne plus aſſumat:quã cõcoquat.Neq; uerũ eſt:quod ab eo dicitur:facilius cõcoqui cibos uarios.Eduntur enĩ facilius.Ad cõcoctionẽ autẽ materiæ genus & modus pertinẽt.Neq; inter magnos dolores:neq; increſcẽte morbo tutũ eſt ægrũ cibo ĩpleri ſed ubi inclĩata iam in melius ualitudo eſt.Sũt aliæ quoq; obſeruatões in febribus neceſſariæ.atq; id quoq; uidẽdũ eſt:quod quidã ſolũ præcipiũt:an aſtrictũ corpus ſit.an profluat.Quorũ alterũ ſtrangulat quod cõtinet: alterũ digerit.nã ſi aſtrictũ eſt:ducẽda aluus eſt:mouẽda urina:eliciẽdus omni modo ſudor.In hoc genere morborũ ſanguinẽ etiã miſiſſe:cõcuſſiſſe uehemẽtibus geſtatiõibus corpus:in lumine habuiſſe:imperaſſe famẽ:ſiti:uigiliã ꝓdeſt.Vtile ẽ etiã ducere in balneũ:prius dimittere in ſoliũ:tũ ungere:itẽ ad ſoliũ redire: multaq; aq̃ fouere inguina:interdũ etiã oleũ in ſolio cũ aqua calida miſcere:uti cibo rarius & ſerius tenui:ſimplici.molli.calido.exiguo:maximeq; oleribus:qualia ſunt: lapatium.urtica.malua: uel iure etiam concharum:muſculorumue:aut locuſtarum:neq; danda caro niſi elixa eſt. At potio eſſe debet magis liberalis & ante cibum & poſt hunc & cum hoc ultra quam ſitis coget. Poteritq; a balneo etiam pinguius aut dulcius dari uinum. poterit ſemel aut bis interponi græcum ſalſum. Contra uero ſi corpus profluet:ſudor coercendus:quies adhibẽda erit tenebris ſomniq;: quãdocũq; uolet: utendum, non niſi leui geſtatione corpus agitandum: & pro genere mali ſubueniendum.

Nam ſi uenter fluit:aut ſi ſtomachus nõ continet:ubi febris decreuit: liberaliter oportet aquam tepidam potui dare & uomere:cogere:niſi aũt fauces:aut præcordia:aut latus dolet:aut uetus morbus eſt. Si uero ſudor exercet:durãda cutis eſt uel nitro uel ſale:quæ cum oleo miſcenť. At ſi leuius id uitium eſt:oleo corpus ungendũ eſt.ſi uehemẽtius:roſa uel melino uel myrteo:cui uinũ auſterũ ſit adiectum. Quiſquis autẽ fluore æger eſt:cum uenit in balneũ prius ungendus:deinde in ſoliũ demittendus eſt. Si in cute uitium eſt:frigida quoq; quã calida aqua melius utetur. Vbi ad cibum uentũ eſt ; dari debet is ualens.frigidus.ſiccus ſimplex:qui quã minime corrumpi poſſit:panis toſtus:caro aſſa: uinũ aſperũ: uel certe ſubauſterũ:ſi uenter profluit:calidum:ſi ſudores nocent:uomituſq; ſunt frigidũ.

Quomodo peſtilentes febres curari debeant. Caput ſeptimum.

Eſiderat etiã propriam animaduerſionem in febribus peſtilẽtiæ caſus.In hac minime utile eſt:
d aut fame:aut medicamẽtis uti aut ducere aluũ.Si uires ſinunt:ſanguinẽ mittere optimum eſt:
præcipueq; ſi cum dolore febris eſt:Si id parũ tutũ eſt:ubi febris aut tenuata eſt: aut leuata eſt: uomitu pectus purgare.Sed in hoc maturius:quã in aliis morbis ducere in balneum opus eſt:uinũ calidum & meracius dare & omnia glutinoſa.Inter quæ quoq; carnẽ generis eiuſdẽ. Nam quo celerius eiuſmodi tẽpeſtates corripiunt:eo maturius auxilia:etiã cũ quadam temeritate rapiẽda ſunt.Quod ſi puer eſt:qui laborat:neq; tantũ robur eius eſt:ut ſanguis mitti poſſit:ſiti ei utendũ eſt. ducenda aluus uel aqua:uel ptiſanæ cremore tum demũ is leuibus cibis nutriẽdus.Et ex toto non ſic pueri ut uiri curari debent.Ergo:ut in alio quoq; genere morborum parcius in his agendũ eſt. Non facile ſanguinẽ mittere nõ facile ducere aluũ:nõ cruciare uigilia:fameue:aut nimia ſiti:nõ uino curare ſatis conuenit. Vomitus poſt febrẽ eliciẽdus eſt:deinde dandus cibus ex leuiſſimis tum is dormiat.poſtero quoq; die ſi febris manet:abſtineať.Tertio ad ſimilẽ cibum redeat.Dandaq; opera eſt quantũ fieri poteſt : ut inter oportunã abſtinentiã ciboſq; oportunos:obmiſſis cæteris nutriať. Si uero ardens febris extorret: nulla medicamẽti dãda potio eſt.ſed in ipſis acceſſionibus oleo & aqua refrigerãdus eſt.quæ miſcenda manu ſunt donec albeſcant:& cõclaui tenendus:quo multũ & purũ aerem trahere poſſit:neq; multis ueſtimẽtis ſtrangulãdus ſed admodũ leuibus tantũ uelãdus eſt.Poſſunt etiam ſuper ſtomachũ imponi folia uitis in aqua frigida tincta.Ac ne ſiti quidẽ nimia uexãdus eſt:alendus maturius eſt: ideſt a die tertio & ante cibũ hiſdẽ perungendus.Si pituita in ſtomacho coiit:inclinata iam acceſſione : uomere cogẽdus eſt.& tunc dandum frigidũ olus:aut pomũ ex his:quæ ſtomacho cõueniunt.Si ſiccus manet ſtomachus:protinus uel ptiſanæ uel alicæ uel orizæ cremor dandus eſt cũ quo recens adeps cocta ſit. Cũ uero in ſummo incremẽto morbus eſt:utiq; nõ ante diem quartum magna ſiti antecedẽte: frigida aqua copioſe præſtãda eſt:ut bibat etiã ultra ſacietatẽ:& cum iam uenter & præcordia ultra modũ repleta ſatiſq; refrigerata ſunt:uomere debet.Quidã ne uomitũ quidẽ exigunt:ſed ipſa aqua frigida tantum ad ſatietatẽ data pro medicamento utunť. Vbi utrumlibet factũ eſt:multa ueſte operiẽdus eſt & collocãdus ut dormiat.Fereq; poſt longam ſitim & uigiliam:poſt multam ſatietatẽ:poſt infractũ calorem plenus ſomnus uenit per quẽ ingens ſudor effunditur.idq; præſentiſſimũ auxiliũ eſt.Sed in his tamen in qbus præter ardorẽ:nulli dolores:nullus præcordioꝝ tumor : nihil prohibens uel in thorace uel in pulmone uel in faucibus:nõ ulcus:nõ defectio:nõ deiectio:nõ profluuium alui fuit.

Curatio ſemitertianæ febris quæ hemitritæos diciť. Caput octauum.

T ubi id genus tertianæ eſt:qđ hemitritæon medici appellãt:magna cura opus eſt:ne id fallat.
a Habet.n.plerũq; frequẽtiores acceſſiões deceſſioneſq;:ut aliud morbi genus uideri poſſit: porrigitq; febris ĩter horas uigintiq̃tuor & triginta ſex.ut qđ idẽ ẽ:nõ idẽ eẽ uideať. Et magnope neceſſariũ eſt:neq; dari cibũ:niſi ĩ ea remiſſiõe:quæ uera eſt:& ubi ea uenit:ꝓtinus dari: plurimiq; ſub alterutro curãtis errore ſubito moriunť.ac niſi magnope aliq̃ res ꝓhibet:ĩter initia ſãguis mitti debet: tũ dari cibus:q neq; ĩcitet febrẽ:& tamẽ lõgũ eius ſpatiũ ſuſtineat.

Curatio lentaꝝ febriũ.Caput.ix.

Onnunq̃ etiã lentæ febres ſine ulla remiſſione corpus tenent:ac neq; cibo:neq; ulli remedio lo
n cus eſt.In hoc caſu medici cura eſſe debet:ut morbũ mutet.Fortaſſe enim curatiõi oportunior
fiet.Sæpe igiť ex aqua frigida:cui oleũ ſit adiectũ:corpus eius ꝑtractandũ eſt , quoniã interdũ ſic euenit:ut horror oriatur:& fiat initiũ quoddã noui motus:exque eo cũ magis corpus ĩcaluit:ſequatur etiã remiſſio.In his frictio quoq; ex oleo & ſale ſalubris uideť. at ſi diu frigus eſt & torpor & iactatio corporis:non alienũ eſt in ipſa febre dare mulſi tres aut quattuor cyathos:uel cum cibo uinũ bene dilutũ.Intẽdiť.n.ſæpe ex eo febris:& maior ortus calor:ſimul & priora mala tollit : & ſpem remiſſiõis in ea curatiõe oſtẽdit.Neq; hercules iſta curatio noua eſt:q̃ nũc qdã traditos ſibi ægros:q ſub cautioribus medicis trahebanť:ĩterdũ cõtrariis remediis ſanãt. Si qdẽ apud ãtiquos quoq; ante Erophilũ & Eraſiſtratũ:maximeq; poſt Hippocratẽ fuit Petro qdã q febricitantẽ hoĩem ubi accepat multis ueſtimẽtis opiebat:ut ſimul calorẽ ingentẽ ſitimq; excitaret.Deĩde ubi paulũ remitti cœperat febris:aquã frigidã potui dabat:ac ſi mouerat ſudorem:explicuiſſe ſe ægrum indicabat.ſi non mouerat:plus etiam aquæ frigidæ ĩgerebat: & tum uomere cogebat.Si alterutro modo febre liberauerat:protinus ſuillam aſſam & uinum homini dabat. Si non liberauerat:decoquebat aquam ſale adiecto:eamq; bibere cogebat : ut mouendo uentrem purgaret. Et intra hæc omnis eius medicina erat. Eaq; non minus grata fuit his : quos Hippocratis ſucceſſores non refecerant quam nunc eſt his : quos Erophili uel Eraſiſtrati æmuli diu tractos non expedierunt. Neq; ideo tamen non eſt temeraria iſta medicina : quia

plures ſi protinus a principiis excepit:interemit.Sed cũ eadẽ oĩbus conuenire nõ poſſint: fere quos ra
tio nõ reſtituit:temeritas adiuuat.Ideoq; eiuſmodi medici melius alienos ægros:quam ſuos nutriunt.
Sed eſt circũſpecti quoq; hominis & nouare interdũ & augere morbum & febres accẽdere: quia cura-
tionẽ ubi id quod eſt non recipit:poteſt recipere id quod futurum eſt.

Remedia in febribus ad capitis dolorẽ & præcordiorũ inflãmationẽ & ariditatẽ & ſcabritiẽ linguæ. Caput.x.

c Onſiderãdũ etiã eſt:febres ne ſolæ ſint:an alia his quoq; mala accedãt.ideſt num caput doleat:
num lingua aſpera:num præcordia intenta ſint.Si capitis dolores ſunt:roſam cũ aceto miſcere
oportet:& in id ĩgerere:deĩde habere duo pittacia:quæ latitudinẽ frõtis longitudinẽq; æquẽt.
Ex his inuicẽ alterũ in aceto & roſa habere:alterũ in fronte : aut intinctã hiſdẽ lanã ſuccidã ĩponere.Si
acetũ offendit:pura roſa utẽdũ eſt.Si roſa ipſa lædit:oleo acerbo.ſi iſta parũ iuuant: teri poteſt uel iris
arida:uel nuces amaræ:uel quælibet herba ex refrigerãtibus.Quorũ quidlibet ex aceto impoſitũ dolo
rẽ minuit:ſed magis aliud in alio.Iuuat etiã panis cũ papauere iniectus:uel cũ roſa:ceruſſa:ſpumaue ar
genti.Olfacere quoq; uel ſerpillum uel anetũ nõ alienũ eſt.At ſi in præcordiis inflãmatio & dolor eſt:
primo ſuper ĩponẽda ſunt cataplaſmata reprimẽtia:ne ſi calidiora fuerint plus eo materiæ concurrat.
Deinde ubi prima ĩflãmatio ſe remiſit:tũc demũ ad calida & humida ueniẽdũ eſt;ut ea quæ remanſe-
rint:diſcutiãt.Notæ uero ĩflãmatiõis ſunt q̃tuor:rubor & tumor cũ calore & dolore.Quo magis erra
uit Eraſiſtratus:qui febrẽ nullã ſine hac eſſe dixit.Ergo ſi ſine inflãmatiõe dolor eſt:nihil ĩponẽdũ eſt.
Hunc enim ſtatim ipſa febris ſoluit.At ſi neq; inflãmatio:neq; febris:ſed tantũ præcordiorũ dolor eſt:
ꝓtinus calidis & ſiccis fomẽtis uti licet.Si uero lingua ſicca eſt & ſcabra:detergẽda primũ penicillo eſt
ex aqua calida. Deinde ungẽda mixtis ĩter ſe roſa & melle.Mel purgat.roſa reprimit:ſimulq; ſicceſce-
re nõ ſinit.At ſi ſcabra nõ eſt ſed arida:ubi penicillo deterſa eſt:ungi roſa debet:cui cæræ ſit paulũ ad-
iectum.

Remedia cõtra frigus:quod febrem præcedit. Caput.xi.

s Olet etiã ante febres eſſe frigus:idq; uel moleſtiſſimũ morbi genus eſt . Vbi id expectaẗ:omni
potione ꝓhibẽdus æger eſt.Hæc enim paulo ante data multũ malo adiicit.Itẽ maturius ueſte
multa tegẽdus eſt.admouẽda partibus his:pro q̃bus metuimus:ſicca & calida fomẽta ſic ne ſta
tim uehemẽtiſſimi calores incipiãt:ſed paulatim ĩcreſcãt.Perfricãdæ quoq; eæ partes manibus unctis
ex uetere oleo ſunt:eiq; adiiciẽdũ aliq̃d ex calefaciẽtibus.Cõtẽtiq; medici q̃dã una frictiõe etiã ex quo
libet oleo ſunt.In harũ febriũ remiſſionibus nõnulli tres aut q̃tuor ſorbitionis cyathos etiã num ultra
manẽte febre dant.Deinde ea bene finita reficiũt ſtomachum cibo frigido & leni.Ego tum hoc puto
tentandũ:cũ parũ cibus ſemel & poſt febrẽ datus ꝓdeſt.Sed curioſe ꝓſpiciendũ eſt:ne tẽpus remiſſiõis
decipiat.Sæpe enim in hoc quoq; genere ualitudinis iam minui febris uideẗ & rurſus ĩtendiẗ. Itaq; ei
remiſſioni credẽdũ eſt:quæ etiã ĩmoraẗ & iactationẽ fœtorẽq; quendã oris:quẽ ozen græci uocant:
minuit.Illud ſatis cõuenit:ſi quotidie pares acceſſiones ſunt:quotidie paruũ cibũ dandũ:ſi ĩpares:poſt
grauiorẽ cibũ:poſt leuiorẽ:aquã mulſam.

Curatio horroris in febribus. Caput.xii.

h Orror autẽ eas fere febres antecedit:quæ certũ habẽt circuitũ & ex toto remittunẗ.Ideoq; tu-
tiſſimæ ſunt maxime:quæ curatiões admittũt.Nã ubi ĩcerta tẽpora ſunt:neq; alui ductio:neq;
balneũ:neq; uinũ:neq; medicamẽtũ aliud recte daẗ . incertũ eſt enim quãdo febris uẽtura ſit:
ita fieri poterit:ut ſi ſubito uenerit:ſumma in eo ꝑnicies ſit:q̃d auxilii cauſa ſit inuentũ. Nihilq; aliud
fieri poteſt:quã ut primis diebus bene abſtineaẗ æger.deĩde ſucceſſu febris eius quæ grauiſſima eſt: ci
bum ſumat.at ubi certus circuitus eſt:facilius oĩa illa tentanẗ:quia facilius ꝓponere nobis & acceſſio
nũ & deceſſionũ uices poſſumus.In his autẽ cũ ueterauerũt:utilis famis nõ eſt:Primis tantũmodo die
bus ea pugnandũ eſt:deinde diuidẽda curatio eſt:& ante horror:tum febris diſcutienda.Igiẗ cũ primũ
aliq̃s inhorruit & ex horrore incaluit:dare ei oportet potui tepidã aquã ſubſalſam & uomere eũ coge-
re.nã fere talis horror ab his oritur:quæ bilioſa in ſtomacho reſederũt.idẽ faciẽdũ eſt ſi ꝓximo quoq;
circuitu æque ceſſit.ſæpe enim ſic diſcutiẗ.iãq; q̃d genus febris ſit:ſcire licet.itaq; ſub expectatiõe pro
xime acceſſionis:quæ iſtare tertia poteſt:deducẽdus in balneũ eſt:dandaq; opa eſt:ut per tẽpus horro-
ris in ſolio ſit.Si ibi quoq; ſenſerit:nihilominus idẽ ſub expectatiõe acceſſionis quartæ faciat.ſi q̃dẽ eo
quoq; modo ſæpe id diſcutiẗ.ſi nec balneũ quidẽ profuit:ante acceſſionẽ alliũ edat:aut bibat calidam
aquã cũ pipere ſi quidẽ ea quoq; aſſumpta calorẽ mouẽt:qui horrorẽ non admittit.Deinde eo modo
quo in frigore p̃ceptũ eſt:anteq̃ inhorreſcere poſſit.opiaẗ . Fomẽtiſq; protinus ualidioribus totũ cor-
pus circũdare cõuenit:maximeq; inuolutis extinctis teſtis & titionibus.Si nihilominus horror perru-
perit:multo oleo calefacto inter ipſa ueſtimẽta perfundaẗ:cui æque ex calefaciẽtibus aliquid ſit adie-
ctum.adhibeaturq; frictio quãtam is ſuſtinere poterit:maximeq; in manibus & pedibus & ſpiritũ ipſe
cõtineat.neq; deſiſtendũ eſt etiã ſi horror eſt.Sæpe enim ꝑtinacia iuuãtis malũ corporis uincit . Si q̃d
euomuit:dãda aqua tepida:iterũq; uomere cogẽdus eſt.utendũq; eiſdẽ eſt donec horror finiatur. Sed
præter hæc:ducẽda aluus eſt:ſi tardius horror q̃eſcet.ſi q̃dẽ id quoq; exonerato corpori ꝓdeſt. Vltima
quoq; poſt hæc auxilia ſũt geſtatio & frictio.Cibus aũt ĩ eiuſmodi morbis maxĩe dãdus eſt.q̃ mollẽ.al
uũ præſtet.Caro glutinoſa.uinũ:cũ dabiẗ:auſterũ.

Curatio quotidianæ febris. Caput.xiii.

h Aec ad omnes circuitus febriũ pertinent.diſcernẽdæ tamen ſingulæ ſunt:ſicut rationẽ habent
diſſimilẽ.ſi quotidiana eſt:triduo primo magnopere abſtinere oportet.tum cibis,altero quoq;
die uti.Si res inueterauerit:poſt febrẽ experiri balneum & uinum : magiſq; ſi horrore ſublato

hæc ſupereſt. Curatio tertianæ febris. Caput.xiiii.

I tertiana uero:quæ ex toto intermittit:aut quartana eſt:mediis diebus & ambulationibus uti
s oportet:aliiſꝗ exercitationibus & unctionibus.quidam ex antiquioribus medicis Cleophan-
tus in hoc genere morborũ multo ante acceſſionẽ caput ægri multa calida aqua perfundebat:
deinde uinum dabat.Quod quãuis pleraꝗ eius uiri præcepta ſecutus eſt Aſclepiades: recte tamẽ præ
teriit.Eſt.n.anceps:Ipſe:ſi tertiana febris eſt:tertio die poſt acceſſionẽ dicit aluũ duci oportere.quinto
poſt horrorẽ:uomitũ elicere.deinde poſt febrẽ: ſicuti illi mos erat:adhuc calidis dare cibũ & uinũ.Se
xto die in lectulo detineri.ſic enim fore:ne ſeptimo die febris accedat . Id ſæpe fieri poſſe ueriſimile ẽ.
Tutius tamen eſt:ut hoc ipſo ordine utamur Tria remedia:uomitus:alui ductionis:uini potus per tri
duum:ideſt die tertio & quinto & ſeptimo tentare.nec uinum niſi poſt acceſſionẽ die ſeptimo bibat.
Si uero primis diebus diſcuſſus morbus nõ eſt:inciditꝗ in uetuſtatẽ:quo die febris expectabitur:in le
ctulo ſe cõtineat:poſt febrẽ perfricetur:tum cibo aſſumpto bibat aquam.poſtero die: quo cibo uacat
& ab exercitatione unctioneꝗ:aqua tantum contẽtus cõquieſcat.Et id quidẽ optimũ eſt.Si uero ĩbe-
cillitas urgebit:& poſt febrẽ uinum:& medio die paulũ cibi debebit aſſumere.

Curatio quartanæ febris. Caput.xv.

Adem in quartana facienda ſunt.Sed cũ hæc tarde admodũ finiaꝉ : niſi primis diebus diſcuſſa
e eſt:diligẽtius ab initio præcipiendũ eſt:quid in ea debeat fieri.Igiꝉ ſi cui cum horrore febris ac
ceſſit:eaꝗ deſiit:eodẽ die & poſtero tertioꝗ cõtinere ſe debet:& aquam tantũmodo calidã pri
mo die poſt febrẽ ſumere:biduo proximo quantũ fieri poteſt ne hanc quidem.ſi quarto die cũ horro
re febris reuertitur:uomere ſicut ante præceptũ eſt deinde poſt febrem modicum cibum ſumere:uini
quadrantem.Poſtero tertioꝗ die abſtinere:aqua tantũmodo calida:ſi ſitiet:aſſumpta:ſeptimo die bal
neo frigus præuenire:abſtinere:cõtinere ſe debet:ſi febris redierit:ducere aluum.ubi ex eo corpus cõ-
quieuerit inunctione uehemẽter perfricari:eodẽ modo ſumere cibum & uinũ:biduo ꝓximo ſe abſti-
nere:frictione ſeruata.decimo die rurſus balneũ experiri:& ſi poſtea febris acceſſit:æque perfricari.ui
num copioſius bibere.ac ſi proximũ eſt:quies tot dierũ:ut abſtinẽtia cum cæteris quæ præcipiuntur:
febrẽ tollant.Si uero nihilominus remanet:aliud ex toto ſequendum eſt curationis genus : idꝗ agen-
dum:ut quod diu ſuſtinẽdũ eſt:corpus facile ſuſtineat.Quo minus etiam curatio probari Heraclidis
tarentini debet.qui primis diebus ducendam aluũ.deinde abſtinendum uſꝗ in ſeptimum diem dixit.
Quod ut ſuſtinere aliquis poſſit tamen etiam febre liberatus uix refectioni ualebit. Adeo ſi febris ſæ
pius acceſſerit:cõcidet.Igitur ſi tertiodecimo die morbus remanebit:balneũ neꝗ ante febrẽ neꝗ poſt
eam tentandum erit:niſi interdũ iam horrore diſcuſſo . Horror ipſe per eadem quæ ſupra præſcripta
ſunt expugnãdus.Deinde poſt febrẽ opportebit ungi & uehemẽter perfricari:cibum & ualidum & for
titer aſſumere.uino uti quantum libebit.poſtero die cum ſatis quieuerit:ambulare:exerceri:ungi:per
fricari fortiter:cibum accipere ſine uino:Tertio die abſtinere.Quo die uero febrẽ expectabit:ante ſur
gere & exerceri:dareꝗ operã nõ oportet:ut in ipſam exercitationẽ tempus febris incurrat. Sic.n.ſæpe
illa diſcutitur.At ſi in opere occupauit:tum demum ſe recipere.In eiuſmodi ualitudine medicamenta
ſunt:oleum:frictio:exercitatio:cibus uinũ.Si uenter aſtrictus eſt ſoluendus eſt.Sed hæc facile ualidio-
res faciunt:ſi imbecillitas occupauit:pro exercitatione geſtatio eſt.Si ne hanc quidem ſuſtinet:adhibẽ
da tamen frictio eſt.ſi hæc quoꝗ uehemens onerat:intra quietẽ & unctionem & cibũ ſiſtẽdũ eſt:dan-
daꝗ opera eſt:ne qua cruditas in quotidianã id malum uertat.Nam quartana neminem iugulat . ſed
ſi ex ea facta quotidiana eſt:in malis æger eſt . Quod tamen niſi culpa uel ægri uel curantis nunq̃ fit.

Curatio duarum quartanarum. Caput.xvi.

T ſi duæ quartanæ ſunt:neꝗ hæ:quas ꝓpoſui:exercitatiões adhiberi poſſunt:aut ex toto quie
a ſcere opus eſt:aut ſi id difficile eſt:leuiter ambulare:cõſidere diligẽter inuolutis pedibus:& ca-
pite.Quotiens febris acceſſit & deſiit:cibum modicum ſumere & uinũ . reliquo tempore niſi
imbecillitas urget:abſtinere.Aut ſi duæ febres pene iunguñꝉ:poſt utranꝗ cibum ſumere. Deinde ua-
cuo tẽpore & moueri aliquid:& poſt unctionẽ cibo uti.Cũ uero uetus quartana raro:niſi uere ſoluaꝉ:
utiꝗ eo tẽpore attendendum eſt ne quid fiat quod ualitudinẽ impediat.Prodeſtꝗ in uetere quartana
mutare ſubinde uictus genus:a uino ad aquam:ab aqua ad uinum:a lenibus cibis ad acres: ab acribus
ad lenes trãſire:eſſe radicẽ:deinde uomere:iureue pulli gallinacei uentrem reſoluere:oleum ad frictio-
nes adiicire:calefacientia ante acceſſionẽ ſorbere:uel aceti cyathos duos:uel unum ſinapis cum tribus
græci uini ſalſi:uel mixta paribus portionibus & in aqua diluta:piper:caſtoreũ:laſer:myrram.Per hæc
enim ſimiliaꝗ corpus agitandũ eſt:ut moueatur ex eo ſtatu quo detineꝉ . Si febris quieuit diu memi-
niſſe eius diei conuenit:eoꝗ uitare frigus:calorẽ:cruditatẽ:laſſitudinem.Facile enim reuertitur:niſi a
ſano quoꝗ aliquãd iu timeꝉ.

Curatio quotidianæ febris:quæ ex quartana facta ſit. Caput.xvii.

T ſi ex q̃rtana quotidiana facta eſt:cũ id uitio ĩciderit : ꝑ biduũ abſtinere oportet,frictiõe uti:
a aquã tantũmodo ueſpi potui dare,tertio die ſæpe fit ne febris accedat.ſed ſiue fuit:ſiue nõ fuit:
cibus poſt acceſſiõis tẽpus eſt dãdus.at ſi manet:ꝑ biduũ abſtinẽtia:quãta maxime ĩperari cor
pori poteſt:fricatione quotidie:utendũ eſt.

De tribus ĩſaniæ generibus & primo de eius curatiõe:quæ a græcis phreneſis diciꝉ. Caput.xviii.

T febrium quidem ratio expoſita eſt.Superſunt uero alii corporis affectus : qui huic ſuperue-
e niunt.ex quibus eos:qui certis partibus aſſignari nō poſſunt:protinus iungā.Incipiā ab īſania:
primáq; huius ipſius partē agrediar quæ & acuta & in febre eſt:græci phreneſin appellāt.Illud
ante omnia ſcire oportet:interdū in acceſſiōe ægros deſipere & loqui aliena. Quod nō quidē leue eſt:
neq; incidere poteſt:niſi in febre uehemēti non tamen æque peſtiferū eſt.Nā plærunq; breue eſſe con
ſueuit:leuatoq; acceſſionis impetu ꝓtinus mens redit.Neq; id genus morbi remediū aliud deſiderat:
quā quod in curāda febre præceptū eſt.Phreneſis uero tum demum eſt:cum cōtinua dementia eſſe in
cipit:aut cū æger quáuis adhuc ſapiat:tamen quaſdā uanas imagines accipit.perfecta eſt ubi mens illis
imaginibus addicta eſt.eius autē plura genera ſunt:ſi quidē ex phreneticis alii hilares: alii triſtes ſunt:
alii facilius cōtinenť & intra uerba deſipiunt.alii cōſurgunt & uiolenter quædā manu faciunt.atq; ex
his ipſis alii nihil niſi impetu peccant:alii etiam artes adhibent:ſummáq; ſpeciem ſanitatis in captādis
maiorū operum occaſionibus præbent:ſed exitu deprehenduntur. Ex his autem eos qui intra uerba
deſipiunt:aut leuiter etiā manu peccant:onerare aſperioribus coercitiōibus ſuperuacuū eſt . Eos uero
qui uiolētius ſe gerunt uincire cōuenit:ne uel alteri uel ſibi noceant . Neq; credendū eſt ſi uinctus ali-
quis dum leuari uinculis cupit:ſanum iam ſe fingat:quáuis prudēter & miſerabiliter loquať : quoniā
īs dolus inſaniētis eſt.Fere uero antiqui tales ægros in tenebris habebāt:eo qđ eis cōtrariū eſſet exter
reri:& ad quietem animi tenebras ipſas cōferre aliquid iudicabant.At Aſclepiades tanq̄ tenebris ipſis
terrentibus in lumine habēdos eſſe dixit.neutrū tamē perpetuū eſt:aliū enim lux:aliū tenebræ magis
turbant.reperiunturq; in quibus nullū diſcrimen deprædēdi uel hoc uel illo modo poſſit . optimum
itaq; eſt utrunq; experiri:& habere eū:qui tenebras horret:in luce:eum qui lucem in tenebris. At ubi
nullū tale diſcrimen eſt:æger ſi uires habet:loco lucido:ſi nō habet:obſcuro cōtinendus eſt. Remedia
uero adhibere ubi maxime furor urget:ſuperuacuum eſt.ſimul enim febris quoq; increſcit.Itaq; tum
nihil niſi cōtinendus æger eſt. Vbi uero res patitur:feſtināter ſubueniendum eſt . Aſclepiades perinde
eſſe dixit his ſanguinē mitti ac ſi trucidenť:rationē hanc ſecutus:quod neq; inſania eſſet niſi febre in-
tenta:neq; ſanguis niſi in remiſſione eius recte mittereť.Sed ipſe in his ſomnum multa frictione quæ-
ſiuit:cū & intentio febris ſomnū impediat:& frictio nō niſi in remiſſiōe eius utilis ſit. Itaq; hoc quoq;
auxiliū debuit præterire.Quid igitur eſt?Multa in præcipiti periculo recte fiunt alias omittēda.Et cō
tinuata quoq; febris habet tēpora:q̄bus & ſi nō remittit:nō tamen creſcit.Eſtq; hoc ut nō optimū:ſic
tamen ſecundū remedii tempus.Quod ſi uires ægri patiuntur:ſanguis quoq; mitti debet. Nec minus
deliberari poteſt:an aluus ducenda ſit.tum īterpoſito die cōuenit caput ad cutē tondere ; deinde aqua
fouere in aqua uerbenæ aliquæ decoctæ ſint uel ex reprimētibus : aut prius fouere deinde tondere &
īterum fouere:ac nouiſſime roſa caput nareſq; implere:offerre etiam naribus rutam: ex aceto cōtritā:
mouere ſternutamēta medicamētis in id efficacibus.Quæ tamen faciēda ſunt in his:quibus uires nō
deſunt.Si uero imbecillitas eſt:roſa tantū caput adiecto ſerpillo:ſimiliq; aliquo madefaciendū eſt. Vti
les etiam in quibuſcunq; uiribus herbæ duæ ſunt:ſolanum & muralis.ſimul ex utraq; ſucco expreſſo
caput impleatur.cum ſe febris remiſerit frictione utendum eſt.parcius tamen in his qui nimis hilares
quā in his qui nimis triſtes ſunt . Aduerſus omnium autē ſic inſanientiū animos gerere ſe pro cuiuſq;
natura neceſſarium eſt.Quorundā enim uani metus leuandi ſunt:ſicut in homine prædiuite famem
timēte incidit:cui ſubinde falſæ hereditates nunciabantur . quorundā audacia coercenda eſt : ſicut in
his fit:in quibus cōtinendis plagæ quoq; adhibentur.quorundā etiam intempeſtiuus riſus & obiurga
tione & minis prohibēdus eſt.quorundā diſcutiendæ triſtes cogitatiōes.Ad quod ſymphoniæ & cym
bala:ſtrepituſq; proficiunt.Sæpius tamen aſſentiendū:quā repugnandū eſt.paulatimq; & nō euidēter
ab his:quæ ſtulte dicentur ad meliora mens eius abducenda eſt.Interdum etiam elicienda ipſius intē-
tio:ut fit in hominibus ſtudioſis litteraꝝ quibus liber legitur:aut recte ſi delectanť:aut perperam:ſi id
ipſum eos offendit.Emendādo enim cōuertere animum incipiunt.Quin etiam recitare ſi qua memi-
nerunt:cogendi ſunt:Ad cibum quoq; quoſdā nō deſiderantes reduxerunt hi:qui inter epulantes eos
collocauerūt.Omnibus uero ſic affectis ſomnus & difficilis & præcipue neceſſarius eſt.Sub hoc enim
pleriq; ſaneſcunt.Prodeſt ad id atq; etiam ad mentē ipſam cōponendam crocinum unguentum cum
irino in caput datum.Si nihilominus uigilant hi:quidā ſomnū moliunť potui dādo aquam:in qua pa
pauer:aut hyoſcyamos decocta ſit:alii mādragoræ mala puluino ſubiiciunt.alii uel amomum:uel ſica
mini lachrymā fronti inducunt.Hoc nomen apud medicos reperio . Sed cū græci morum ſicamynō
appellant:mori nulla lacrima eſt.ſic uero ſignificatur lacrima arboris in egypto naſcētis: q̄ ibi moroſi
con appellāt.Plurimi decoctis papaueris corticibus ex ea aqua ſubinde ſpongia os & caput fouēt.aſcle
piades ea ſuperuacua eſſe dixit quoniā ī letargum ſæpe cōuerterent. Præcipit autem ut primo die a ci
bo:potione:ſomno abſtineretur:ueſpere ei daretur potui aqua:tunc frictio admoutereť lenis ita ut ne
manū quidē qui fricaret:uehementer imprimeret ; poſtero deinde die hiſdē omnibus factis ueſpere ei
dareť ſorbitio & aqua:rurſuſq; frictio adhibereť.Per hanc enim nos cōſecuturos:ut ſomnus accedat.
Id interdum fit & quidē adeo:ut illo cōſiſtente nimia frictio etiam lethargi periculum afferat.Sed ſi ſic
ſomnus non acceſſit.tum demum illis medicamentis accerſendus eſt:habita ſcilicet eadem modera-
tione:quæ hic quoq; neceſſaria eſt:ne quem obdormire uolumus excitare poſtea nō poſſumus .Con-
fert etiam aliquid ad ſomnum ſilanus iuxta cadēs:uel geſtatio poſt cibum & noctu ; maximeq; ſuſpēſi

lecti motus.Necꝫ alienũ eſt:ſi necꝫ ſanguis ante miſſus eſt:necꝫ mens cõſtat:necꝫ ſomnus accedit: oc-
cipitio inciſo cucurbitulã admouere.Quæ quia leuat morbũ:poteſt etiam ſomnũ facere. Moderatio
autem in cibo quocꝫ adhibenda eſt.Nã necꝫ implẽdus æger eſt:ne inſaniat.necꝫ ieiunio uticꝫ uexãdus
eſt:ne imbecillitate in cardiacum incidat.Opus eſt autẽ cibo infirmo:maximecꝫ ſorbitione : potione
aquæ mulſæ.cuius ternos cyathos bis hyeme:quater æſtate dediſſe ſatis eſt.Alterũ genus inſaniæ eſt:
quod ſpatiũ longius recipit:quia fere ſine febre incipit:leues deinde febriculas excitat & cõſiſtit in tri
ſtitia:quã uidetur bilis atra cõtrahere.In hac utilis detractio ſanguinis eſt.Si quid hanc ꝓhibet:prima
eſt abſtinentia:ſecunda per albũ ueratrũ:uomitumcꝫ purgatio.poſt utrũlibet adhibẽda bis die frictio
eſt.Si magis ualet frequens etiam exercitatio.In ieiuno uomitus:cibus ſine uino dandus ex media ma-
teria eſt:Quã quotiens poſuero:ſcire licet etiam ex infirmiſſima dari poſſe:dum ne ea ſola quis utaꝛ:
ualẽtiſſima tantũmodo eſſe remouẽda.præter hæc ſeruanda aluus eſt quã tenerrima.remouẽdi terro
res:& potius bona ſpes afferẽda.quærẽda delectatio ex fabulis ludiſcꝫ:q̃bus maxime capi ſanus aſſue-
uerat.Laudanda ſi qua ſunt ipſius opera & ante oculos eius ponenda.Leuiter obiurganda uana triſti-
tia.Subinde admonendus in his ipſis rebus:quæ ſolicitant:cur nõ potius letitiæ:q̃ ſolicitudinis cauſa
ſit.Si febris quocꝫ acceſſit:ſicut aliæ febres curanda eſt.Tertium inſaniæ genus eſt ex his lõgiſſimum
adeo ut uitã ipſam nõ impediat.quod robuſti corporis eſſe cõſueuit . Huius autem ipſius ſpecies duæ
ſunt.Nam quidã imaginibus:nõ mente falluntꝛ.qualem inſanientem Aiacem uel Oreſtem poetarum
fabulæ ferũt.quidã animo deſipiunt. Si imagines fallunt:ante oĩa uidendũ eſt : triſtes an hilares ſint.
In triſtitia nigrũ ueratrũ deiectionis cauſa:in hilaritate album ad uomitũ excitandũ dari debet.Idcꝫ ſi
in potione nõ accepit:pani adiiciendũ eſt:quo facilius fallat.Nã ſi bene ſe purgauerit : ex magna parte
morbũ leuabit.Ergo etiam ſi ſemel datum ueratrũ parum profecerit : interpoſito tempore iterũ dari
debet.Necꝫ ignorare oportet:leuiorem eſſe morbum cum riſu:quã ſerio inſanientiũ.Illud quocꝫ per-
petuũ eſt in omnibus morbis:ubi ab inferiore parte purgandus aliquis eſt:uentrem eius ante ſoluẽdũ
eſſe:ubi a ſuperiore:cõprimendum.Si uero cõſilium inſanientem fallit : tormẽtis quibuſdam optime
curatur. Vbi perperam aliquid dixit aut fecit:fame:uinculis:plagis coercendus eſt.Cogendus eſt & at-
tendere & ediſcere aliquid & meminiſſe.Sic enim fiet ut paulatim metu cogatur cõſiderare q̃d faciat.
Subito etiam terreri & expaueſcere in hoc morbo prodeſt.Et fere quicquid animũ uehementer ꝑtur-
bat.Poteſt enim quædã fieri mutatio:cum ab eo ſtatu mens in quo fuerat:abducta eſt. Intereſt etiam
ſi ipſe ſine cauſa ſubinde rideat:an meſtus dimiſſiſcꝫ ſit.nam demens hilaritas terroribus his: de q̃bus
ſupra dixi:melius curaꝛ.ſi nimia triſtitia eſt:prodeſt lenis ſed multa bis die frictio . Itẽ per caput aqua
frigida infuſa:demiſſumcꝫ corpus in aquã & oleum.Illa cõmunia ſunt:inſaniẽtes uehementer exerce-
ri debere.multa frictione uti:necꝫ pinguem carnem:necꝫ uinũ aſſumere . cibis uti poſt purgationẽ ex
media materia quam leuiſſimis.non opportere eſſe uel ſol os uel inter ignotos:uel inter eos quos:aut
contemnant:aut negligant.mutare debere regiones:& ſi mens redit:annua peregrinatione eſſe iactan
dos.Raro:ſed aliquãdo tamẽ:ex metu deliriũ naſcitur.Quod genus inſanientiũ ſpecie ſimilicꝫ uictus
genere curandũ eſt.præterq̃ quod in hoc inſanie genere ſolo:recte uinũ datur.

Cardiaci morbi curatio. Caput.xix.

Vic morbo præcipue contrariũ eſt id genus:quod cardiacum a græcis nominaꝛ : quãuis ſæpe
h ad eum phrenetici tranſeunt.Si quidẽ mens in illis labat in hoc conſtat.Id autẽ nihil aliud eſt
quã nimia imbecillitas corporis.q̃d ſtomacho languẽte imodico ſudore digeriꝛ.Licetcꝫ proti
nus ſcire id eſſe:ubi uenaꝛ exigui : imbecilliqꝫ pulſus ſunt.Sudor autẽ ſupra conſuetudinẽ & modo &
tẽpore ex toto thorace & ceruicibus atcꝫ etiã capite ꝓrumpit:pedibus tantũmodo & cruribus ſiccio-
ribus atcꝫ frigentibus.At ubi id morbi genus eſt:curatio prima eſt:ſupra præcordia imponere quæ re
primant cataplaſmata.ſecunda:ſudorẽ prohibere . Id præſtat acerbum oleũ uel roſa uel melinum aut
myrteũ.Quorũ aliquo corpus leuiter perungendũ : cæratũcꝫ ex aliquo horũ tum imponendum eſt.
Si ſudor uincit:delinendus homo eſt uel gypſo uel argẽti ſpuma:uel cimolia creta : uel etiam ſubinde
horũ puluere reſpergendus.Idem præſtat puluis ex cõtritis aridi myrti uel rubi foliis:aut ex auſteri:&
boni uini arida fece.Pluracꝫ ſimilia ſunt:quæ ſi deſunt:ſatis utilis eſt q̃libet ex uia puluis iniectus.Sup
hæc uero quo minus corpus inſudet:leui ueſte debet eſſe cõtectus loco nõ calido:feneſtris patentibus
ſic:ut per flatus quocꝫ aliquis accedat.Tertiũ auxiliũ eſt imbecillitati iacentis uino cibocꝫ ſuccurrere.
Cibus nõ multus quidẽ:ſed ſæpe tamen nocte ac die dandus eſt:ut nutriat necꝫ oneret.Is eſſe debet ex
infirmiſſima materia & ſtomacho aptus.Niſi autem neceſſe eſt:ad uinum feſtinare non oportet.Si ue
rendum eſt:ne deficiat:tum & in trita ex hoc & hoc ipſum auſterum quidẽ ſed tamẽ tenue meracum.
Egelidũ ſubinde & liberaliter dandũ eſt adiecta polẽta:ſi modo is æger parum cibi aſſumit.Idcꝫ uinũ
eſſe debet necꝫ nullarum uiriũ:necꝫ ingentium:rectecꝫ tota die ac nocte uel tres heminas æger bibet.
Si uaſtius corpus eſt:plus etiã.Si cibum nõ accipit:perunctũ ante perfundere aqua frigida conuenit:&
tum dare.Quod ſi ſtomachus reſolutus parũ continet:& ante cibũ & poſt eum:ſponte uomere opor-
tet:rurſuſcꝫ poſt uomitum:cibum ſumere.Si ne id quidem manſerit:ſorbere uini cyathum:interpoſi-
tacꝫ hora ſumere alterum. ſi id quocꝫ ſtomachus reddiderit:totum corpus bulbis cõtritis ſuper illinẽ
dum eſt.Qui ubi inaruerũt:efficiunt:ut uinũ in ſtomacho cõtineaꝛ:excꝫ eo toti corpori calor:ueniſcꝫ
uis redeat. Vltimum auxilium eſt : in aluum ptiſanæ uel alicæ cremorem ex inferioribus partibus

indere ſi quidē id quoq; uires tuetur. Neq; alienum eſt: naribus quoq; æſtuantis admouere quod reſi-ciat: ideſt roſam & uinum. Et ſi qua in extremis partibus frigent: unctis & calidis manibus fouere. Per quæ ſi conſequi potuimus: ut & ſudoris impetus minuaſ & uita prorogetur: incipit iam tēpus ipſum eſſe præſidio. Vbi in tuto eſſe uidetur: uerendum tamen eſt: ne ad eādem imbecillitatem cito recidat. Itaq; uino tantum remoto: quotidie ualidiorē cibū debet aſſumere donec ſatis uiriū corpori redeat.

De lethargo & eius curatione. Caput.xx.

Lter quoq; morbus eſt aliter phrenetico cōtrarius. In illo difficilis ſomnus: prompta ad omnē audaciam mens eſt. At in hormarcor & inexpugnabilis pene dormiēdi neceſſitas: lethargum græci nominant. atq; id quoq; genus acutū eſt: & niſi ſuccurritur celeriter iugulat. Hos ægros quidam ſubinde excitare nituntur admotis his quæ per ſternutamenta euocantur: & his: quæ odore fœdo mouent. qualis eſt pix cruda: lana ſucida: piper: ueratrum: caſtoreum: acetum: allium: cepa: iuxta etiam galbanū incendūt: aut pilos, aut cornu ceruinum. Si nō eſt: quodlibet aliud. Hæc enim cū cōbu runtur, odorem fœdum mouent. Tharrias uero quidam acceſſionis eſſe id malum dixit: leuariq; cum ea deceſſit. Itaq; eos qui ſubinde excitant ſine uſu, male habere. Intereſt autem in deceſſione expergi-ſcatur æger: an cum febris nō leuetur: aut leuata quoq; ea ſomnus urgeat. Nam ſi expergiſciſ: adhibe-re ei ut ſopito ſuperuacuum eſt. Neq; enim uigilando melior fit, ſed per ſe: ſi melior eſt: uigilat. Si uero continens ei ſomnus eſt: utiq; excitādus eſt. ſed his temporibus quibus febris leuiſſima eſt: ut & excer-nat aliquid & ſumat. Excitat autem ualidiſſime: repente aqua frigida infuſa poſt remiſſionē. Itaq; per-unctum oleo multo corpus tribus aut quattuor amphoris totum per caput perfundendū eſt. Sed hoc utemur: ſi æqualis ægro ſpiritus erit: ſi mollia præcordia. Sin aliter hæc erūt: ea potiora: quæ ſupra cō præhenſa ſunt. Et quod ad ſomnū quidem pertinet: cōmodiſſima hæc ratio eſt. Medēdi autem cauſa caput radendū: deinde poſtea fouendum eſt aqua: in qua laurus aut ruta decocta ſit. Altero die impo-nendū caſtoreum: aut ruta ex aceto cōtrita: aut lauri baccæ: aut hedra cum roſa & aceto. Præcipueq; proficit & ad excitandum hominē naribus ad motū & ad morbum ipſum depellendū capiti frontiue impoſitum ſinapi: Geſtatio etiā in hoc morbo prodeſt: maximeq; oportune cibus datus ideſt in remiſ ſione quanta maxime inueniri poterit: Aptiſſima autē ſorbitio eſt donec morbus decreſcere incipiat: ſic ut ſi quotidie grauis acceſſio eſt; hæc quotidie detur. Si alternis: poſt grauiorem: ſorbitio: poſt leuio rem: mulſa aqua. Vinū quoq; cū tempeſtiuo cibo datum nō mediocriter adiuuat. Quod ſi poſt lōgas febres eiuſmodi torpor corpori acceſſit: cætera eadem ſeruāda ſunt. Ante acceſſionē autē tribus: quat tuorue horis caſtoreū: ſi uenter aſtrictus eſt: mixtum cū ſcamonea. ſi nō eſt: per ſe ipſum cū aqua dan-dum eſt. Si præcordia mollia ſunt: cibis utendū eſt plenioribus. Si dura: in hiſdem ſorbitionibus ſubſi ſtendū, imponendūq; eſt præcordiis quod ſimul & reprimat & emolliat.

De aqua inter cutem hoc eſt hydropico morbo. Caput.xxi.

Ed hic quidē acutus eſt morbus. Longus uero fieri poteſt eorum: quos aqua inter cutem male habet: niſi primis diebus diſcuſſus eſt; hydropa græci uocant. Atq; eius tres ſpecies ſunt. Nam modo uentre uehemēter intēto creber intus ex motu ſpiritus ſonus eſt. Modo corpus inæqua le eſt: tumoribus aliter aliterq; per totum id orientibus. Modo intus in unum aqua cōtrahiſ: & moto corpore ita mouetur ut impetus eius cōſpici poſſit. Primū timpanitem: ſecundum leucophlegmatian uel yposarca. Tertium aſciten græci nominant. Cōmunis tamen eſt humoris nimia abundātia. ob quā ne ulcera quidē in his ægris facile ſaneſcunt. Sæpe uero hoc malū per ſe īcipit. Sæpe alteri uetuſto mor bo. maximeq; quartanæ ſuperuenit. Facilius īſeruis: quā in liberis tollitur. quia cum deſideret famem: ſitim: mille alia tedia: longamq; pacientiam: promptius his ſuccurriſ: qui facile coguntur: quā quibus inutilis libertas eſt. Sed ne hi quidem qui ſub alio ſunt: ſi ex toto ſibi temperare nō poſſunt: ad ſalutem perducuntur. Ideoq; nō ignobilis medicus Chryſippi diſcipulus apud Antigonū regē amicum quen-dam eius notæ intemperātiæ mediocriter eo morbo implicitū negauit poſſe ſanari. Cumq; alter me-dicus epirotes Philippus ſe ſanaturū polliceretur reſpondit illum ad morbum ægri reſpicere: ſe ad ani mum. Neq; eum res ſefellit. Ille. n. cum ſumma diligētia nō medici tantummodo; ſed etiā regis cuſto-diretur: tamen malagmata ſua deuorando: bibendoq; ſuam urinā in exitum ſe præcipitauit. Inter ini-tia tamen non difficillima curatio eſt: ſi imperata ſunt corpori: quies: ſitis: inedia. At ſi malū inuetera-uerit; nō ſine magna moleſtia diſcutitur: Metrodorum tamen Epicuri diſcipulum referunt cum hoc morbo tentaretur; neq; æquo animo ferret neceſſariā ſitim ubi diu abſtinuerat; bibere ſolitum: dein-de euomere. Quod ſi redditur quicquid receptum eſt: multū tedio demit. ſi a ſtomacho retentum eſt: morbum auget. Ideoq; in quolibet tentandum nō eſt. Sed ſi febris quoq; eſt: hæc in primis ſubmouen da eſt per eas rationes: per quas huic ſuccurri poſſe propoſitū eſt. Si ſine febre æger eſt: tum demū ad ea ueniendū eſt: quæ ipſi morbo mederi ſolent. Atq; hic quoq; quæcunq; ſpecies eſt: ſi nondum nimis occupauit: hiſdem auxiliis opus eſt. Multum ambulandum. currendū aliquid eſt. ſuperiores maxime partes ſic perfricandæ: ut ſpiritū ipſe cōtineat. euocandus eſt ſudor nō exercitatione, tantūmodo: ſed etiam in harena calida: uel laconico: uel clibano: ſimilibuſq; aliis. maximeq; utiles naturales & ſiccæ ſu dationes ſunt: quales ſuper baias habemus in myrtetis balneum atq; omnis humor alienus eſt. Ieiuno recte cataputia dantur facta ex abſinthii duabus: myrre tertia parte. Cibus eſſe debet ex media quidē materia; ſed tamen generis durioris. Potio non ultra danda eſt: quā ut uitā ſuſtineat. optimaq; eſt: quæ

urinam mouet.Sed id ipſum tamẽ molliri cibo:quam medicamento melius eſt.Si tamen res coget ex
his aliquid quæ id præſtent : erit decoquẽdũ eaq; aqua potui danda.Videntur autem hãc facultatem
habere:iris:nardum:crocum:cinnamum:amomum:caſſia:myrra:balſamum:galbanum:ladanum:oe-
nante:panace:cardamomum:hebenus:cupreſſi ſemẽ.uua timinia:quã ſtaphidagrian græci nominãt:
abrotanum:roſæ folia:acorum amare nuces:tragoriganum:ſtorax:coſtum:iunci quadrati & rotundi
ſemen:illud cypyron.ecinon hoc græci uocant.Quæ quotiens poſuero:nõ quæ hic naſcunt̃:ſed quæ
inter aromata afferuntur:ſignificabo.Primo tamẽ quæ leuiſſima ex his ſunt:ideſt roſæ folia:uel nardi
ſpica tentanda ſunt.Vinum quoq; utile eſt & auſterum:ſed quã tenuiſſimum.Cõmodũ eſt etiam lino
quotidie uentrem metiri & qua comprependit aluũ:notam iponere.poſtero die uidere ſi plenius cor
pus ſit:an extenuetur.Id enim:quod tenuatur:medicinã ſentit.Neq; alienum eſt metiri & potionem
eius & urinam.Nã ſi plus humoris excernitur:quam aſſumitur ita demum ſecundæ ualitudinis ſpes
eſt.Aſclepiades in eo qui ex quartana in hydropa deciderat:ſe abſtinentia bidui & frictione uſum. ter
tio die iam & febre & aqua liberato cibum & uinum dediſſe:memoriæ prodit.Hactenus communiter
de omni ſpecie dici poteſt.Si uehemẽtius malum eſt:diducenda ratio curandi eſt.Ergo ſi inflatio & ex
ea dolor creber eſt:utilis quotidianus aut alterno quoq; die poſt cibum uomitus eſt.Fomẽtis ſiccis: ca
lidiſq; utẽdum eſt.Si per hæc dolor non finitur neceſſarie ſunt ſine ferro cucurbitulæ.Si ne per has q
dem tormentum tollitur:incidẽda cutis eſt:& tum his utendum.Vltimũ auxilium eſt:ſi cucurbitu-
læ nihil profuerunt:per aluũ infundere copioſe aquam calidam:eamq; recipere.Quin etiam quotidie
ter quaterue opus eſt uti frictione uehemẽti cum oleo & quibuſdam calefacientibus.Sed in hac fricti
one a uentre abſtinẽdum ẽ.Imponẽdum uero in eũ crebrius:ſinapi donec cutem erodat ferramẽtiſq;
cadentibus pluribus locis uenter exulcerandus ẽ:& ſeruãda ulcera diutius.Vtiliter etiam ſcylla cocta
delinitur cutis ſed diu poſt has inflãmationes abſtinẽdum ẽ ab oĩbus inflãtibus.At ſi id uitium ẽ: cui
leucophlegmatia nomẽ ẽ:eas partes quæ tument ſubiicere ſoli oportet: ſed nõ nimium:ne febricula
incidat.ſi is uehemẽtior ẽ:caput uelandum ẽ utẽdumq; frictione madefactis tantum manibus aqua.
cui ſal & nitrum & olei paulum ſit adiectũ ſic ut aut pueriles aut muliebres manus adhibeantur: quo
molior earum tactus ſit.Idq; ſi uires patiuntur ante meridiem tota hora:poſt meridiem ſemi hora fie
ri oportet Vtilia etiam ſunt cataplaſmata quæ reprimunt:maximeq; ſi corpora teneriora ſunt.Incidẽ
dum quoq; eſt ſuper talum quattuor fere digitis ex parte interiore:qua per aliquot dies frequens hu-
mor feratur atq; ipſos tumores incidere altis plagis oportet.Concutiẽdumq; multa geſtatiõe corpus
eſt:atq; ubi inductæ uulneribus cicatrices ſunt adiiciẽdum & exercitationibus eſt & cibis donec cor-
pus ad priſtinum habitum reuertat̃.Cibus ualẽs eſſe debet & glutinoſus:maximeq; caro.Vinum: ſi p
ſtomachum licet:dulcius.Sed ita ut inuicem biduo triduoue:modo aqua: modo id bibatur. Prodeſt
etiam lactucæ marinæ quæ grandis iuxta mare naſcitur:ſemen cum aqua potui datum.Si ualens eſt q
id accipit:ei ſcylla cocta ſicut ſupra dixi:delinitur. Auctoreſq; multi ſunt ; iflatiſue ficis pulſandos tu
mores eſſe.Si uero id morbi genus eſt:quo in uterum multa aqua cõtrahitur:ambulare:ſed magis mo
dice oportet.malagma quod digerat ipoſitũ habere:idq; ipſum ſuper ipoſito triplici pãno faſcia nõ ni
mium tamẽ uehemẽter aſtringere.Quod a Tharria profectum:ſeruatum eſſe a pluribus uideo. Si ie-
cur aut lienem affectũ eſſe manifeſtum eſt ficum pinguẽ cõtuſam adiecto melle ſuperponere.Si per ta
lia auxilia uenter non ſiccatur:ſed humor nihilominus abundat: celeriore uia ſuccurrere:ut is per uẽ-
trem ipſum emitatur.Neq; ignoro Eraſiſtrato diſplicuiſſe hãc curãdi uiã.Morbũ enim hunc iocine-
ris putauit.Ideoq; ita illũ eſſe ſanandum:fruſtraq; aquam emitti:quæ uitiato illo ſubinde naſcat̃. Sed
primũ nõ huius uiſceris unius hoc uitiũ eſt.Nã ſplene affecto & in totius corporis malo habitu fit:de
inde ut inde cœperit:tamẽ aqua niſi emittitur quæ cõtra naturã ibi ſubſiſtit:& iocineri & cæteris in-
ferioribus partibus nocet. Conuenitq; corpus nihilominus eſſe curandum.Neq; enim ſanat emiſſus
humor:ſed medicinæ locũ facit:quã intus incluſus ĩpedit.Ac ne illud quidẽ in controuerſiã uenit:qn
non omnes in hoc morbo ſic curari poſſint:ſed iuuenes robuſti:qui uel ex toto carent febre uel certe
ſatis liberales intermiſſiones habent.Nam quorum ſtomachus corruptus eſt ;qui ue ex atrabile huc
deciderunt:quiq; malum corporis habitũ habent:idonei huic curationi nõ ſunt. Cibus autẽ quo die
primum humor emiſſus eſt:ſuperuacuus eſt:niſi ſi uires deſũt.Inſequẽtibus diebus & his uinum mera
cius quidem:ſed nõ ita multum:dari debet:paulatiq; euocãdus æger eſt ad exercitationes : frictiones:
ſolẽ:ſudationes nauigationes & idoneos cibos donec ex toto cõualeſcat.Balneum rarum res amat:fre
quẽtiorẽ in ieiunio uomitum.Si æſtas eſt: in mare natare commodũ eſt.Vbi conualuit aliquis.diu ta-
men alienus ei ueneris uſus eſt. De tabe & eius ſpẽbus & curationibus. Caput.xxii.

Iutius ſæpe & periculoſius tabes eos male habet:quos inuaſit. Atq; huius quoq; plures ſpecies
d ſunt.Vna eſt qua corpus nõ alit̃:& naturaliter ſemp aliquibus decedentibus: nullis uero in eo
rũ locũ ſubeuntibus:ſumma macies oritur:& niſi occurritur tollit.Acrophyan hãc græci uo-
cant.Ea duabus fere decauſis incidere cõſueuit.Aut enĩ nimio timore aliquis minus:aut auiditate ni
mia pluſq̃ debet:aſſumit.ita uel qd̃ deeſt:ĩfirmat.uel quod ſuperat:corrũpitur.Altera ſpecies eſt: quã
græci cacexian appellant:ubi malus corporis habitus eſt.ideoq; omnia alimenta corrũpũtur. Quod
fere fit:cũ longo morbo uitiata corpora:etiam ſi illo uacant:refectionem tamen non accipiũt.aut cũ
malis medicamentis corpus affectũ eſt.aut cũ diu neceſſaria defuerunt.aut cũ inuſitatos & inutiles ci

bos aliquis aſſũpſit:aliquidue ſimile incidit.Huic præter tabẽ illud quoq; nõnunq̃ accidere ſolet:ut
per aſſiduas puſtulas aut ulcera ſũma cutis exaſperetur:uel aliquæ corporis partes intumeſcant.Tertia
eſt:longeq; periculoſiſſima ſpecies quã græci phthiſin nominauerũt.Oritur fere a capite.inde in pul-
monẽ deſtillat:huic exulceratio accedit.ex hac febricula leuis fit:quæ etiã cũ quieuit tamẽ & repetit.
Freq̃ues tuſſis eſt.pus excreatur:interdũ cruẽtum aliquid.Quicquid excreatũ eſt:ſi in ignẽ ipoſitum
eſt:mali odoris eſt.Itaq; qui de morbo dubitãt:hac nota utunt.Cũ hæc genera tabis ſint.animaduer-
tere primũ oportet:quid ſit in quo laboratur.Deinde ſi tantũmodo nõ ali corpus appet:cauſam eius
attẽdere:& ſi cibi minus aliquis quam debet:aſſumit:adiicere ſed paulati:ne ſi corpus inſuetum ſubi-
ta multitudine onerauerit:cõcoctionẽ ipediat.Si uero plus iuſto quis aſſumere ſolitus eſt:abſtinere
uno die:deinde ab exiguo cibo incipere.quotidie adiicere donec ad iuſtũ modũ ꝑueniat. Præter hæc
cõuenit ambulare locis quã minime frigidis ſole uitato:per manus quoq; exerceri.Si infirmior eſt ge
ſtari.ungi:perfricari ſi poteſt maxime per ſeipſum ſæpius eodẽ die & ante cibũ & poſt eũ ſic:ut iterdũ
oleo quædam adiiciantur calefacientia donec inſudet.Prodeſtq; ieiuno prætẽdere per multas partes
cutem & attrahere ut relaxetur:aut ipoſita reſina & abducta ſubinde idem facere.Vtile eſt etiã inter-
dum balneum:ſed poſt cibũ exiguũ.Atq; in ipſo ſolio recte cibi aliquid aſſumit:aut ſi ſine hoc frictio
fuit poſt eã protinus.Cibi uero eſſe debent ex his:qui facile concoquunt qui maxime alunt.Ergo ui-
ni quoq;:ſed auſteri neceſſarius uſus eſt mouẽda urina.at ſi malus corporis habitus eſt:primũ abſtinẽ-
dum eſt:deinde aluus ducẽda.tũ paulatĩ cibi dandi adiectis exercitationibus:unctionibus:frictiõibus.
Vtilius his freq̃ues balneũ eſt:ſed ieiunis etiã uſq; ſudorem.Cibus uero opus eſt copioſis:uariis:boni
ſucci:quiq; etiam minus facile corrũpantur:uino auſtero.Si nihil reliqua ꝓficiunt:ſanguis mittendus
ẽ:ſed paulatĩ quotidieq; pluribus diebus:cũ eo ut cætera quoq; eodẽ mõ ſeruẽtur.Quod ſi mali plus
eſt:& uera phthiſis eſt:inter initia protinus occurrere neceſſariũ eſt.Neq; enĩ facile his morbus cum
inueterauerit:euincit.Opus eſt ſi uires patiunt longa nauigatione:cæli mutatione ſic:ut denſius quã
id eſt:ex quo diſcedit æger:petatur.Ideoq; aptiſſime Alexãdriã ex italia itur.Fereq; id poſſe inter prici
pia corpus pati debet:cũ hic morbus ætate firmiſſima maxĩe oriat:id eſt ab anno duodecimo ad ãnũ
quintũ & trigeſimũ.Si id ĩbecillitas nõ ſinit:naue tamẽ nõ lõge geſtari cõmodiſſimũ eſt.Si nauigatio-
nẽ aliqua res prohibet:lectica uel alio modo corpus dimouẽdũ ẽ.tũ a negociis abſtinẽdũ eſt:oĩbuſq;
rebus:quæ ſolicitare aĩum poſſunt.ſonno indulgẽdũ:cauendæ deſtillationes:ne ſi quid cura leuaret:
exaſperent.& ob id uitãda cruditas:ſimulq; ſol & frigus.Os obtegẽdũ:fauces uelandæ.tuſſicula ſuis re
mediis finiẽda & quãdiu quidẽ febricula incurſat:huic interdũ abſtinẽtia:interdũ etiam tẽpeſtiuis ci-
bis medendũ.Eoq; tẽpore bibenda aqua.Lac quoq;:quod in capitis doloribus & in acutis febribus:
& per eas facta nimia ſiti:ſiue præcordia tument:ſiue bilioſa urina eſt:ſiue ſanguis fluxit ꝓ ueneno ẽ:
in phthiſi tamẽ ſicut in oĩbus longis difficilibuſq; febriculis recte dari poteſt.Quod ſi febris aut nõ-
dum incurſat aut iã remiſit decurrẽdũ eſt ad modicas exercitationes:maximeq; ambulationes:item le
nes frictiones.Balneũ alienũ eſt.Cibus eſſe debet primo acer:ut allium:porrum:idq; ipſũ ex aceto.uel
ex eodẽ intubus:ocymũ:lactuca.Deĩ lenis ut ſorbitio ex ptiſana uel ex alica uel ex amilo:lacte adiecto.
Idẽ oriza quoq;:& ſi nihil aliud eſt:far præſtat.Tũ iuicẽ mõ his cibis:mõ illis utẽdũ eſt.Adiiciendaq;
quædã ex media materia:præcipueq; uel ex apruna:cerebellũ:uel piſciculus:& his ſimilia.Farina etiã
cũ ſeuo ouillo:caprinoue mixta:deinde incocta pro medicamẽto eſt.uinũ aſſumi debet leue auſterũ.
Hactenus non magna mole pugnatur.Si uehementior noxa eſt:ac neq; febricula neq; tuſſis quieſcit:
tenuariq; corpus apparet:ualidioribus auxiliis opus eſt.Exulcerãdus eſt ferro cãdẽti uno loco ſubmẽ
to altero in gutture:duobus ad ſummã utrãq;.itẽ ſub imis oſſibus ſcapularũ:quas omotidas græci uo
cant:ſic ne ſaneſcere ultra ſinamus:niſi tuſſi finita.Cui per ſe quoq; medẽdum eſſe:manifeſtũ eſt.Tũc
ter quaterq; die uehemẽter extremæ partes ꝑfricandæ.thorax leui manu pertractãdus.poſt cibũ inter
mittẽda hora.& ꝑfricãda crura:brachiaq;.Interpoſitis denis diebus demittẽdus ẽ æger in ſoliũ in quo
ſit aqua calida & oleũ.cæteris diebus bibenda aqua.tũ & uinũ:ſi tuſſis non eſt:potui frigidum dãdũ:
ſi æſtas eſt:egelidũ.Vtile eſt etiã cibos in remiſſionibus quotidie dari:frictiões geſtationeſq; ſimiliter
adhiberi.eadẽ acria q̃rto aut quĩto die ſumere.interdũ herbã ſanguinalẽ ex aceto uel plantaginẽ eſſe.
Medicamẽtũ etiã eſt uel plãtaginis ſuccus per ſe:uel marubiũ ex melle concoctũ:ita ut illius cyathus
ſorbeatur huius cochleare plenũ paulatĩ delingatur.uel inter ſe mixta & incocta reſinæ terebinthinæ
pars dimidia:butyri & mellis pars altera.Præcipua tamẽ ex his omnibus ſunt uictus:uehiculum & na
uis & ſorbitio.Aluus cita utiq; uitãda eſt.Vomitus in hoc morbo ſi freq̃ues eſt:ꝑnitioſus eſt:maxieq;
ſanguinis.Qui meliuſculus eſſe cœpit:adiicere debet exercitatiões:frictiones cibos.deinde ipſe ſe ſup-
preſſo ſpiritu perfricare:diu abſtinere a uino:balneo:uenere.

De comitialis morbi curationibus. Caput.xxiii.

i Nter notiſſimos morbos:ẽ etiã is:qui cometialis uel maior noiatur.Homo ſubito cõcidit.ex
ore ſpumæ mouẽtur:deinde interpoſito tẽpore ad ſe redit & per ſe ipſum cõſurgit.Id genus ſæ
pius uiros quã fœminas occupat.ac ſolet quidẽ etiã lõgũ eſſe uſq; ad mortis diem & uitæ non
periculoſum.Iterdũ tamẽ cũ recẽs eſt hominẽ cõſumit:& ſæpe eũ ſi remedia nõ ſuſtulerunt:in pueris
ueneris:in puellis mẽſtruorum initiũ tollit.modo cũ diſtentione mẽbrorum aut neruorũ prolabit ali-
quis:modo ſine illa quidem.Hos quoq; hiſdem quibus lethargicos excitare conantur.quod ad-

modũ ſuperuacuũ eſt:& quia ne lethargicus quidẽ iis ſanatur & quia cũ poſſit ille nunq̃ expgiſci atq; ita fame interire:hic ad ſe utiq; reuertitur. Vbi cõcidit aliquis:ſi nulla neruorũ diſtẽtio acceſſit: utiq; ſanguis mitti debet. Si acceſſit nõ utiq; mittẽdus eſt:niſi alia quoq; hortãtur. neceſſariũ aũt eſt ducere aluum:uel nigro ueratro purgare:uel utrunq; facere ſi uires patiunꝰ. tunc caput tundere: oleoq; & aceto perungere cibũ poſt diẽ tertiũ ſimul cũ trãſit hora qua cõcidit dare. Neq; ſorbitiones autẽ his: aliiq; molles & faciles cibi:neq; caro:minimeq; ſuilla cõuenit:ſed mediæ materiæ. Nã & uiribus opus eſt:& cruditates cauẽdæ ſunt: cũ quibus fugere oportet ſolẽ:balneũ:ignẽ:oĩaq; calefaciẽtia. itẽ:frigus uinũ:uenerẽ:loci præcipitis cõſpectum:oĩumq; terrẽtiũ:uomitũ laſſitudinẽ ſolicitudĩes:negocia oĩa. Vbi tertio die cibus datus eſt:intermittere quartũ:& ĩuicẽ alterũ quẽq;:eadẽ hora cibi ſeruata donec quatuordeci dies trãſeant. Quos ubi morbus exceſſit:acuti uim depoſuit. At ſi manet:curãdus iã ut lõgus eſt. Quod ſi nõ quo die primũ id incidit medicus acceſſit. Sed is qui cadere cõſueuit ei traditus ẽ: protinus eo genere uictus habito:qui ſupra cõprehẽſus eſt:expectãdus eſt dies: quo prolabatur. utendumq; tum uel ſanguinis miſſione:uel ductione alui:uel nigro ueratro:ſicut præceptũ eſt. In ſequentibus deinde diebus ꝑ eos cibos quos ꝓpoſui:uitatis oĩbus quæ cauẽda dixi:nutriẽdus. Si per hæc morbus finitus nõ fuerit:cõfugiendũ erit ad albũ ueratrũ:ac ter quoq; aut quater eo utẽdũ:nõ ita multis interpoſitis diebus:ſic tamẽ ne iterũ unquã ſumat:niſi cõciderit. Mediis autẽ diebus uires eius erũt nutriendæ quibuſdã præter ea quæ ſcripta ſunt adiectis. Vbi mane experrectus ẽ:corpus eius leuiter ex oleo uetere cũ capite excepto uẽtre ꝑmulceatur. tũ ambulatione quã maxime lõga & recta utaꝰ. poſt ambulationẽ loco tepido uehemẽter & diu ac nõ minus ducẽties:niſi infirmus erit perfricetur: deĩde per caput multa aqua frigida perfundaꝰ. paulũ cibi aſſumat:cõquieſcat:rurſus ante noctẽ ambulatione utatur:iterũ uehemẽter ꝑfriceꝰ:ſic ut neq; uẽter:neq; caput cõtingaꝰ:poſt hæc cœnet: ĩterpoſitiſq; tribus aut quatuor diebus:uno aut altero acria aſſumat. Si ne per hæc quidẽ fuerit liberatus:caput radat:ungatur oleo uetere:adiecto aceto & nitro:perfundaꝰ aqua ſalſa:bibat ieiunus ex aqua caſtoreum: nulla aqua niſi decocta potionis cauſa utaꝰ. Quidã iugulati gladiatoris calido ſanguĩe epoto tali morbo ſe liberarunt. Apud quos miſerũ auxiliũ tollerabile:miſerius malũ fecit. Quod ad medicũ uero ptinet:ultimũ eſt ĩuxta talum ex utroq; crure paulũ ſanguinis mittere:occipitiũ incidere:& cucurbitulas admouere ferro cãdẽte in occipitio quoq; & infra qua ſũma uertebra cũ capite cõmittitur adurere duobus locis:utꝰ p ea pernitioſus humor euadat. Quibus ſi finitũ malũ nõ fuerit:ꝓpe eſt:ut perpetuũ ſit. Ad leuãdũ id tãtũmodo utẽdũ erit exercitatione multa frictione:cibiſq; his:qui ſupra cõpræhenſi ſunt. præcipueq; uitãda oĩa:quæ ne fierẽt excepimus.

De regii morbi curatione. Caput. xxiiii.

Eque notus eſt morbus:quẽ interdũ arquatũ:interdũ regiũ nominãt. Quẽ Hippocrates ait:ſi
a poſt ſeptimũ diẽ febricitante ægro ſupuẽit:tutũ eẽ:mollibus tãtũmõ ꝓcordiis ſubſtãtibus. Diocles ex toto ſi poſt febrẽ oritur etiã prodeſſe. ſi poſt hũc febris:occidere. Color aũt eum morbũ detegit maxĩe oculorũ:in quibus quod albũ eſſe debet fit lutheũ. Soletq; accedere & ſitis & dolor capitis & frequẽs ſingultus & præcordiorũ dextra parte durities:& ubi corporis uehemẽs motus eſt: ſpiritus difficultas:mẽbrorũq; reſolutio:atq; ubi diutius manet morbus:totũ corpus cũ pallore quodã inalbeſcit. Prĩo die abſtinere ægꝝ oportet:ſecũdo ducere aluũ:tum ſi febris eſt. eã uictus genere diſcutere. Si nõ eſt:ſcamoneã potui dare:uel cum aqua betã albã cõtritã:uel cum aqua mulſa nuces amaras:abſinthium:aneſum ſic ut pars huius minima ſit. Aſclepiades aquã quoq; ſalſam & quidẽ ꝑ biduũ purgationis cauſa bibere cogebat:iis quæ urinã mouent:reiectis. Quidã ſuperioribus omiſſis:per hæc & per eos cibos:qui extenuãt:idẽ ſe cõſequi dicunt. Ego ubiq; ſi ſatis uirium eſt:ualidiora ſi parꝝ: imbecillia auxilia præfero. Si purgatio fuit:poſt eã triduo:prĩo modice cibum oportere aſſumere ex media materia & uinum bibere græcum ſalſum. ut reſolutio uẽtris maneat. tum altero triduo ualidiores cibos & carnis quoq; aliquid eſſe:intra aquã manere. deinde ad ſuperius genus uictus reuerti:cum eo ut magis ſatieꝰ omiſſo græco uino bibere integrum auſteꝝ. atq; ita ꝑ hæc uariare:ut interdum acres quoq; cibos interponat:interdum ad ſalſum uinum redeat. Per oẽ uero tẽpus utendum eſt exercitatione:frictione:ſi hyems eſt:balneo ſi æſtas:frigidis nationibus:lecto etiã & cõclaui cultiore clauſo loco uti ludis:laſciuia:per quæ mẽs exilareꝰ. Ob quæ regius morbus dictus uideꝰ. Malagma quoq; qđ digerat ſuper præcordia datum prodeſt:uel arida ibi ficus impoſita:ſi iecur aut lienis affectus eſt.

De elephãtiæ curatione. Caput. xxv.

Gnotus autẽ pene in italia:frequẽtiſſimus in quibuſdã regionibus is morbus eſt:quẽ elephãtiã
f græci uocant. iſq; longis annumeratur. Totum corpus afficiꝰ ita ut oſſa quoq; uitiari dicãtur. Sũma pars corporis crebas maculas:creboſq; tumores habet. Rubor harum paulatim in atrũ colorẽ conuertitur. Sũma cutis ĩ æquabiliter craſſa:tenuis:dura. molliſq; q̃s ſquamis q̃buſdã exaſperatur:corpus emacreſcit:os ſuræ pedes ĩtumeſcunt. Vbi uetus morbus eſt:digiti in manibus pedibuſq; ſub tumore conduntꝰ:febricula oritur:quæ facile tot malis obrutum hominẽ cõſumit. ꝓtinus ergo inter initia ſanguis per biduum mitti debet:aut nigro ueratro uenter ſolui:adhibẽda tum quanta ſuſtineri poteſt inedia eſt. paulum deinde uires reficiendæ:& ducenda aluus:poſt hæc:ubi corpus leuatũ eſt:utendum eſt exercitatione:præcipueq; curſu. ſudor primum labore ipſius corporis: deinde etiam ſiccis ſudationibus euocandus. frictio adhibenda. moderandumq; inter hæc:ut uires conſeruentꝰ:bal-

neum raꝝ eſſe debet. Cibus ſine pinguibus: ſine glutinoſis: ſine inflãtibus Vinum: præterquam pris
diebus: recte datur. Corpus cõtrita plãtago & illita optime tueri uidetur.

De attonitis & eorum curatione. Caput. xxvi.

Tronitos quoq; raro uidemus: quoꝝ & corpus & mẽs ſtupet. Fit interdũ ictu fulminis: inter-
a' dũ morbo. apoplexian hũc græci appellãt. His ſanguis mittẽdus eſt. Veratro quoq; albo: uel
alui ductione utẽdũ. Tũ adhibendæ frictiones: & ex media materia minime pingues cibi. qdã
etiã acres: & a uino abſtinẽdũ.

De reſolutõe neruorũ: q̃ appoleſia uel paralyſis dicit̃. Caput. xxvii.

T reſolutio neruoꝝ freq̃ẽs ubiq; morbus eſt. Sed interdum tota corpora: interdũ partes iſe-
a ſtat. Veteres auctores illud apoplexian: hoc paralyſin noĩauerunt. Nunc utrunq; paralyſin
appellari uideo. Solẽt autẽ qui per oĩa mẽbra uehemẽter reſoluti ſunt celeriter rapi. ac ſi corre
cti nõ ſunt: diutius quidẽ uiuunt ſed raro tamen ad ſanitatẽ perueniunt: & plerunq; miſerũ ſpiritum
trahũt: memoria quoq; amiſſa. In ptibus uero nũquã acutus: ſæpe lõgus: fere ſanabilis morbus eſt. Si
oĩa mẽbra uehemẽter reſoluta ſunt: ſanguinis detractio uel occidit: uel liberat. Aliud curatiõis genus
uix unquã ſanitatẽ reſtituit: ſæpe mortẽ tãtũ differt uitã interim infeſtat. Poſt ſanguinis miſſione ſi nõ
redit & motus & mẽs: nihil ſpei ſupereſt. Si rediit: ſanitas quoq; proſpicit̃. At ubi pars reſoluta eſt: pro
uidet malo corporis: uel ſanguis miſſus: uel aluus ducta. Cætera eadẽ in utroq; caſu facienda ſunt. Si q
dẽ uitare p̃cipue cõuenit frigus: paulatĩq; ad exercitationes reuertẽdũ eſt: ſic ut ingrediat̃ ipſe ꝓtinus:
ſi poteſt. Si id crurũ ĩbecillitas ꝓhibet: uel geſtetur: uel motu lecti cõcuciat̃. tũ id mẽbrũ qd deficiet ſi
põt: per ſe: ſi minus ꝑ aliũ moueat̃: & ui quadã ad cõſuetudinẽ ſuã redeat. Prodeſt etiã torpẽtis mẽbri
ſũmã cutẽ exaſpaſſe: uel urticis cæſam: uel ĩpoſito ſinapi. ſic ut ubi rubere cœpit corpus: hæc remoue-
ãtur. Scylla quoq; cõtrita bulbiq; cõtriti cũ ture recte ĩponũtur. Neq; alienũ ẽ reſina cutẽ tertio quoq;
die diutius uellere. pluribus etiã locis aliquãdo ſine ferro cucurbitulas admouere. Vnctioni uero aptiſ
ſimũ eſt uetus oleũ: uel nitrũ aceto & oleo mixtũ. Quin etiã fouere aq̃ calida marina. uel ſi ea nõ eſt ta
mẽ ſalſa: magnopere neceſſariũ ẽ. At ſi quo loco uel naturales uel etiã manu factæ tales natatões ſunt:
iis potiſſimũ utẽdũ eſt: præcipueq; in his agitãda mẽbra: q̃ maxĩe deficiũt. Si id nõ eſt: balneũ tamẽ ꝓ-
deſt. Cibus eſſe debet ex media materia: maxĩeq; ex uenatione. potio ſine uino aquæ calidæ. Si tamen
uetus morbus eſt: ĩterponi quarto uel quinto die purgatiõis cã uinũ græcũ ſalſũ ꝓdeſt. Poſt cœnã uti
lis uomitus eſt. Interdũ uero ẽt neruorũ dolor oriri ſolet. In hoc caſu nõ oportet uomere: nõ medica-
mentis urinã uomere: nõ ſine exercitatione ſudores: ut quidã p̃cipiũt expedit. Bibẽda aqua eſt bis die.
In lectulo leniter ſatis diu corpus ꝑfricãdũ eſt. Deinde retẽto ſpiritu ab ipſa exercitatiõe potius ſupio-
res partes mouẽdæ. balneo raro utẽdũ. mutãdũ ſubinde ꝑegrinationibus cœlũ. Si dolor eſt: ea ipſa ꝑs
ſine oleo nitro ex aqua pungẽda eſt: deinde inuoluẽda: & ſubiicẽda pruna lenis & ſulphur. atq; ita id
ſuffumigãdum: idq; aliquãdiu faciẽdum. Sed ieiuno cũ bene iã cõcoxerit cucurbitulæ quoq; ſæpe do
lẽti parti admouẽdæ ſũt: pulſanduſq; leuiter inflatis ueſicis bubulis is locus eſt. Vtile eſt etiã ſeuũ mi-
ſcere cũ hyoſcyami & urticæ cõtritis ſeminibus: ſic ut oĩum par modus ſit: idq; ĩponere: fouere aqua
in qua ſulphur decoctũ ſit. Vtriculi quoq; recte ĩponunt̃ aqua calida repleti: aut bitumẽ cũ ordeacea
farina mixtũ: atq; in ipſo potiſſimũ dolore utẽdum geſtatione uehemẽti eſt. Quod in aliis doloribus
peſſimum eſt. Tremor autẽ neruoꝝ æque uomitu medicamẽtiſq; urinã mouẽtibus intẽdit̃. Inimica
etiã habet balnea: aſſaſq; ſudationes: bibẽda aqua eſt. acri ãbulatione utendum. itẽ unctionibus: frictio
nibuſq; maxĩe per ſeipſum. pila: ſimilibuſq; ſupiores ꝑtes dimouẽdæ. cibo quolibet utendum dũmo-
do cõcoctioni utiq; ſtudeat̃. Secundum cibum curis abſtinendum. Rariſſima uenere utendum eſt. Si
quãdo qs in eã ꝓlapſus eſt: tum oleo leuiter diuq; in lectulo ꝑfricari manibus puerilibus potius q̃ uiri
libus debet. Suppuratiões autẽ quæ in aliqua interiori parte oriunt̃: ubi notæ fuerint: primum id age
re oportet ꝑ ea cataplaſmata q̃ reprimunt: ne coitus inutilis materiæ fiat. Deinde ſi hæc uicta ſunt: per
ea malagmata q̃ digerunt: diſſipẽtur. Quod ſi cõſecuti nõ ſumus ſeqtur: ut euocet̃: deinde ut mature
ſcat: oĩs tunc uomicæ finis eſt: ut rumpat̃. Inditiumq; eſt: pus uel aluo: uel ore redditũ. ſed nihil facere
oportet quo minus quicquid eſt puris excedat. Vtẽdũ maxĩe ſorbitiõibus eſt & aqua calida: Vbi pus
ferri deſiit: trãſeũdũ ad faciles quidẽ: ſed tamẽ ualidiores & frigidos cibos: frigidãq; aquã: ſic ut ab ege
lidis tamẽ initiũ fiat. primoq; cũ melle quædã edẽda: ut nuclei pinei uel græce nuces: uel auellanæ. Po
ſtea ſubmouẽdũ id ipſũ: quo maturius induci cicatrix poſſit. Medicamentum eo tẽpore ulceri eſt. ſuc
cus aſſumptus uel porri uel marubii & oĩ cibo porrũ ipſum adiectũ. Oportebit autẽ uti in his parti-
bus q̃ nõ afficiẽtur: frictionibus: itẽ ãbulatiõibus lenibus. Vitãdũq; erit ne uel luctãdo uel currendo
uel alia rõe ſaneſcẽtia ulcera exaſpentur. In hoc eni morbo pernitioſus: ideoq; oĩmodo cauendus ſan-
guinis uomitus eſt.

## CORNELII CELSI QVARTVS DE MEDICINA LIBER INCIPIT.

De humani corporis interioribus ſedibus. Caput primũ.

Actenus reperiuntur ea genera morborũ: quæ in totis corporibus ita ſunt: ut iis certæ
ſedes aſſignari nõ poſſint. Nunc de his dicã quæ ſunt in partibus. Facilius autẽ oĩum
interiorũ morbi curationeſq; in noticiã uenient: ſi prius eoꝝ ſedes breuiter oſtendero
Caput igitur: eaq; quæ in ore ſũt non lĩgua tãtũmodo palatoq; terminantur: ſed etiam
quatenus oculis noſtris expoſita ſunt. In dextra ſiniſtraq; circa guttur uenæ grãges: quæ

ſphragitides nominantur:itéqꝫ arteriæ:quas parotidas uocāt:ſurſū ꝓcedentes ultra aures ferunť. Atqꝫ
in ipſis ceruicibus glādulæ poſitæ ſunt:quæ interdū cū dolore ītumeſcūt. Deīde duo itinera īcipiunt.
Alterum aſperam arteriam noīant.alterū ſtomachū. Arteria exterior ad pulmonē. Stomachus interi-
or ad uētriculū fertur. Illa ſpiritū:hic cibū recipit:quibus cū diuerſæ uiæ ſint:qua coeūt exigua in arte
ria ſub ipſis faucibus lingua eſt.quæ cū ſpiramus:attollitur:cū cibū potionéqꝫ aſſumimus:arteriā clau
dit. Ipſa autē arteria dura & cartilaginoſa in gutture aſſurgit:cæteris partibus reſidet. Conſtat ex circu
lis quibuſdā cōpoſitis ad imaginē earū uertebrarū:quæ in ſpina ſunt. Ita tamē ut ex ꝑte exteriore aſpe-
ra ex interiore ſtomachi mō læuis ſit. eaqꝫ deſcendens ad præcordia cū pulmone cōmittitur. Is ſpōgio
ſus:ideoqꝫ ſpiritus capax & a tergo ſpinæ ipſi iunctus in duas fibras ungulæ bubulæ modo diuiditur.
Huic cor annexū eſt natura muſculoſum ī pectore ſub ſiniſteriore māma ſitū.duoſqꝫ quaſi uētriculos
habet:at ſub corde &qꝫ pulmone tranſuerſum ex ualida mēbrana ſeptū eſt:qđ a præcordiis uterum
diducit æque neruoſum.multis etiā uenis ꝑ id diſcurrētibus a ſuperiore ꝑte non ſolū inteſtina:ſed ie-
cur quoqꝫ lienéqꝫ diſcernit. Hæc uiſcera proxima:ſed infra tamē poſita dextra ſiniſtraqꝫ ſunt. Iecur a
dextra ꝑte ſub ꝑcordiis ab ipſo ſepto ortum intrinſecus cauum:extrīſecus gibbum.qđ prominēs leui
ter uentriculo inſidet & in quattuor fibras diuidiť. Ex inferiore uero ꝑte fel inhæret. at lienis ſiniſtra
non eidē ſcepto:ſed inteſtino innexus eſt:natura mollis & rarus longitudinis craſſitudiniſqꝫ modicæ:
iſqꝫ paulum a coſtarū regione in uterū excedens ex maxīa parte ſub his conditur. atqꝫ hæc qdē iuncta
ſunt. Renes uero diuerſi: qui lumbis ſub imis coxis inhærent a ꝑte earū reſimi:ab altera rotundi: q &
uenoſi ſunt:& uentriculos habent:& tunicis ſuper conteguntur:ac uiſcerū qdem hæ ſedes ſunt. Stoma
chus uero q inteſtinorū principiū eſt neruoſus a ſeptimæ ſpinæ uertebra īcipit:ac circa ꝑcordia cū uē
triculo cōmittiť. Ventriculus aūt q receptaculū cibi eſt:cōſtat ex duobus tergoribus. is q̃ īter lienem
& iecur poſitus eſt:utroqꝫ ex his paulū ſuꝑ eū ingrediente. Suntqꝫ etiā membranulæ tenues: per quas
īter ſe tria iſta cōnectunť:iūgūturqꝫ ei ſepto:qđ trāſuerſū eē ſupra poſui. Inde ima uētriculi ꝑs paulū
in dexteriorē partē cōuerſa in ſūmū inteſtinum coartatur. Hāc iuncturā pylurō græci uocāt. quoniā
portæ modo ī inferiores ꝑtes ea q̃ excreturi ſumus:emittit. Ab ea ieiuniū īteſtinū īcipit nō ita īplici
tū:cui tale uocabulū eſt:qa nunq̃ qđ accipit cōtinet:ſed protinus in inferiores partes trāſmittit. Inde
tenuius īteſtinum ē in ſinus uehementer īplicitum. Orbes uero eius ꝑ membranulas ſinguli cum īſe
rioribus cōnectuntur.q in dexteriorē partē cōuerſi & e regione dexterioris coxæ finiti:ſuꝑiores tamē
partes magis cōplēt. Deinde id inteſtinū cū craſſiore altero trāſuerſo cōmittiť.qđ a dextra ꝑte incipi-
ens:ī ſiniſteriorē peruiū & longū eſt:in dexteriorē nō eſt. ideoqꝫ cæcū noīatur. At id qđ peruiū eſt la-
te fuſū atqꝫ ſinuatū:minuſqꝫ q̃ ſuꝑiora inteſtina neruoſum:ab utraqꝫ ꝑte huc atqꝫ illuc uolutū: magis
tamē ſiniſteriores:inferioreſqꝫ partes tenēs:contigit iecur atqꝫ uētriculū. Deinde cū qbuſdā mēbranu
lis a ſiniſtro rene uenientibus iūgitur. atqꝫ hīc dextra recuruatū in imo derigiť qua excernit. ideoqꝫ id
ibi rectū inteſtinū nominatur. Contegit uero uniuerſa hæc omentū ex interiore parte læue & ſtrictū:
ex ſuperiore mollius. Cui adeps quoqꝫ inaſciť:quæ ſenſu ſicut cerebrū quoqꝫ & medulla caret. At a re
nibus ſingulæ uenæ colore albæ ad ueſicā feruntur ureteras græci uocāt:qđ per eas inde deſcēdentē
urinā in ueſicā deſtillare cōcipiunt. Veſica aūt in ipſo ſinu neruoſa & duplex ceruice plena atqꝫ carno
ſa iungitur per uenas cū inteſtino:eoqꝫ oſſe:qđ pubi ſubeſt. Ipſa ſoluta atqꝫ liberior ē aliter in uiris atqꝫ
in fœminis poſita. Nā in uiris iuxta rectū inteſtinū eſt potius in ſiniſtrā partē inclinata. In fœminis ſu
per genitale earū poſita eſt:ſuperqꝫ elapſa ab ipſa uulua ſuſtineť. Tū in maſculis inter urinæ ſpacioſius
& cōpreſſius a ceruice huius deſcēdit ad colē. In fæmīs breuius & plenius ſuper uuluæ ceruicē ſe oſtē-
dit. Vulua aūt in uirginibus quidē admodū exigua eſt. In mulieribus uero niſi ubi grauidæ ſunt non
multo maior:quā ut manu cōprehēdatur. Ea recta cōtinuataqꝫ ceruice:quē canalē uocant:contra me
diā aluū orſa:inde paulū ad dexteriorē coxā conuertitur:deinde ſuper rectū inteſtinum progreſſa iliis
fæminæ latera ſua īnectit. Ipſa autē ilia inter coxas & pubem imo uentre poſita ſunt. a quibus ac pube
abdomē ſurſū uerſus ad præcordia peruenit:ab exteriore ꝑte euidēti cute ab interiori læui membra-
na incluſum:quæ omēto iūgiť. Peritonos aūt a græcis noīatur.

De curationibus morborū qui naſcuntur a capite:& ꝑrio de eius dolore:deinde de morbo qui cir
ca faciē naſcitur:tū de linguæ reſolutione. poſtremo de deſtillatōne ac grauedine. Capur ſecundū.

h Is ueluti in cōſpectū quendā quatenus ſcire curāti neceſſarium eſt adductis:remedia ſingularū
laborātium partium exequar:orſus a capite. Sub quo noīe nunc ſignifico eā partem:quæ capil
lo tegitur. Nā oculorum:auriū:dentium dolor. & ſi quis ſimilis eſt:alias erit explicandus. In ca
pite autem interdum acutus & peſtifer morbus eſt:quē cephalean græci uocant. Cuius notæ ſunt:hor
ror calidus:neruorū reſolutio:oculorum caligo:mentis alienatio:uomitus:ſic ut uox ſupprimať: uel
ſanguinis ex naribus curſus:ſic ut corpus frigeſcat:anima deficiat. Præter hæc dolor intolerabilis ma
xime circa tempora uel occipitium. Interdum autem in capite longa imbecillitas:ſed neqꝫ grauis neqꝫ
periculoſa:per hominis ætatē eſt. Interdum grauior dolor ſed breuis neqꝫ tamen mortiferus: qui uel
uino uel cruditate uel frigore uel igne aut ſole cōtrahitur. Hiqꝫ omnes dolores modo in febre: modo
ſine hac ſunt:modo in toto capite:modo in parte interdum ſic ut oris quoqꝫ proximā partem excruci
ent. Præter hæc etiam īuenitur genus quod poteſt longum eſſe. ubi humor cutem inflat eaque intu-
meſcit & præmenti digito cedit. hydrocephalon græci appellant. Ex his id quod ſecundo loco poſitū



A. Corn. Celsi medicinae libri octo - page 40 sur 122

eſt:dum læue eſt:qua ſit ratione curandum dixi:cũ perſequerer ea quæ ſani homines in imbecillitate
partis alicuius facere deberent.Quæ uero auxilia ſunt capitis:ubi cũ febre dolor eſt:eo loco explicitũ
eſt:quo febrium curatio expoſita eſt.Nũc de cæteris dicẽdum eſt.Ex quibus id quod acutum eſt:& id
qu od ſupra conſuetudinẽ intenditur idq; quod ex ſubita cauſa:& ſi non peſtiferum tamen uehemens
eſt:primã curationẽ habet:qua ſanguis mittatur.Sed id:niſi intolerabilis eſt dolor:ſuperuacuũ eſt.Sa-
tiuſq; eſt abſtinere a cibo:ſi fieri poteſt etiam a potione Si non poteſt:aquam bibere.Si poſtero die do
lor remanet:aluum ducere :ſternutamenta euocare:nihil aſſumere:niſi aquam.ſæpe enim dies unus
aut alter totum dolorem hac ratione diſcutit utiq; ſi ex uino uel cruditate origo eſt. ſi uero in his au-
xilii parum eſt:tonderi oportet ad cutem.deinde conſiderandum eſt quæ cauſa dolorem excitarit : ſi
calor aqua frigida multa perfundere caput expedit:ſpongiam cõcauam imponere ſubinde in aqua fri
gida expreſſam:ungere roſa & aceto:uel potius his tinctam lanam ſucidam imponere aliaq; refrigerã-
tia cataplaſmata.At ſi frigus nocuit:caput oportet perfundere aqua calida marina uel certe ſalſa:aut in
qua laurus decocta ſit tum caput uehementer perfricare.deinde calido oleo ĩplere: ueſte uelare.Qui-
dam etiam id deuinciunt.Alii ceruicalibus ueſtimentiſq; onerãt:& ſic leuantur:alios calida cataplaſ-
mata adiuuant.Ergo etiam ubi cauſa incognita eſt:uidere oportet refrigerantia magis an calefacien-
tia leniant:& his uti.quæ experimentum approbarit.At ſi parum cauſa diſcernitur:perfundere caput;
primum aqua calida ſicut ſupra præceptũ eſt uel ſalſa uel ex lauro decocta.tum frigida puſca.Illa in oĩ
uetuſto capitis dolore communia ſunt:ſternutamenta excitare:inferiores partes uehemẽter perfrica-
re:gargarizare his quæ ſaliuam mouent:cucurbitulas temporibus & occipitio admouere:ſanguinem
ex naribus detrahere:reſina ſubinde tempora peruellere:& ĩpoſito ſinapi exulcerare ea quæ male ha-
bent ante linteolo ſubiecto:ne uehemẽter arrodat:candentibus ferramẽtis ubi dolor eſt ulcera excita
re:cibum per modicum cum aqua ſumere ubi leuatus eſt dolor in balneum ire:ibi multa aqua prius
calida:deinde frigida per caput perfundi.Si diſcuſſus ex toto dolor eſt etiam ad uinum reuerti:ſed po
ſtea ſemper anteq̃ quicquam aliud aquam bibere.Diſſimile eſt id genus quod humorem in caput cõ-
trahit.In hoc tonderi ad cutem neceſſarium eſt.Deinde ĩponere ſinapi ſic ut exulceret.Si id parum p-
fluit:ſcalpello utendũ eſt.Illa cũ hydropicis cõia ſunt:ut exerceatur:inſudet: uehementer perfricetur:
cibis potionibuſq; utatur urinã præcipue mouentibus.

De morbo qui circa faciem naſcit̃ quẽ græci cynicũ ſpaſmũ uocant.

Irca faciem uero morbus ĩnaſcitur:quẽ græci cynicos ſpaſmos nominant.Is cum acuta fere fe
c bre oritur.Os cũ motu quodam peruertitur.ideoq; nihil aliud eſt quam diſtentio oris. Acce-
dit crebra coloris in facie totoq; corpore mutatio.Somnus in promptu eſt.In hoc ſanguinem
mittere optimum eſt.Si finitum eo malum nõ eſt:ducere aluum.ſi ne ſic quidem diſcuſſum eſt : albo
ueratro uomitum mouere.præter hæc neceſſarium eſt uitare ſolem:laſſitudinem: uinum. ſi diſcuſſũ
id non eſt:utendum eſt curſu:frictione in eo quod læſum eſt leni & multa in reliquis partibus breuio
re:ſed uehemẽti .prodeſt etiam mouere ſternutamenta:caput radere:idq; perfundere aqua calida uel
marina uel certe ſalſa:ſic ut ei quoq; ſulphur adiiciatur.poſt perfuſionem:iterum perfricari:ſinapi mã
ducare:eodemq; tempore affectis oris partibus cæratum:integris idem ſinapi:donec arrodat impone
re.Cibus aptiſſimus ex media materia eſt.

De reſolutione linguæ.

T ſi lingua reſoluta eſt:quod interdum per ſe:interdum ex morbo aliquo fit ſic ut ſermo ho-
a minis non explicetur oportet gargarizare ex aqua:in qua uel thimum uel hyſopum uel nepeta
decocta ſit:aquam bibere:caput & os & ea quæ ſub mento ſunt & ceruicem uehemẽter perfri
care:laſere linguam ipſam linire:manducare quæ ſunt acerrima:ideſt ſinapi.allium cepam: magna ui
luctari ut uerba exprimantur:exerceri retento ſpiritu:caput ſæpe aqua frigida perfundere: nonnunq̃
multã eſſe radiculã deinde uomere.

De deſtillatione ac grauedine.

Eſtillat autem humor ex capite interdũ in nares:qd' lene eſt.interdũ in fauces:qd' peius eſt.in
d terdũ etiã in pulmonẽ qd' peſſimũ eſt.Si in nares deſtillat:tenuis per has pituita profluit caput
leniter dolet:grauitas eius ſentit̃:frequẽtia ſternutamẽta ſũt.Si ĩ fauces:has exaſperat:tuſſiculã
mouet.ſi in pulmonẽ:præter ſternutamenta & tuſſim:eſt etiã capitis grauitas:laſſitudo:ſitis æſtus bi
lioſa urina.aliud aũt quãuis nõ multum diſtans malum grauedo eſt.Hæc nares claudit:uocem obtũ-
dit:tuſſim ſiccam mouet ſub eadem ſalſa eſt ſaliua:ſonant aures.uenæ mouẽtur in capite.turbida uri-
na eſt.Hæc omnia coryzas Hippocrates nominat.Nunc uideo apud græcos in grauedine hoc nomẽ
ſeruari:deſtillationẽ cataſtagmos appellari.Hæc autẽ & breuia:& ſi neglecta ſunt longa eſſe cõſuerũt.
Nihil peſtiferum eſt:niſi quod pulmonẽ exulcerauit Vbi aliquid eiuſmodi ſenſimus:protinus abſtine
re a ſole:balneo:uino:uenere debemus.Inter quæ unctiõe & aſſueto cibo nihilominus uti licet. ãbula
tiõe tãtũ acri:ſed tecta utẽdũ ẽ:& poſt eã caput atq; os ſupra qnq̃gies pfricãdũ.Raroq; fit:ut ſi biduo:
uel certe triduo nobis tẽperauimus:id uitiũ nõ leuetur.Quo leuato:ſi ĩ deſtillatione:craſſa facta pitui
ta ẽ:uel in grauedĩe nares magis patẽt:balneo utẽdũ ẽ:multaq; aq̃ prius calida:poſt egelidã fouẽdũ os:
caputq; deĩde cũ cibo pleniore uinũ bibẽdũ.at ſi æque tenuis die q̃rto pituita ẽ:uel nares æque clau-
ſæ uidẽtur:aſſũmẽdũ eſt uinũ amineũ auſtegũ:deĩde rurſus biduo aq̃:poſtq; ad balneũ & ad cõſuetudi
nẽ reuertẽdũ eſt.Neq; tamẽ illis ipſis diebus:quibus aliqua omittenda ſunt:expedit tanq̃ ægros agere

ſed cætera omnia quaſi ſanis faciēda ſunt:præterq̃ ſi diutius aliquē & uehemētius iſta ſolicitare cōſuerunt. Huic enim quædã curioſior obſeruatio neceſſaria eſt. Igitur huic ſi in nares uel in fauces deſtillauit:præter ea quæ ſupra rettuli:protinus primis diebus multũ ambulandũ eſt.ꝑfricandæ uehementer inferiores partes:leuior frictio adhibēda thoraci erit:leuior capiti.demēda aſſueto cibo pars dimidia: ſumēda oua:amilũ.ſimiliaq; quæ pituitã faciunt craſſiorē Siti quãta maxime ſuſtineri poteſt:pugnandum eſt. Vbi ꝑ hæc idoneus aliqs balneo factus:eoq; uſus eſt:adiiciendus eſt cibo piſciculus aut caro: ſic tamen ne ꝓtinus iuſtus modus cibi ſumať. Vino meraco copioſius utendũ eſt. At ſi in pulmonem quoq; deſtillat:multoq; magis & ambulatione & frictione opus eſt.eademq; adhibita ratione in cibis: ſi nõ ſatis illi ꝓficiunt:acrioribus utendũ eſt.magis ſomno indulgendũ:abſtinendũq; a negociis oībus aliquãdo ſed ſerius tentandũ. In grauedine autē primo die quieſcere:neq; eſſe:neq; bibere: caput uelare:fauces lana circũdare poſtero die ſurgere diu abſtinere a potione:aut:ſi res coegerit:nõ ultra heminam aquæ aſſumere. Tertio die panis nõ tam multũ ex parte interiore cum piſciculo uel leni carne ſumere:aqua bibere. Si quis ſibi tēperare nõ potuerit quo minus pleniore uictu utatur:uomere. Vbi in balneũ uentum eſt multa aqua calida caput & os fouere uſq; ad ſudorē.tum ad uinũ redire poſt quæ uix fieri poteſt:ut idē incõmodũ maneat. Sed ſi mãſerit:utendũ erit cibis frigidis:aridis.leuibus.humore q̃ minimo:ſeruatis frictiõibus:exercitatiõibuſq;:quæ ĩ omni tali genere ualitudinis neceſſariæ ſũt.

De ceruicis morbis curationibuſq;. Caput tertium.

Capite trãſitus ad ceruicē eſt:quæ grauibus admodũ morbis obnoxia eſt.neq; tamen alius im-
a portunior acutiorq; morbus eſt:quã is qui quodã rigore neruoꝝ:modo caput ſcapulis:modo mentũ pectori annectit modo rectã & ĩmobilē ceruicem intēdit. Priorē græci opiſchotonon: inſequentē emproſthotonon ultimũ tetanon appellant:q̃uis minus ſubtiliter qdã ĩdiſcretis his nominibus utunť. Ea ſæpe intra quartũ diē tollunt. Si hunc euaſerũt:ſine ꝑiculo ſunt. Oĩa eadē ratione curanť:idq; cõuenit. Sed Aſclepiades utiq; mittendũ ſanguinē credidit. Quod qdã uitandũ eſſe dixerũt: eo qđ maxime tum corpus calore egeret:iſq; eſſet in ſanguine. Verũ hoc quidē falſum eſt. Neq; enim natura ſanguinis eſt:ut utiq; caleat:ſed ex his:quæ in hoïe ſũt:hic celerrime uel caleſcit:uel refrigeſcit. Mitti uero nec debeat:ex his intelligi poteſt:quæ de ſanguinis miſſione præcepta ſunt. Vtiq; autē recte dať caſtoreũ:& cũ hoc piper uel laſer. Deĩde opus eſt fomento humido & calido. Itaq; pleriq; aqua calida multa ceruices ſubinde ꝑfundunt. Id in præſentia leuat. Sed oportuniores neruos frigori reddit. Quod utiq; uitandũ eſt. Vtilius igiť eſt cærato liquido primũ ceruicem perungere:deinde admouere ueſicas bubulas:uel utriculos oleo calido repletos:uel ex farina calidũ cataplaſma; uel piper rotundũ cum fico cõtuſum Vtiliſſimũ tamen eſt humido ſale fouere. Quod quomodo fieret iam oſtendi. Vbi eoꝝ aliqđ factũ eſt:admouere ad ignē:uel ſi æſtas eſt in ſole:ægrũ oportet:maximeq; oleo uetere: ſi id nõ eſt:ſyriaco:ſi ne id quidē eſt:adipe quã uetuſtiſſima ceruicē & ſcapulas & ſpinas ꝑfricare. Frictio cũ oībus in hoïe uertebris utilis ſit tum iis præcipue quæ in collo ſunt. Ergo die noctẽq; interpoſitis tamen quibuſdã tēporibus hoc remedio utendũ eſt. Dum id intermittiť:imponendũ malagma aliquod ex calefaciētibus. Cauendũ uero præcipue frigus. Ideoq; in eo cõclaui:quo cubabit æger:ignis continuus eſſe debit:maximeq; tēpore antelucano.quo præcipue frigus intendiť. Neq; inutile erit caput attonſum habere:idq; irino uel cyprino calido madefacere: & ſup ĩpoſito pilleo uelare nonnunq̃ etiam in calidũ oleum totũ deſcendere:uel in aquã calidã:in qua fœnum græcũ decoctum ſit & adiecta olei pars tertia. Aluus quoq; ducta ſæpe ſupiores partes reſoluit. Si uero etiã uehementius dolor creuit:admouēdæ ceruicibus cucurbitulæ ſunt ſic:ut cutis incidať:eædem aut ferramētis aut ſinapi adurēdæ. Vbi leuatus eſt dolor:moueriq; ceruix cepit:ſcire licet cedere remediis morbum. Sed diu uitandus cibus:quiſquis madendus eſt. Sorbitionibus utendum:itemq; ouis ſorbilibus:aut a pullis mollibus ius aliquod aſſumendũ. At ſi bene ꝓceſſerit:iamq; ex toto recte ſe habere ceruices uidebunť; incipiendũ erit a pulticula:uel intrita bene madida. Celerius tamen etiã panis mandendus:quã uinum guſtãdum. ſi quidem huius uſus præcipue periculoſus:ideoq; in longum tēpus differendus eſt.

De faucium morbis ac curationibus.& primum de angina.deinde de difficultate ſpirãdi. Vltimo de tuſſi. Caput quartum.

T hoc autem morbi genus circa totam ceruicem:ſic alteꝝ æque peſtiferum acutumq; in fau-
u cibus eſſe conſueuit.noſtri anginam uocant.apud græcos nomen prout ſpecies eſt. Interdum enim neq; rubor neq; tumor ullus apparet:ſed corpus aridũ eſt:uix ſpiritus trahiť: mēbra ſoluuntur. Id ſynãchen uocant. Interdum lingua fauceſq; cum rubore intumeſcunt.uox nihil ſignificat. oculi uertuntur.facies pallet.ſingultuſq; eſt:uti ſynanche uocatur. Illa communia ſunt; æger nõ cibũ deuorare:nõ potionē poteſt:ſpiritus eius includitur. Lenius eſt ubi tumor tantummodo & rubor eſt: cætera nõ ſequuntur.id paraſynanchen appellant. Quicquid eſt:ſi uires patiuntur:ſanguis mittendus eſt.ſi nõ abundat:ſecundum eſt ducere aluum. Cucurbitula quoq; recte ſub mento & circa fauces admouetur.ut id quod ſtrangulat:euocet. Opus eſt deinde fomentis humidis. Nam ſicca ſpiritũ elidũt. Ergo admouere ſpongias oportet:quæ melius in calidum oleum:quam in calidam aquam ſubĩde demittuntur. Efficaciſſimuſq; eſt hic quoq; ſalis calidi ſuccus. Tum commodũ eſt hyſopum uel nepeta uel thimum uel abſinthiũ uel etiam furfures aut ficus aridas aut mulſam aquã decoquere: eaq; gargarizare.poſt hæc palatũ ungere uel felle taurino:uel eo medicamento:quod ex moris eſt polline etiam

piperis id recte reſpergit̃.Sed per hæc parũ proficit̃:ultimũ eſt incidere ſatis altis plagis ſub ipſis maxillis ſupra collum:& in palato citra uuã uel eas uenas:quæ ſub lingua ſunt:ut ꝑ ea uulnera morbus erũpat.Quibus ſi nõ fuerit æger adiutus:ſcire licet:malo uictũ eſſe.Si uero his morbus leuatus eſt:iamq; fauces & cibũ & ſpiritũ capiunt:facilis ad bonã ualitudinẽ recurſus eſt.Atq; interdũ natura quoq; adiuuat:ſi ex anguſtiore ſede uitiũ trãſit in latiorẽ.Itaq; rubore & tumore in præcordiis orto : ſcire licet fauces liberari.Quicquid autẽ eas leuauit.ĩcipiendum eſt ab humidis:maximeq; aqua mulſa decocta deinde aſſumẽdi molles & nõ acres cibi ſunt:donec fauces ad priſtinũ habitũ reuertant̃.Vulgo audio ſi quis pullũ hirũdinis ederit:angina toto anno nõ piclitari.ſeruatũq; eũ ex ſale:cũ his morbus urget: cõburi:carbonẽq; eius cõtritũ in aquã mulſam:quæ potui dat̃:infricari & ꝓdeſſe.Id cũ idoneos auctores ex populo habeat:neq; habere quicq̃ piculi poſſit: q̃uis in monumẽtis medicoꝝ nõ legerim:tamẽ inſerendum huic operi meo credidi.

De difficultate ſpirandi.

St etiã circa fauces malũ:qđ apud græcos aliud atq; aliud nomẽ habet:prout ſe itẽdit. Omne
e in difficultate ſpirãdi cõſiſtit.Sed hæc dũ modica eſt:neq; ex toto ſtrãgulat dypſnoea appellat̃.

Cũ uehemẽtior ẽ:ut ſpirare æger ſine ſono & anelatiõe nõ poſſit aſchma. Cũ acceſſit id quoq; ne niſi recta ceruice ſpiritus trahatur ortopnoea.Ex quibus id:qđ primũ eſt poteſt diutius trahi.Duo inſequẽtia:acuta eſſe cõſuerũt.His cõia ſunt qđ propter anguſtias:ꝑ q̃s ſpiritus euadit:ſibilũ elidit:dolor in pectore præcordiiſq; eſt:interdũ etiã ſcapulis.iſq; modo decidit:modo reuertit̃. ad hæc tuſſicula accedit.Auxiliũ eſt:niſi aliqd ꝓhibet:in ſanguinis detractiõe.Neq; id ſatis eſt : ſed lacte quoq; uẽter ſoluẽdus eſt.Liquãda aluus:interdũ etiã ducẽda.q̃bus extenuatũ corpus incipit ſpiritũ trahere cõmodius Caput autẽ etiã in lecto ſublime habẽdum eſt.thorax fomentis : cataplaſmatiſq; calidis aut ſiccis aut etiã humidis adiuuãdus eſt.& poſtea uel malagma ſuꝑ ĩponẽdũ:uel certe cæratũ ex cyprino:uel irino unguẽto.Sumẽda deinde ieiuno potui mulſa aqua:cũ qua uel hyſopus cocta:uel contrita capparis radix ſit.Datur etiã utiliter aut nitrũ aut naſturciũ album frictũ:deinde contritũ & cũ melle mixtum ſimulq; coquat̃ mel:galbanũ reſina terebinthina.& ubi coierũt ex his qđ fabæ magnitudinem habet quottidie ſub lingua liquat̃. aut ſuphuris ignẽ nõ expti.P.X.& quadrãs abortani.P.X. in uini cyatho terunt̃:idq; tepefactũ ſorbet̃.Eſt etiã nõ uana opinio uulpiũ iecur:ubi ſiccũ & aridũ factũ eſt:cõtundi oportere:polentãq; ex eo potioni aſpergi:uel eiuſdẽ pulmonẽ quã recẽtiſſimũ aſſum:ſed ſine ferro coctum:edendũ eſſe.Præter hæc ſorbitionibus & lenibus cibis utendũ eſt . interdũ uino tenui auſtero. nõnunq̃ uomitu.Proſunt etiã quæcunq; urinã augẽt : ſed nihil magis q̃ ambulatio lenta pene uſq; ad laſſitudinẽ:frictio multa præcipue ĩferioꝝ partiũ uel in ſole uel ad ignẽ & ꝑ ſe ipſum & ꝑ alios uſq; ad ſudorẽ.In ĩteriore uero fauciũ p̃te interdũ exulceratio eſſe conſueuit . In hac pleriq; extrinſecus cataplaſmatis calidis fomẽtiſq; humidis utunt̃. Volunt etiã uaporẽ calidũ ore recipi:ꝑ quæ molliores alii partes eas fieri dicunt.oportunioreſq; uitio iam hærenti.Sed ſi bene ſic uitari morbus poteſt: tuta illa præſidia.Si metus eius eſt:ſupuacua ſunt. Vtiq; autẽ ꝑfricare fauces periculoſum eſt . exulcerat enim. neq; utilia ſunt:quæ urinæ mouẽdæ ſunt apta:quia poſſunt dum trãſeũt ibi quoq; pituitã extenuare: quã ſupprimi melius eſt.Aſclepiades multaꝝ reꝝ:q̃s ipſi quoq; ſecuti ſumus:auctor bonus : acetũ ait quã acerrimũ eſſe ſorbendũ.Hoc.n.ſine ulla noxa cõprimi ulcera.Sed id ſupprimere ſanguinẽ poteſt: ulcera ipſa ſanare nõ poteſt.Melius huic rei licitũ eſt.Quod idẽ quoq; æque ꝓbat:uel porri: uel marrubii ſuccus uel nuces græce cũ trachanto cõtritæ & cũ paſſo mixtæ:uel lini ſemen cõtritũ & cũ dulci uino mixtũ.exercitatio quoq; ambulãdi currẽdiq; neceſſaria eſt.Frictio a pectore uehemẽs toti ĩferiori parti adhibẽda.Cibi uero eſſe debent neq; nimiũ acres:neq; aſperi.mel:lenticula:tragũ:lac: ptiſana:pinguis caro:præcipueq; porrũ & q̃cquid cũ hoc mixtũ eſt.Potionis quã minimum eſſe conuenit. Aqua dari poteſt:uel pura uel in qua malũ cydoneũ:palmulæue decoctæ ſunt. Gargarizatiões quoq; lenes.ſin hæ paꝝ ꝓficiunt:reprimentes utiles ſunt.Hoc genus neq; acutũ eſt & poteſt eſſe nõ lõgum. curationẽ tamen maturã:ne uehemẽter & diu lædat:deſiderat.

De tuſſi.

Vſſis uero fere ꝓpter fauciũ exulcerationẽ moleſta eſt.quæ multis modis cõtrahit̃ . Itaq; illis
t reſtitutis ipſa finit̃.Solet tamẽ interdũ per ſe quoq; male habere:& uix cum uetus facta eſt elidit̃.ac modo arida eſt:modo pituitã citat Oportet hyſopum altero quoq; die bibere.ſpiritu retento currere:ſed minime in puluere.ac lectiõe uti uehementi.quæ primo ĩpedit̃ a tuſſi poſt eã uincit tum ambulare.deinde per manus quoq; exerceri:& pectus diu perfricare. Poſt hæc quã pinguiſſimæ ficus uncias tres ſupra prunas incoctas eſſe.Præter hæc ſi humida eſt : proſunt frictiones ualidæ cum quibuſdã calfaciẽtibus ſic ut caput quoq; ſiccũ uehemẽter perfricet̃.Itẽ cucurbitulæ pectori admotæ.ſinapi ex parte exteriore faucibus impoſitũ donec leuiter exulceret.potio ex menta nucibuſq; græcis & amilo:primoq; aſſumptus panis aridus:deinde aliq̃s lenis.At ſi ſicca tuſſis eſt:cũ ea uehemẽtiſſime urget:adiuuat uini auſteri cyathus aſſumptus:dum ne amplius id interpoſito tẽpore aliquo quam ter aut quater fiat.Itẽ laſeris quam optimi paulum deuorare opus eſt:porri uel marrubii ſuccum aſſumere:ſcyllam delingere acetum ex ea uel certe acre ſorbere:aut cum ſpica allii contriti duos uini cyathos.Vtilis etiã in omni tuſſi eſt peregrinatio:nauigatio longa:loca maritima:natationes . Cibus interdum mollis:ut malua ut urtica.interdũ acer:ut lac cũ allio coctũ : ſorbitiones q̃bus laſer ſit adiectum:aut in quibus porrum incoctũ tabuerit:ouum ſorbile:ſulphure adiecto:potui primũ aqua calida:deinde inuicẽ aliis diebus hæc aliis uinũ.Magis terreri poteſt aliquis cum ſanguinem expuit . Sed

id modo minus:modo plus periculi habet. Exit.n.modo ex gingiuis modo ex ore.& quidē ex hoc īter
dum etiā copioſe:ſed ſine tuſſi ſine ulcere ſine gigiuaꝝ ullo uitio:ita ut nihil excreet. Veꝝ ut ex nari-
bus:ſic ex ore aliquāto ꝓrūpit. Atq; interdū ſanguis ꝓfluit:interdū ſimile aquæ quiddā in qua caro re
cens lota eſt. Nōnunq̄ autē his a ſummis faucibus fert:modo exulcerata ea parte : modo nō exulcera-
ta:ſed aut ore uenæ alicuius ad aperto:aut turbeculis q̄buſdā natis:ex his ſanguine erumpente. Quod
ubi īcidit:neq; lædit potio aut cibus:neq; q̄cq̄ aut ex ulcere excreat.aliquādo gutture & arteriis exul-
ceratis frequēs tuſſis ſanguinē quoq; extundit. Interdū etiā fieri ſolet:ut aut ex pulmone.aut ex pecto-
re aut ex latere aut ex iocinere ferat. Sæpe fæmine q̄bus ſanguis ꝑ mēſtrua nō reſpōdet: hūc expuunt:
auctoreſq; medici fuerūt:uel ex ea parte aliq̄ ſanguinē exire:uel rupta:uel ore alicuius uenæ pateſacto.
Primā diabroſin ſecūdā rheſinochaſmū Tertiā manan gomoſin appellāt. Vltima minime nocet ꝑma
grauiſſime. Ac ſæpe q̄dē euenit:uti ſanguinē pus ſequat.īterdū aūt q̄ ſanguinē ipſum ſuppreſſit: ſatis
ad ualitudinē ꝓfuit. Sed ſi ſecuta ulcera ſūt:ſi pus ſi tuſſis eſt:ꝓ ut ſedes ipſa eſt:ita uaria & piculoſa ge
nera morboꝝ ſunt. Si uero ſanguis tantū fluit:expeditius & remediū & finis eſt. Neq; ignorari opor-
tet eis:q̄bus fluere ſanguis ſolet.aut q̄bus ſpina dolet coxæue aut poſt curſum uehementē uel ambula
tionē:dum febris abſit:nō eſſe inutile ſanguinis mediocre ꝓfluuiū . idq; ꝑ urinā redditū ipſam quoq;
laſſitudinē ſoluere. Ac ne in eo q̄dē terribile eſſe:q̄ ex ſupiore loco decidit. Si tamen in eius urina nihil
nouabit. Neq; uomitū huius afferre periculū etiā cū repetit:ſi ante cōfirmare & īplere corpus licuit.&
ex toto nullū nocere:qui in corpore robuſto neq; nimius eſt neq; tuſſim aut calorē mouet. Hæc perti
nēt ad uniuerſum. Nūc ad ea loca quæ ꝓpoſui ueniā. Si ex gingiuis exit:portulacā māducaſſe ſatis eſt.
ſi ex ore:cōtinuiſſe eo merū uinū.ſi paꝝ id ꝓficit:acetū.ſi inter hæc quoq; grauiter erūpit:quia conſu
mere hominē poteſt:cōmodiſſimū eſt:īpetū eius admota occipitio cucurbitula ſic ut cutis quoq; inci
dat:auertere Si id mulieri cui mēſtrua nō ferunt.euenit:eandē cucurbitulā inciſis inguinibus eius ad-
mouere. At ſi ex faucibus:īterioribuſue partibus ꝓceſſit:& metus maior eſt & cura maior adhibenda.
ſanguis mittēdus eſt:& ſi nihilominus ex ore ꝓceſſit:iteꝝ tertioq; & quotidie paulū aliq̄d. ꝓtinus au-
tem debet ſorbere uel acetū:uel etiā cū thure plātaginis aut porri ſuccū . īponēdaq; extrinſecus ſupra
id q̄d dolet lana ſuccida ex aceto eſt:& id ſpōgia ſubinde refrigerandū . Eraſiſtratus hoꝝ crura quoq;
& femora brachiaq; pluribus locis deligabat:Id Aſclepiades adeo non prodeſſe:ut etiā inimicū eſſet:
ꝓpoſuit. Sed id ſæpe cōmode reſpōdere experimēta teſtant Neq; tamē pluribus locis deligari neceſſe
eſt.ſed ſat eſt infra inguina & ſup talos ſummoſq; humores:etiā brachia. Tum ſi febris urget : dāda eſt
ſorbitio & potui aqua:in qua aliq̄d ex his quæ aluū aſtringūt:decoctum ſit.at ſi abeſt febris: uel elota
alica:uel panis ex aqua frigida & molle quoq; ouū dari poteſt potui:uel idē q̄d ſupra ſcriptū eſt:uel ui
num dulce uel aqua frigida.ſed ſic bibēdū erit:ut ſciamus huic morbo ſitim ꝓdeſſe.præter hæc neceſ
ſaria ſunt quies:ſecuritas ſilētiū. Caput huius quoq; cubātis ſublime eſſe debet:recteq; tondet. Facies
ſæpe aqua frigida fouēda eſt. At inimica ſunt uinū:balneū.uenus in cibo oleum:acria oīa.itē calida fo
menta.cōclaue calidum & incluſum.multa ueſtimēta corpori iniecta.etiā fricationes ubi bene etiam
ſanguis conqeuit. Tum uero īcipiēdū eſt a brachiis cruribuſq;:a thorace abſtinēdum. In hoc caſu per
hyemem locis maritimis:per æſtatē mediterraneis opus eſt.

Securitas. Reyske

De ſtomachi morbis & curationibus. Caput quintum.

Aucibus ſubeſt ſtomachus:in quo plura lōga uitia īcidere cōſuerunt. Nam modo ingēs calor:
f modo īflatio hunc:modo īflāmatio:modo exulceratio afficit. Interdū pituita.īterdū bilis ori-
tur.frequētiſſimūq; eſt eius malum quo reſoluit:neq; ulla re magis aut afficit aut corpus affi-
cit. Vt diuerſa autē uitia eius ſic etiā remedia ſunt. Vbi exæſtuat:aceto cū roſa extrinſecus ſubinde fo-
uendus eſt.īponēduſq; puluis cū oleo & ea cataplaſmata:quæ ſimul & reprimunt & molliunt . Potui:
niſi q̄d obſtat:gelida aqua præſtāda. Si inflatio eſt:ꝓſunt admotæ cucurbitulæ:neq; īcidere cutē neceſ
ſe eſt. ꝓſunt ſicca & calida fomēta:ſed nō uehemētiſſima. Interponēda abſtinētia eſt . Vtilis in ieiuno
potio eſt abſinthii aut hyſopi aut rutæ. Exercitatio primo lenis:deinde maior adhibēda eſt:maximeq;
quæ ſupiores partes moueat. Quod genus in oībus ſtomachi uitiis aptiſſimū eſt. Poſt exercitationem
opus eſt unctione frictione:balneo quoq; nōnunq̄ ſed rarius:īterdū alui ductiōe. Cibis deinde calidis
neq; inflātibus.eodēq; modo calidis potiōibus:primo aquæ:poſt:ubi reſedit īſtatio:uini auſteri. Illud
quoq; in oībus ſtomachi uitiis præcipiendū eſt:ut quo modo ſe q̄ſq; æger refecerit : eo ut ſanus utat.
Nā redit huic ībecillitas ſua:niſi hiſdē defendit bona ualitudo:q̄bus reddita eſt . At ſi inflāmatio aliq̄
eſt:q̄ fere tumor & dolor ſequit:prima ſunt quies & abſtinētia.lana ſulphurata circundata: in ieiuno
abſinthiū. Si ardor ſtomachū urget:aceto cū roſa ſubinde fouēdus eſt : deinde cibis quidē utendū eſt
modicis:Imponēda uero extrinſecus quæ ſimul & reprimūt & molliūt . deinde his detractis utēdum
calidis ex farina cataplaſmatis:quæ reliquas digerāt. Interdū aluū ducēda. Adhibēda exercitatio:& ci-
bus plenior. At ſi exulceratio ſtomachum infeſtat eadē fere facienda ſunt:quæ in faucibus exulceratis
præcepta ſunt. Exercitatio:frictio inferiorum partium adhibenda. Adhibendi lenes & glutinoſi cibi:
ſed citra ſacietatem. Omnia acria atq; acida remouēda. Vino ſi febris non eſt:dulci:aut ſi id inflat:cer-
te leni utendum : ſed neq; præfrigido:neq; nimis calido. Si uero pituita ſtomachus impletur: neceſſa-
rius modo in ieiunio:modo poſt cibū uomitus eſt. Vtilis exercitatio:geſtatio:nauigatio:frictio. Nihil
edendum:bibendumq; niſi calidum:uitatis tantum his:quæ pituitam cōtrahere cōſuerūt. Moleſtius

fomenta calida

eſt:ſi ſtomachus bile uitioſus eſt.Solēt autē hi qui ſic tentanť interpoſitis q̄buſdā diebus hanc:& quidem qđ peſſimū eſt:atram mouere.His recte aluus duciť.potiones abſinthio danť.neceſſaria geſtatio nauigatio eſt:ſi fieri poteſt ex nauſea uomitus:uitāda cruditas:ſumēdi cibi faciles & ſtomacho nō alieni:uinū auſterū.Vulgatiſſimū uero peſſimūq; ſtomachi uitiū eſt reſolutio:ideſt cū cibi nō tenax eſt:ſoletq; deſinere ali corpus:ac ſi tabe cōſumi.Huic generi inutiliſſimū balneū eſt.Lectiones exercitationeſq; ſuperioris partis neceſſariæ.Itē unctiones frictioneſq;.his pfundi frigida atq; in eadē natare:canalibus eiuſdē ſubiicere etiā ſtomachū ipſum:& magis etiā a ſcapulis id qđ cōtra ſtomachū eſt.Cōſiſtere in frigidis:medii capitiſq; fontibus quales cutiliarū ſumbruinarūq; ſunt:ſalutare eſt.Cibi quoq; aſſumēdi ſunt frigidi:qui potius difficulter coquunť.quā facile uitianť.Ergo pleriq; qui nihil aliud cōcoquere poſſunt:bubulā coquunt.Ex quo colligi poteſt:neq; auem neq; uenationē:neq; piſcem dari debere:niſi generis durioris.Potui quidē aptiſſimū eſt uinū frigidū uel certe bene calidū meracū:potiſſimum rheticū uel allobrogicū:aliudue:qđ & auſterū & reſina conditū eſt.ſi id nō eſt:quā aſperrimum maximeq; ſigninū.Si cibus nō continetur:danda aqua & eliciendus plenior uomitus eſt:iterūq; dandus cibus:& tum admouendæ duobus intra ſtomachū digitis cucurbitulæ:ibiq; duabus aut tribus horis cōtinēdæ ſunt.Si ſimul & uomitus & dolor eſt:imponēda ſupua ſtomachū eſt lana ſucida:uel ſpongia ex aceto:uel cathaplaſma qđ refrigeret.Perfricanda uero nōdiu ſed uehemēter brachia & crura:& calefaciēda.Si plus doloris eſt:infra præcordia q̄ttuor digitis cucurbitula utendū eſt:protinus dādus panis ex puſca frigida.Si nō cōtinuit:poſt uomitū lene aliq̄d ex his:quæ nō aliena ſtomacho ſint.Si ne id quidē tenuit:ſinguli cyathi uini ſingulis interpoſitis horis donec ſtomachus cōſiſtat.Valēs etiā medicamentū eſt radiculæ ſuccus ualētius acidi punici mali cōpari modo ſucci:qui ex dulci punico malo eſt:adiecto etiā intubi ſucco & mēta:ſed huius minima parte.q̄bus tantundē quantū in his oībus eſt aquæ frigidæ quā optime miſceť.Id enim plus quā uinū ad cōprimēdum ſtomachū poteſt.ſupprimēdus autē uomitus eſt:qui per ſe uenit ſic ſi nauſea eſt.Sed ſi coacuit intus cibus aut cōputruit:quorum utrūlibet ructus oſtēdit:eiiciēdus eſt:protinuſq; cibis aſſumptis hiſdē:quos ꝓxime poſui:ſtomachus reſtituēdus.Vbi ſublatus eſt præſens metus:ad ea redeundū eſt:quæ ſupra præcepta ſunt.

De laterum doloribus. Caput ſextum.

s

Tomachus lateribus cingiť:atq; ī his quoq; uehemētes dolores eē cōſuerūt.& initiū uel ex frigore uel ex ictu uel ex nimio curſu uel ex morbo ē.Sed īterdū ne malū intra dolorē ē.iſq; mō tarde:mō celeriter ſoluiť.īterdū ad pniciē quoq; ꝓcedit.oriť q; acutus morbus:q pleureticus a græcis noiať.Huic dolori lateris febris & tuſſis accedit.& p hāc excreať:ſi tollerabilis morbus ē:pituita ſi grauis ſanguis.Interdū etiā ſicca tuſſis eſt:quæ nihil emolliť.Idq; primo uitio grauius:ſecundo tolerabilius eſt.Remediū uero eſt magni & recētis doloris ſanguis miſſus.At ſiue leuior:ſiue uetuſtior caſus eſt:uel ſupuacuū:uel ſerū id auxiliū eſt.cōfugiendūq; ad cucurbitulas eſt:ante ſumma cute inciſa.Recte etiā ſinapi ex aceto ſup pectus īponiť:donec ulcera puſtulaſq; excitet:& tum medicamētum:qđ humorē illuc citet.Præter hæc circundare primū oportet latus abſolanæ ſulphuratæ.deīde cum paulū inflāmatio ſe remiſit:ſiccis & calidis fomētis uti.Ab his trāſitus ad malagmata eſt.Si uetuſtior dolor remanet:nouiſſime reſina īpoſita diſcutiť.Vtendū cibis:potionibuſq; calidis.uitandū frigus.Inter hæc tamē nō alienū & extremas partes oleo & ſulphure pfricare.Si leuata tuſſis eſt:leni lectiōe uti.iāq; & acres cibos & uinū meracius aſſumere.Quæ a medicis præcipiunť:ut tamē ſine his ruſticos noſtros epota ex aqua herba trixaquo ſatis adiuuet.Hæc in omni lateris dolore cōia ſunt.plus negocii eſt.ſi acutus quoq; morbus is factus eſt.In hoc præter ea quæ ſupra poſita ſunt:hæc aīaduertēda ſunt.ut cibus ſit quā maxime tenuis & lenis:præcipueq; ſorbitio:eaq; ex ptiſana potiſſimum.aut ius in quo porrus cū pullo gallinaceo coctus ſit.Idq; nō niſi tertio quoq; die deť:ſi tamē p uires licebit potio uero aqua mulſa:in qua hyſopum aut ruta decocta ſit.Quæ q̄bus tēporibus dāda ſint:ex rōne uel adiectæ uel leuatæ febris apparebit:ſic:ut in remiſſione quā maxima dent:cū eo tamē:ut ſciamus nō eſſe eius generis tuſſi aridas fauces cōmittēdas:Sæpe.n.ubi nihil eſt qđ excreať:cōtinuať & ſtrāgulat.Ob quā cauſam dixi etiā peius id genus eſſe tuſſis:qđ nihil:quā qđ pituitā moueret.Sed hic uinū ſorbere ut ſupra præcepimus:morbus ipſe nō patiť.īuicē eius cremor ptiſanæ ſumēdus eſt.Vt his autē in ipſo morbi feruore ſuſtinēdus æger eſt:ut ſic ubi paulū is ſe remiſit:alimēta pleniora & uini quoq; aliq̄d dari poteſt.dum nihil deť:qđ aut refrigeret corpus:aut fauces aſperet.Si in refectione quoq; manſerit tuſſis ītermittere oportebit uno die:poſteroq; cū cibo uini paulo plus aſſumere.Atq; incipiēte quoq; tuſſi:tū nō erit alienū:ut ſupra quoq; poſitū eſt:uini cyathos ſorbere.Sed ī hoc genere ualitudinis dulce uel certe lene cōmodius eſt.Si malū īueterauit:athletico uictu corpus firmandum eſt.

De uiſcerū morbis & pmo de pulmone:deīde de iocinere:tū de liene:poſtremo de renibus.Caput.vii.

a

Cōpagine uero corporis ad uiſcera trāſeundū eſt.& in primis ad pulmonē ueniendum.ex quo uehemens & acutus morbus oriť:quē peripneumaticon græci uocant.Eius hæc conditio eſt Pulmo totus afficiť.Hūc caſum eius ſubſequiť tuſſis:bilē uel pus trahēs præcordiorū totiuſq; pectoris grauitas:ſpiritus difficultas:magnæ febres:cōtinua uigilia:cibi faſtidiū:tabes.Id genus morbi plus periculi quam doloris habet.Oportet ſi ſatis ualidæ uires ſunt:ſanguinem mittere:ſi minores:cucurbitulas ſine ferro præcordiis admouere.Tum ſi ſatis ualet:geſtādo ægrū digerere:ſi parū:intra domum tamē dimouere.Potionē autē hyſopi dare:cū ficus arida ſit incocta:aut aquam mulſam:in qua

uel hyſopum uel ruta decocta ſit. Frictione uti diutiſſime in ſcapulis:proxime ab his in brachiis & pe
dibus & cruribus:leuiter cõtra pulmoné.idq; bis quotidie facere. quod ad cibũ uero ꝑtinet: huic nec
ſalſis opus eſt:neq; acribus:neq; amaris:neq; aluũ aſtringẽtibus:ſed paulo lenioribus. Ergo primis die
bus danda eſt ſorbitio ptiſanæ uel alicæ uel orize:cũ qua recés adeps cocta ſit. Cũ hac ſorbile ouum:
nuclei pinei ex melle,panis uel elota alica ex aqua mulſa.potui deinde nõ ſolũ pura aqua:ſed etiã mul-
ſa egelida aut ſi æſtas eſt:etiã frigida:niſi quid obſtat. Hæc auté altero quoq; die increſcéte morbo da
re ſatis eſt. Vbi increméto cõſtitit quantũ res patiť ab omnibus abſtinendũ eſt:præter quam aqua ege
lida. Si uires deſunt:adiuuãdæ ſunt aqua mulſa.proſuntq; aduerſus dolores impoſita calida fomenta:
uel ea quæ ſimul & reprimũt & emolliunt. Prodeſt impoſitus ſuper pectus ſal bene cõtritus cũ cærato
mixtus quia leuiter cuté erodit:eoq; impetũ materiæ:quo pulmo uexatur:euocat. Vtile etiã aliquod
malagma eſt ex his quæ materiã trahunt. Neq; alienũ eſt dum premit morbus clauſis feneſtris ægrũ
continere. Vbi paulũ leuatus eſt:ter aut quater die feneſtris aliquãto apertis paruum aerem recipere.
Deinde in refectione pluribus diebus a uino abſtinere:geſtatione:frictione uti.ſorbitionibus:& priori
bus cibis adiicere ex oleribus porrum ex carne ungulas & ſumma trunculoꝝ:atq; piſciculos ſic ut diu
nihil molle & lene ſumatur.

De iocineris morbo & curatione. Caput octauum.

Lterius quoq; uiſceris morbus ideſt iocineris æque modo lõgus modo acutus eſſe conſueuit.
a hepaticũ græci uocant. Dextra parte ſub præcordiis uehemẽs dolor eſt. idéq; ad latus dextrũ
& ad iugulũ humerũq; partis eiuſdé ꝑuenit.nonnunq̃ manus quoq; dextra torqueť.horror ca
lidus eſt. Vbi male eſt:bilis euomiť:interdum ſingultus prope ſtrãgulat. Et hæc quidem acuti morbi
ſunt:lõgioris uero ubi ſuppuratio in iocinere eſt:dolorq; modo finitur:modo intendiť: dextra parte
præcordia dura ſunt & tument:poſt cibũ maior difficultas eſt.accedit maxillaꝝ quædã reſolutio.ubi
inueterauit malũ:uenter & crura pedeſq; intumeſcunt:pectus atq; humeri:circaq; iugulũ utrunq; ex
tenuať. Initio ſanguiné mittere optimũ eſt.tum uenter ſoluẽdus eſt ſi nõ poteſt aliter per nigrum uera
trum imponẽda extrinſecus cataplaſmata:primũ quæ reprimant:deinde calida quæ deducant.quibus
recte iris uel abſinthiũ adiicitur.poſt hæc malagma. Dandæ uero ſorbitiones ſunt:omneſq; cibi & ca-
lidi & qui nõ multũ alant:& fere qui pulmonis quoq; dolori cõueniũt:præterq; eos qui urinã mouẽt:
potiõeſq; ad id efficaces. Vtilia in hoc morbo ſunt thimum:ſatureia:hyſopum:nepeta:amilũ: ſiſamũ:
lauri baccæ:pini flos:herba ſanguinalis:menta:ex malo cotoneo mediũ:columbæ iecur recens & cru-
dum. Ex quibus quædã per ſe eſſe:quædã adiicere uel ſorbitioni uel potioni licet: ſic tamen ut parce
aſſumanť. Neq; alienũ eſt abſinthiũ cõtritũ ex melle & pipere eiuſq; catapotiũ quotidie deuorare.ab-
ſtinendũ utiq; eſt ab omnibus frigidis:neq; enim res ulla magis iecur lædit Frictionibus utendũ in ex
tremis partibus.uitandus omnis labor:omnis uehemẽtior motus:ne ſpiritus quidé diutius cõtinẽdus
eſt. Ira trepidatio pondus ictus curſus inimica ſunt. Perfuſio corporis multa prodeſt ex aqua:ſi hyems
eſt:calida ſi æſtas tepida. Ité liberalis unctio:& in balneo ſudor. Si uero iocur uomica laborat: eadé fa-
cienda ſunt:quæ in cæteris interioribus ſuppurationibus. Quidã etiam contra id ſcalpello aperiunt:
ipſam uomicam adurunt.

De lienis morbo & curatione. Caput nonum.

T lienis ubi affectus eſt:intumeſcit;ſimulq; cum eo pars ſiniſtra:eaq; dura eſt:& præmẽti reni-
a tiť:uenter intẽtus eſt.aliquis etiã cruribus tumor eſt. Vlcera aut omnino nõ ſaneſcunt:aut cer
te cicatricé uix recipiũt. In intẽta ambulatione curſuq; dolor & quædã difficultas eſt. Hoc ui-
tium quies auget. Itaq; exercitatione & labore opus eſt:habita tamen ratione:ne febre mixta ſi nimiũ
ꝓceſſerit:exciteť. Vnctiones frictiõeſq; & ſudores neceſſarii ſunt Dulcia omnia inimica ſunt. Item lac
& caſeus. Acida auté maxime cõueniunt. Ergo acetum acre per ſe ſorbere:& magis etiã qď ſcylla cõdi
tũ eſt:expedit. Edẽda ſunt ſalſamenta:uel oleæ ex muria dura tinctæ in aceto lactucæ. intubiq; & be
tæ ex eodé.ex ſinapi aſparagus:armoracia:paſtinaca:ungulæ:roſtra:aues macræ:eiuſdem generis uena-
tio. Potui uero ieiuno dari debet abſinthiũ incoctũ.at poſt cibũ aqua a ferrario fabro:in qua candens
ferrũ ſubinde tinctũ ſit. Hæc.n.uel præcipue lienẽ coercet.qď animaduerſum eſt in his aĩalibus: quæ
apud hos fabros educata exiguos lienes habẽt poteſt etiã dari uinũ tenue auſterũ: omniaq; in cibis &
potionibus:quæ urinæ mouẽdæ ſunt: præcipueq; ad id ualet uel trifolii ſemen uel cuminũ uel apiũ:
uel ſerpillum:uel citiſus:uel portulaca:uel nepeta:uel thimũ:uel hyſopum:uel ſatureia. Hæc enim in-
de cõmodiſſime uideť humoré deducere. Lienis quoq; bubulus utiliter eſui datur:præcipueq; cruta
& naſturciũ liené extenuant. Imponẽda quoq; extrinſecus ſunt quæ leuent. Fit ex unguento & palmu
lis qď myrabolanon græci uocant. Fit ex lini & naſturcii ſemine quo uinũ & oleũ adiicitur. Fit ex cu-
preſſo uiride & arida ficu. Fit ex ſinapi cui ſeui hirquini a renibus q̃rta pars ponderis adiiciť: teriturq;
in ſale,& protinus impõniť: Multiſq; modis huic rei cappari aptum eſt. Nã & ipſum cũ cibo aſſume-
re:& muriã eius cũ aceto ſorbere cõmodũ eſt. Quin etiã extrinſecus radicé cõtritã:uel corticé eius cũ
furfuribus aut ipſũ cappari cũ melle cõtritũ imponere expedit. Malagmata quoq; huic rei aptanť.

De renũ morbis & curatiõibus. Caput.x.

a T renes ubi affecti ſũt:diu male habẽt. Peius é ſi frequẽs bilioſus uomitus accedit. Oportet cõge
ſcere:cubare molliter:ſolueť aluũ.ſi aliter nõ reſpõdet ẽt duceť:ſæpe deſidere ĩ aq̃ calida:neq; ci-
bũ neq; potioné frigidã aſſumeť:abſtieť ab oĩbus ſalſis acribus acidis pomis:bibeť liberaliter:adiicere

modo cibo modo potioni pipet.porrum.ferulam:albũ papauer.Quæ maxime inde urinã mouere cõ
ſuerunt.Auxilio quoq; his exulceratis ſunt:ſi adhuc ulcera purgãda ſunt: cucumeris ſemina detractis
corticibus ſexaginta:nuclei ex pinu ſilueſtri duodecim:aneſi quod tribus digitis ſumi poſſit:croci pau
lum:cõtrita & in duas mulſi potiones diuiſa.Si uero dolor tantũ leuãdus eſt:eiuſdẽ cucumeris ſemina
triginta:iidem nuclei uiginti:nuces græcæ quinq;:croci paululũ:cõtrita & cum lacte potui data. At ſu
per quoq; recte quædã malagmata iniiciunt:maximeq; ea quæ humori extrahendo ſunt.

## De inteſtinoꝝ morbis & primo de cholera. Caput.xi.

Viſceribus ad inteſtina ueniendũ eſt:quæ ſunt & acutis & lõgis morbis obnoxia. Primo æque
a faciẽda mentio eſt cholere:quia cõmune id ſtomachi atq; inteſtinoꝝ uitiũ uideri poteſt.Nam
ſimul & deiectio & uomitus eſt:præterq; hæc inflatio eſt:inteſtina torquent: bilis ſupra ifraq;
erumpit:primũ aquæ ſimilis:deinde ut in ea recens caro lota eſſe uideat:interdũ alba:nonnunq̃ nigra
uel uaria.Ergo eo nomine morbi hunc cholerã græci nominarunt.præter ea uero quæ ſupra cõpræ-
henſa ſunt:ſæpe etiam crura manuſq; cõtrahunt:urget ſitis:anima deficit.quibus concurrentibus nõ
mirum eſt:ſi ſubito quis moritur.Neq; tamen ulli morbo minori momẽto ſuccurritur. Protinus er-
go ubi iſta cœperũt aquæ tepidæ quã plurimũ bibere oportet & uomere.Vix unq̃ ſine uomitu ſequi
tur.ſed etiã ſi nõ incidit:miſcuiſſe tamen nouã materiã corruptæ prodeſt : parſq; ſanitatis eſt uomitũ
eſſe ſuppreſſum.ſi id incidit:protinus ab omni potione abſtinendũ eſt.Si uero tormina ſunt : oportet
frigidis & humidis fomentis ſtomachũ fouere uel ſi uenter dolet hiſdẽ egelidis: ſic ut uenter ipſe me-
diocriter calẽtibus iuuetur.Quod ſi uehemẽter & uomitus & deiectio & ſitis uexant & adhuc ſubcru
da ſunt quæ uomunt:nondum uino maturũ tempus eſt.Aqua:neq; ea ipſa frigida: ſed potius egelida
danda eſt.admouendumq; naribus eſt puleium ex aceto.uel polẽta uino aſperſa:uel ment. ſecundum
naturã eſt.At cum diſcuſſa cruditas eſt:tum magis uerendũ eſt:ne anima deficiat.Ergo tum cõfugien
dum eſt ad uinũ. Id eſſe oportet tenue:odoratum.cum aqua frigida mixtũ:uel polẽta adiecta:uel mel
le quoq; aſſumere expedit:quotienſq; aliquid aut ſtomachus aut uenter effudit:totiens per hæc uires
reſtituere.Eraſiſtratus primo tribus uini guttis aut quinis aſpergendã potionẽ eſſe dixit:deinde paula
tim merum adiicendũ. Is ſi & ab initio uinũ dedit & metum cruditatis ſecutus eſt:nõ ſine cauſa fecit.
Si uehemẽtem infirmitatẽ adiuuari poſſe tribus guttis putauit:errauit.At ſi inanis eſt homo:& crura
eius cõtrahuntur:interponẽda potio abſinthii eſt.Si extremæ partes corporis frigent: ungẽdæ ſunt ca
lido oleo:cui ceræ paulum ſit adiectũ calidiſq; fomẽtis nutriendæ.Si ne ſub his quidẽ quies facta eſt:
extrinſecus contra uentriculũ ipſum cucurbitula admouenda eſt:aut ſinapi ſuper imponendũ. Vbi is
cõſtitit:dormire oportet.poſtero die utiq; a potione abſtinere.die tertio in balneũ ire. paulatim ſe ci-
bo reficere:ſomno:quiſquis facile acquieſcit.Itemq; laſſitudine & frigore.Si poſt ſuppreſſam cholerã
febricula manet:aluum duci neceſſarium eſt.tum cibis uinoq; utendũ eſt. ſed hic quidem morbus &
acutus eſt & inter inteſtina ſtomachũq; uerſatur:ſic ut cuius potiſſimũ partis ſit:nõ facile dici poſſit.

## De Cœliaco uentriculi morbo. Caput.xii.

N ipſius uero uentriculi porta cõſiſtit is qui & lõgus eſſe cõſueuit:cœliacus a græcis nominat.
i Sub hoc uẽter indureſcit:dolorq; eius eſt.Aluus nihil reddit:ac ne ſpiritũ quidẽ trãſmittit. Ex-
tremæ partes frigeſcunt.Difficulter ſpiritus redditur.Commodiſſimũ eſt inter initia calida ca
taplaſmata toto uentri imponere:ut dolorẽ leniant.poſt cibũ uomere:atq; ita uentrẽ exinanire.Proxi
mis deinde diebus cucurbitulas ſine ferro uentri & coxis admouere. Ventrẽ ipſum liquare dato lacte
& uino ſalſo frigido.Si tempus anni patitur:etiã uiridibus ficis:ſic tamẽ ne quis aut cibus aut humor
uniuerſus detur:ſed paulatim.Ergo per interualla tẽporis ſat eſt cyathos binos ternoſue ſumere & ci-
bum pro portione huius:cõmodeq; facit cyatho lactis. cyathus aquæ mixtus & ſic datus.Cibiq; inflã
tes & acres utiliores ſunt:adeo ut lacti quoq; recte cõtritum allium adiiciat. procedẽte uero tempore
opus eſt geſtari:maximeq; nauigare:perfricari ter aut quater die:ſic ut nitrũ oleo miſceatur : perfundi
aqua calida poſt cibũ.deinde ſinapi iponere per oĩa mẽbra excepto capite:donec arrodatur & rubeat:
maximeq; ſi corpus durum & uirile eſt.paulatim deinde faciendus eſt trãſitus ad ea quæ uentrẽ cõpri
munt.Aſſa caro danda:ualens & quæ nõ facile corrumpatur. potui uero pluuialis aqua decocta : ſed
quæ per binos ternoſue cyathos bibat.Si uetus uitiũ eſt:oportet laſer quã optimũ ad piperis magni-
tudinẽ deuorare.altero quoq; die uinũ uel aquam bibere:interdum iterpoſito cibo ſingulos uini cya-
thos ſorbere:ex inferiori parte infundere pluuialem egelidam aquam maximeq; ſi dolor in imis parti
bus remanet.

## De tenuioris inteſtini morbo. Caput.xiii.

Nter ipſa uero inteſtina cõſiſtũt duo morbi:quoꝝ alter in tenuiore:alter in pleniore eſt.Prior
i acutus eſt.Inſequens eſſe lõgus poteſt.Diocles caryſtius tenuioris iteſtini morbũ chordapſon
plenioris ileon nominauit. A pleriſq; uideo nunc illũ priorẽ ileon : hunc chordion nominari.
Sed prior modo ſupra umbilicum modo ſub umbilico dolorẽ mouet.Fit ex alterutro loco inflamma
tio:nec aluus nec ſpiritus infra tranſmittitur.ſi ſuperior pars affecta eſt:cibus.ſi inferior ſtercus per os
redditur.ſi utrunlibet uetus eſt:adiicitur periculo uomitus bilioſus mali odoris aut uarius aut niger.
Remedium eſt ſanguinem mittere:uel cucurbitulas pluribus locis admouere:nõ ubiq; cute inciſa. Id
enim duobus aut tribus locis ſatis eſt:Ex cæteris ſpiritum euocare abunde eſt. Tum animaduertere
oportet:quo loco malum ſit.Solet enim contra id tumere.Et ſi ſupra umbilicum eſt:alui ductio utilis

nõ eſt.Si infra eſt:aluũ ducere ut Eraſiſtrato placuit:optimũ eſt.& ſæpe:id auxilii ſatis eſt.Ducitur aũt
percolato ptiſanæ cremore cũ oleo & melle:ſic ut præter ea nihil adiiciat.Si nihil tumet duas manus
ĩponere oportet ſupra ſũmum uentrẽ:paulatimqꝫ deducere.Inuenietur enĩ mali locus:qui neceſſe eſt:
renitatur:& ex eodẽ deliberari poterit ducẽda nec ne aluus ſit.Illa cõia ſunt:calida cataplaſmata admo
uere:eaqꝫ imponere a mãmis uſqꝫ ad inguina & ſpinam:ac ſæpe mutare:brachia cruraqꝫ perfricare: de
mittere totũ hominẽ in calido oleo.Si dolor nõ quieſcit:etiã in aluũ ex parte inferiore tres aut quat-
tuor cyathos calidi olei dare.Vbi per hæc cõſecuti ſumus:iã ex inferiore parte ſpiritus tranſmittatur:
offerre potui mulſum tepidum nõ multũ.Nã ante magna cura uitandũ eſt.ne quid bibat.Si id cõmo-
de ceſſit:adiicere ſorbitionẽ.Vbi dolor & febricula quierũt:tũ demũ uti cibo pleniore:ſed neqꝫ inflan
te:neqꝫ duro.neqꝫ ualido:ne ĩteſtina adhuc imbecilla lædãtur.potui uero nihil præter quã purã aquã.
nã ſiue quid uinolẽtũ ſiue accidũ ẽ:id huic morbo alienũ eſt.Ac poſtea quoqꝫ uitare oportet balneũ:
ambulationẽ:geſtationẽ:cæteroſqꝫ corporis motus.Nã facile id malũ redire cõſueuit: & ſiue cum fri-
gus ſubit:ſiue aliqua iactatio:niſi bene iã confirmatis inteſtinis reuertitur.

De morbo inteſtini plenioris. Caput.xiiii.

S autẽ morbus:qui inteſtino pleniore eſt:in ea maxĩe parte eſt:quã certã eſſe ꝓpoſui.Vehemẽs
i inflatio:uehementes dolores dextra magis parte:inteſtinũ quod uerti uidet̃ prope ſpiritũ eli-
dit.In pleriſqꝫ poſt frigora cruditateſqꝫ oritur:deinde quieſcit & per ætatẽ ſæpe repetẽs ſic cru
ciat:ut uitæ ſpacio nihil demat.Vbi is dolor cœpit:admouere ſicca & calida fomẽta oportet:ſed prĩo
lenta:deinde ualidiora:ſimulqꝫ frictiones:ad extremas partes ideſt crura brachiaqꝫ materiã reuocare.
Si diſcuſſum nõ eſt:qua dolet cucurbitulas ſine ferro defigere.Eſt etiã medicamẽtũ eius rei cauſa com
paratũ:quod colicon nominatur.Id ſe repperiſſe Caſſius gloriabatur.Magis prodeſt potui datum. ſed
ĩpoſitũ quoqꝫ extrinſecus digerẽdo ſpiritũ dolorem leuat.Niſi finito uero tormẽto: recte neqꝫ cibus
neqꝫ potio aſſumitur.Quo uictu ſit utẽdum qui hoc genere tẽtantur:iã mihi dictũ eſt.Cõfectio medi
camẽti:qđ colicon nominatur:ex his cõſtat.Coſti:aneſi:caſtorei ſingulorꝫ.P.XIII.petroſelini.P. dena
riorũ.III.piperis longi & rotundi ſingulorũ.P.XII:papaueris lacrimæ:iunci rotũdi.myrræ:nardi ſingu
larũ.P.VI.Quæ melle excipiuntur.id aũt & deuorari põt & ex aqua calida ſumi.

De torminibus ideſt dyſenteria. Caput.xv.

Roxima his inter inteſtinorꝫ mala:tormina eſſe cõſueuerũt dyſenterion græce uocatur.intus
p ĩteſtina exulcerantur.Ex his cruor manat.Iſqꝫ mõ cũ ſtercore aliquo ſemper liquido:modo cũ
quibuſdã quaſi muccoſis excernitur.interdũ ſimul quædã carnoſa deſcendunt:Frequens deii-
ciẽdi cupiditas:dolorqꝫ in ano eſt.Cũ eodem dolore exiguum aliquid emittitur.Atqꝫ eo quoqꝫ tormẽ
tum intenditur.Idqꝫ poſt tempus aliquod leuatur.exiguaqꝫ requies eſt ſomnus interpellatur: febricu-
la oritur.longoqꝫ tẽpore id malũ cum inueterauerit:aut tollit hominẽ:aut etiam:ſi finitur.excruciat.
Oportet in primis conquieſcere.Si quidem omnis agitatio exulcerat:deinde ieiunium ſorbere uini cy
athũ:cui contrita radix quinquefolii ſit adiecta:ĩponere cataplaſmata ſuper uentrem: quæ reprimũt.
quod in ſuperioribus uentris morbis nõ expedit.quotienſqꝫ deſidit:ſubluere aqua calida:in qua deco
ctæ uerbenæ ſint:portulacam uel coctam uel ex dura muria ediſſe.cibos potioneſqꝫ eas:quæ aſtrigũt
aluum.Si uetuſtior morbus eſt:ex inferioribus partibus tepidum infundere uel ptiſanæ cremorem:
uel lac:uel adipem liquatam: uel medullam ceruinam:uel oleum:uel cum roſa butirum:uel cum ea-
dem album crudum ex ouis:uel aquam:in qua lini ſemen decoctum ſit:uel ſi ſomnus non accedit:ui-
tellos cum aqua:in qua roſæ floris folia cocta ſint.Leuant enim dolorem hæc & mitiora ulcera effici-
unt:maximeqꝫ utilia ſunt:ſi cibĩ quoqꝫ ſecutum faſtidium eſt.Themiſon muria dura quam aſperrima
ſic utendũ memoriæ ꝓdidit.Cibi uero eſſe debent qui leniter uentrem deſtringant & ea quæ urinã mo
uent.Si ea conſecuta ſunt in aliam partem humorẽ auertendo proſunt.ſi non ſunt conſecuta:noxã au
gent.Itaqꝫ niſi in quibus prompte id facere cõſuerunt:non ſunt adhibenda.Potui ſi febricula eſt: aqua
pura calida uel ea:quæ ipſa quoqꝫ aſtringat.dari debet:ſi nõ eſt:uinum lene auſterum.Si pluribus die-
bus nihil remedia alia iuuerunt:uetuſqꝫ iam uitium eſt:aquæ bene frigidæ potio aſſũpta ulcera aſtrin
git:& initium ſecundæ ualitudinis facit.Sed ubi uenter ſuppreſſus eſt:protinus ad calidam potionem
reuertendum eſt.Solet autem interdum etiam putris ſanies:peſſimiqꝫ odoris deſcendere:ſolet purus
ſanguis profluere.ſi ſuperius uitium eſt:aluus aqua mulſa duci debet:tunc deinde eadem infundi:quæ
ſupra comprehenſa ſunt.Valenſqꝫ eſt etiam aduerſus ulcera inteſtinorum minii gleba cum ſalis hemi
na contrita.Si minus :mixta his aqua in aluũ datur.Ac ſi ſanguis profluit:cibi potioneſqꝫ eſſe debent:
quæ aſtringant.

De leuitate inteſtinorum. Caput.xvi.

X torminibus interdum inteſtinorꝫ leuitas oritur:quæ continere nihil poſſunt: & quicquid
e aſſumptum eſt:imperfectũ protinus reddunt.Id interdum ægros trahit:interdum præcipitat.
In hoc utiqꝫ adhibere oportet comprimentia:quo facilius tenendi aliquid inteſtinis uis ſit. Er
go & ſuper pectus ponetur ſinapi:exulcerataqꝫ cute:malagma:quod humorem euocet & ex uerbenis
decoctis aq̃ deſidat:& cibos potõeſqꝫ aſſumat:quæ aluũ aſtringunt & frigidis utetur ꝑfuſiõibus.Opor
tet tamen proſpicere:ne ſimul his omnibus admotis uitium contrarium per ĩmodicas inflationes ori
atur.Paulatim ergo firmari inteſtina debebunt aliquibus quottidie adiectis.Et cum in omni fluore
uentris:tum in hoc præcipue neceſſariũ eſt:nõ quotiens libet deſidere:ſed quotiens neceſſe eſt:ut hæc

e

ipſa mora in cõſuetudinẽ ferendi oneris inteſtina deducat. Alterum quoq; quod æque ad omnes ſimi
les affectus pertinet:in hoc maxĩe ſeruãdum eſt:ut cum pleraq; utilia inſuauia ſint:qualis eſt plantago
& rubi & q̃cquid mali corio mixtũ eſt:ea potiſſimum in his dentur quæ maxĩe æger uolet. Deinde ſi
omnia iſta faſtidiet:excitãdã cibi cupiditatẽ interponatur aliquid minus utile:ſed magis gratũ. Exerci
tationes:frictiones huic quoq; morbo neceſſariæ ſunt:& cũ his ſol:ignis:balneũ:uomitus ut Hippo-
crati uiſum eſt etiã albo uẽratro:ſi cætera parũ proficient euocatus.

De lũbricis aluũ occupantibus. Caput. xvii.

Onnunq̃ autẽ lũbrici quoq; occupant aluũ:hiq; modo ex inferioribus partibus: modo ſœ-
n dius ore redduntur. Atq; interdũ latos eos:qui peiores ſunt: ĩterdũ teretes uidemus. ſi lati ſũt:
aqua potui dari debet :in qua lupinũ aut cortex mori decoctus ſit:aut cui adiectũ ſit cõtritũ
uel hyſopum uel piperis acetabulũ ſcamoneæ paulũ. Vel etiam pridie cum multũ allium ediderit:uo
mat. Poſteroq; die mali punici tenues radiculas colligat quãtũ manu cõpræhendet:eaſq; contuſas in
aquæ tribus ſextariis decoquat:donec tertia pars ſuperſit. Huc adiiciat nitri paulũ & ieiunus bibat. In
terpoſitis deinde tribus horis duas potiones ſumat aut aquæ uel muriæ duræ ſic adiectæ. tum deſidat
ſubiecta calida aqua in pelue. ſi uero teretes ſunt:qui pueros maxĩe exercẽt:& eadẽ dari poſſũt & quæ
dam le[illegible]ora:ut contritum ſemẽ urticæ:aut braſſicæ:aut cumini cum aqua:uel mẽta:uel abſinthium
decoctũ:uel hyſopum ex aqua mulſa uel naſturcii ſemen cũ aceto cõtritũ. Ediſſe etiã & lupinũ & alli
um prodeſt:uel maluæ oleum ſubter dediſſe.

De teneſoo inteſtinorũ morbo. Caput. xviii.

St autẽ aliud leuius oĩbus proximis:de quibus ſupradictũ eſt:quod tenaſmon græci uocant.
e id neq; acutis neq; longis morbis annumerari debet:cũ & facile tollatur : neq; unq̃ per ſe iu-
gulet. in hoc æque atq; in torminibus frequẽs deſidendi cupiditas eſt:æque dolor ubi aliquid
excernitur. deſcẽdunt aũt pituitæ mucciſq; ſimilia interdũ etiã leniter ſubcruenta. ſed his interponun
tur nõnũquã ex cibo quoq; recte coacta. deſidere oportet in aqua calida:ſæpiuſq; ipſum manu nutri-
re. cui plura medicamẽta idonea ſunt:butyrum cũ roſa. agacia ex aceto liquata. emplaſtrum id:quod
tetrapharmacõ græci uocant: roſa liquatum:alumen lana circundatũ & ita appoſitum. eadẽq; ex in-
feriore parte indita:quæ torminũ auxilia ſunt:eadem uerbenæ decoctæ: ut ĩferiores partes foueãtur:
alternis uero diebus aqua:alternis leue & auſterũ uinũ bibendum eſt. Potio eſſe debet egelida & frigi-
da. ꝓprior rõ uictus talis qualẽ in tormina ſupra præcepimus.

De uentris fluxu & curatione. Caput. xix.

Euior etiã dum recẽs deiectio eſt:ubi & liquida aluus & ſæpius quã ex cõſuetudĩe fertur . atq;
I interdum tolerabilis dolor eſt:interdũ grauiſſimus. idq; peius eſt. ſed uno die fluere aluum ſæ
pe pro ualitudine eſt:atq; etiã pluribus:dum febris abſit:& intra ſeptimũ diẽ id congeſcat. pur
gatur enĩ corpus:& qđ intus læſurũ erat:utiliter effunditur. uerũ ſpatium periculoſum eſt. Interdum
enim tormina ac febriculas excitat:uireſq; cõſumit. primo die quieſcere ſatis eſt:neq; ĩpetum uentris
prohibere. ſi per ſe deſiit:balneo uti: paulũ cibi capere ſi mãſit:abſtinere nõ ſolũ a cibo:ſed etiã a potio
ne. Poſtero die ſi nihilominus liquida aluus eſt:æque cõquieſcere:paulum aſtringentis cibi ſumere:ter
tio die in balneũ ire :uehemẽter oĩa præter uentrem perfricare:ad ignẽ lũbos ſcapulaſq; admouere. ci
bis uti: ſed uentrẽ contrahẽtibus:uino nõ multũ meraco. Si poſtero quoq; die fluet:plus ediſſe:ſed uo
mere etiã ex toto:donec cõquieſcat . Cõtra ſitim:famẽ:uomitu uti. Vix enĩ fieri poteſt ut poſt hãc aĩa
duerſionẽ aluus nõ cõtrahatur. Alia uia eſt ubi uelis ſupprimere. Cænare:deinde uomere:poſtero die
in lecto cõquieſcere. ueſpere ungi ſed leniter. deinde panis circa ſelibrã ex uino amineo mero ſumere.
tum aſſum aliquid : maxĩeq; auem: & poſtea uinũ idem bibere aqua pluuiali mixtũ:idq; uſq; quintũ
diem facere:iterumq; uomere. Frigidã autem aſſidue potionẽ eſſe debere contra priores auctores Aſ-
clepiadas affirmauit & quidem q̃ frigidiſſimã. Ego experimentis quenq; in ſe credere debere exiſtimo
calida potius an frigida utatur. Interdum aũt euenit:ut id pluribus diebus neglectũ curari difficilius
poſſit. a uomitu oportet incipere:deinde poſtero die ueſpere:tepido loco ungi. cibum modicum aſſu-
mere:uinum meracum quã aſperrimũ:impoſitam ſuper uentrem habere cũ cærato ruram. In hoc aũt
affectu corporis neq; ambulatione:neq; frictione opus eſt. uehiculo ſediſſe uel magis etiã equo ꝓdeſt.
Neq; enĩ ulla res magis inteſtina cõfirmat. Si uero etiã medicamẽtis utẽdũ eſt:aptiſſimũ eſt id quod ex
pomis fit. Vindemiæ tẽpore in grãde uas conicienda ſunt pira atq; mala ſilueſtria. ſi ea non ſunt: pira
tarẽtina uiridia:uel ſignina mala ſcandiana uel amerina:myrapia:hiſq; adiicienda ſũt cotonea:& cum
ipſis corticibus ſuis punica:ſorba:& quibus magis utimur etiam torminalia:ſic ut hæc tertiã ollæ ptẽ
teneant. tũ deinde ea muſto ĩplenda eſt:coquendũq; id donec oĩa quæ indita ſunt:liquata in unitatẽ
quãdã coeant. Id guſtui nõ inſuaue eſt & quãdocũq; opus eſt aſſũptũ leuiter ſine ulla ſtomachi noxa
uẽtrẽ tenet. duo aut tria cochlearia uno die ſumpſiſſe ſatis eſt. Alterũ ualentius genus myrti baccas le
gere:ex his uinũ exprimere:id decoquere ut decima ꝑs remaneat:eiuſq; cyathũ ſorbere. tertiũ qđ quã
doq; fieri poteſt:malũ punicũ excauare:exẽptiſq; oĩbus ſeminibus:mẽbranas quæ inter ea fuerunt ite
rũ cõiicere tũ ĩfũdere cruda oua rudiculaq; miſcere deĩu malũ ipſum ſuper prunã ĩponere. quod dum
humor ĩtus eſt nõ aduriť. Vbi ſiccũ eſſe cœpit:remouere oportet : extractũq; cochleari quod ĩtus eſt:
ediſſe. Aliquibus adiectis maius momentũ habet. Itaq; etiã in piperatũ cõiicitur:miſceturq; cũ ſale &

pipere.ẽ quid ex his edendũ.ẽ pulticula etiã:cũ qua paulũ ex fauo uetere coctũ ſit:& lẽticula cũ malo corio cocta:rubiqꝫ cacumia ĩ aqua decocta & ex oleo atqꝫ aceto aſſumpta:efficacia ſunt.atqꝫ ea aqua:ĩ qua uel palmulæ:uel malũ cotoneũ:uel arida ſorba.uel rubi decocti ſunt potata.Quod genus ſignifi co quotiẽs potionẽ dandã eẽ dico:quæ aſtrigat.Tritici quoqꝫ hemina ĩ uino aminco auſtero decoqtur:idque triticũ ieiuno ac ſitiẽti dat̃.ſuperqꝫ id:uinũ id ſorbet̃.qđ iure ualẽtiſſimis medicamẽtis anumerari põt.atqꝫ etiã potui dat̃ uinũ ſigninũ:uel reſinatũ auſterũ:uel quodlibet auſterũ. Contũdit̃qꝫ cũ corticibus ſeminibuſqꝫ ſuis punicũ malũ:uinoqꝫ tali miſcet̃.idqꝫ uel merũ ſorbet aliquis uel bibit mixtũ.ſed medicamẽtis uti niſi ĩ uehemẽtibus malis ſuperuacuũ eſt.

De uuluæ morbo & curationibus. Caput uigeſimum.

e X uulua quoqꝫ fœminis uehemẽs malũ naſcit̃;ꝓximeque ab ſtomacho uel afficit̃ hæc uel corpus afficit.Interdũ etiã ſic exanimat:ut tãquã comitiali morbo ꝓſternat.Diſtat tamẽ hic caſus: eo qđ neqꝫ oculi uertunt̃:nec ſpumæ ꝓfluũt:nec nerui diſtẽdunt̃. ſopor tãtũ ẽ.idqꝫ ꝗbuſdã fœminis crebro reuertẽs ꝑpetuũ ẽ:Vbi icidit:ſi ſatis uiriũ ẽ;ſãguis miſſus adiuuat.Si parũ ẽ:cucurbitulæ tamẽ defigẽdæ ſunt in iguinibus.Si diutius aut iacet aut alioqn iacere cõſueuit:admouere oportet naribus extĩctũ ex lucerna linamẽtũ:uel aliud ex his quæ fœdioris eẽ odoris rettuli:qđ mulierẽ excitet. Idẽqꝫ aquæ frigidæ ꝑfuſio efficit.adiuuatque ruta cõtrita cũ melle:uel ex cyprino cæratũ:uel qđlibet calidũ & humidũ cataplaſma naturalibus pubetenus ĩpoſitũ.Inter hæc etiam perfricare coxas & poplites oportet.Deĩde ubi ad ſe redit circũcidẽdũ uinũ ẽ ĩ totũ ãnũ:etiã ſi caſus idẽ nõ reuertit̃.Frictiõe quotidie utendũ totius quidẽ corporis:ꝑcipue uero uẽtris & poplitũ.Cibus ex media materia dãdus.Sinapi ſup imũ uẽtrẽ tertio quoqꝫ aut ꝗrto die ĩponendũ:donec corpus rubeat.Si durities manet:molire cõmode uidet̃ ſolanũ in lac demiſſum deĩde cõtritũ:& cæra alba atqꝫ medulla ceruina cũ irino:aut ſeuũ taurinũ uel caprinũ cũ roſa mixtũ Dãdũ potui etiã uel caſtoreũ ẽ:uel git:uel anetũ.Si parũ pura ẽ:purgat̃ iũco ꝗdrato.ſi uero uulua exulcerata ẽ:cæratũ ex roſa fiet:& recẽs ſuilla adeps & ex ouis albũ miſceat̃:idqꝫ apponat̃:uel albũ ex ouo cũ roſa mixtũ:adiecto quo facilius cõſiſtat cõtritæ roſæ puluere Dolẽs uero ea ſulphure ſuffumigari debet.At ſi purgatio nimia mulieri nocet: remedio ſunt cucurbitulæ cute ĩciſa ĩguinibus uel etiã ſub mãmis admotæ:ſi maligna purgatio ẽ;ſubiiciẽda ſunt coeuntia.Id faciũt etiã albæ oliuæ & nigrũ papauer cũ melle aſſumptũ & gũmi cũ trito ſemine apii liꝗtũ & cũ cyatho paſſi datũ Præter hæc ĩ oĩbus ueſicæ doloribus idoneæ potiones ſunt:quæ ex odoribus fiũt;ideſt ſpica nardi:croco:cĩnamo:caſia:ſimilibuſqꝫ. Idẽqꝫ etiã decocta lẽtiſcus præſtat.ſi tamẽ ĩtolerabilis dolor ẽ & ſanguis ꝓfluit;etiã ſanguinis detractio apta ẽ;aut certe coxis admotæ cucurbitulæ cute ĩciſa.At cũ uriã ſup potõnũ modũ ẽt ſine dolor̃ ꝓfluẽs maciẽ & piculũ facit:ſi tẽuis ẽ:opus ẽ exercitatiõe & frictiõe maxieqꝫ ĩ ſole uel ad ignẽ.Balneũ rarũ eẽ debet:neqꝫ lõga;ĩ eo more: cibus cõprimẽs Vinũ auſterũ meracũ:ꝑ æſtatẽ frigidũ ꝑ hyemẽ egelidũ:ſed tãtũ ꝗntũ mĩmũ ſit. Infinita : aluus quoqꝫ uel ducẽda uel lacte purgãda ẽ.Si craſſa urina ẽ: uehemẽtior eẽ debet & exercitatio & frictio : lõgior ĩ balneo mora: cibis opus ẽ teneris.uinũ idẽ.In utroqꝫ morbo uitãda oĩa ſunt:ꝗ urinã mouet̃ cõſuerũt.

De nimia ꝓfuſiõe ſeminis ex naturalibus. Caput uigeſimũprimũ.

e St etiã circa naturalia uitiũ:nimia ꝓfuſio ſeminis.qđ ſine uenere:ſine nocturnis imaginibus ſic fert̃;ut ĩterpoſito ſpatio tabe hominẽ cõſumat.In hoc affectu ſalutares ſunt uehemẽtes frictiones:ꝑfuſiões natatiõeſqꝫ quã frigidiſſime.neqꝫ cibi:nec potio niſi frigida aſſumpta.Vitare aũt oportet cruditates:oĩa ĩflãtia.nihil ex his aſſumere:quæ cõtrahere ſemẽ uidet̃.ꝗlia ſunt:ſiligo:ſimilia:oua alica amylũ:oĩs caro glutinoſa:pip:eruca:bulbi:nuclei:pinei.Neqꝫ alienũ ẽ fouere ĩferiores partes aꝗ decocta ex uerbenis cõprimẽtibus.ex hiſdẽ aliꝗ cataplaſmata imo uẽtri:ĩguinibuſque circũdare:præcipueqꝫ ex aceto rutã uitare:& ne ſupinus obdormiat.

De coxarũ morbis & curationibus. Caput uigeſimumſecundum.

ſ Vpereſt ut ad extremas partes corporis ueniã:quæ articulis ĩter ſe conſerũt̃.initiũ a coxis faciã. Harũ ĩgens dolor eẽ cõſueuit.Iſqꝫ hominẽ ſæpe debilitat:& quoſdã nõ dimittit. Eoqꝫ id genus difficillime curat̃:qđ fere poſt lõgos morbos uis peſtifera huc ſe ĩclinat.quæ ut illas partes liberat:ſic hãc ipam quoqꝫ affectã præhẽdit.Fouẽdũ primũ aꝗ calida ẽ deĩde utẽdũ calidis cataplaſmatis.Maxie ꝓdeſſe uidet̃ aut cũ hordeacea farina:aut cũ ficu ex aꝗ decocta mixtus:capparis cortex cõciſus:uel lolii faria ex uino diluto cocta & mixta cũ acida fece:quæ ꝗ refrigeſcũt:ĩponere noctu malagmata commodius ẽ Inulæ quoqꝫ radix cõtuſa & ex uino auſtero poſtea cocta & latte ſup coxã ĩpoſita ĩter ualẽtiſſima auxilia ẽ.ſi iſta nõ ſoluerũt:ſale calido & hũido utẽdũ ẽ.Si ne ſic qdẽ finitus dolor ẽ aut tumor ei accedit: ĩciſa cute admouẽdæ ſunt cucurbitulæ:mouẽda urina.Aluus ſi cõpreſſa ẽ: ducẽda. Vltimũ ẽ & ĩ uteribus quoqꝫ morbis efficaciſſimũ:tribus aut ꝗttuor locis ſup coxã cutẽ cãdẽtibus ferramentis exulcerare.Sed frictiõe quoqꝫ utẽdũ ẽ:maxie ĩ ſole & eodẽ die ſæpius:quo facilius ea quæ coeũdo nocuerũt:dirigãt̃.Eaqꝫ ſi nulla exulceratio ẽ etiã ipſis coxis ſicut & cæteris ꝑtibus adhibẽda ẽ.Cũ uero ſæpe aliqd exulcerãdũ cãdẽti ferramẽto ſit:ut materia ĩutilis euocet̃:illud ꝑpetuũ ẽ nõ ut primũ fieri poteſt huius generis ulcera ſanare:ſed ea trahere:donec id uitiũ:cui ꝑ hæc opitulantur:conquieſcant.

De genuum doloribus & cura. Caput uigeſimumtertium.

c Oxis ꝓxia gẽua ſunt.ĩ ꝗbus ipſis nõnũquã dolor eẽ cõſueuit.In hiſdẽ aũt cataplaſmatis cucurbituliſqꝫ præſidiũ ẽ:ſicut etiã cũ ĩ humeris aliiſue cõmiſſuris dolor aliqs exortus ẽ. Eqtare ei cui

genua dolēt:inimiciſſimū oium ē.Oēs aūt eiuſmōi dolores ubi iueterauerit:uix citrā uſtiōem finiūt.

## De articulorū doloribus in manibus pedibuſq;. Caput.XXIIII.

i N manibus pedibuſq; articulorū uitia frequētiora lōgioraq; ſūt.quæ in podagris chiragriſue
eē cōſuerūt.Ea raro uel caſtratos uel pueros ante fœminæ coitū uel mulieres:niſi quibus men
ſtrua ſuppreſſa ſunt:tētant.Vbi ſentiri cæperūt:ſanguis mittēdus eſt.Id.n.inter initia ſtati fa-
ctū ſæpe ānuam:nōnūq̄ perpetuā ualitudinē pſtat.Quidā etiā cū aſinino lacte epoto ſe eluiſſent:in p-
petuū hoc malū euaſerūt.Quidā cū toto āno a uino mulſo:uenere:ſibi tēperaſſent :ſecuritatem totius
uitæ cōſecuti ſunt.Idq; utiq; poſt primū dolorē ſeruādū eſt etiā ſi quieuit. Quod ſi iā cōſuetudo eius
facta ē:pōt quidē aliqs eē ſecurior his tpibus.qbus dolor ſe remiſit.Maiorē uero curā adhibere debēt
hi:quibus id fuerit.Quod fere:uere autumnoue fieri ſolet.Cū uero dolor urget:manu geſtari debet:
deinde fieri.in ambulatione leui ſe dimouere.& ſi podagra eſt:interpoſitis tēporibus exiguis inuicem
mō ſedere: mō igredi. tū āteq̄ cibū capiat ſine balneo loco calido leuiter perfricari:ſudare:pfūdi aqua
egelida:deinde cibū ſumere ex media materia interpoſitis rebus urinā mouētibus:quotiēſq; plēior ē:
euomere.Vbi dolor uehemēs urget:intereſt ſine tumore is ſit:an tumor cū calore:an tumor iā etiam
obcaluerit.Nā ſi tumor nullus eſt:calidis fomentis opus eſt.Aquā marinā uel muriā durā feruefacere
oportet:deinde in peluē cōiicere:& cū iā homo pati pōt:pedes demittere:ſupq;:palā dare & ueſtimēto
tegere:paulatim deinde iuxta labrū ipſum ex eadē aqua leuiter infundere:ne calor intus deſtituat: ac
deīde noctu cataplaſmata calefaciētia īponere:maximeq; ibiſci radicē ex uino coctā.ſin uero tumor:
calorq; eſt:utiliora ſunt refrigerantia:recteq; in aqua quā frigidiſſima articuli cōtinētur.ſed neq; quo
tidie:neq; diu fit:ne nerui indureſcāt.Imponēdum uero eſt cataplaſma:quod refrigeret. Neq; tamē in
hoc ipſo diu permanēdū:ſed ad ea trāſeundū:quæ ſic reprimūt:ut emolliāt.Si maior eſt dolor:papaue
ris cortices in uino coquēdi:miſcen diq; cū cærato ſunt:qđ ex roſa factū ſit. Vel cæræ & adipis ſuillæ
tantūdē una liquādū:deinde his uinū miſcēdū:atq; ubi qđ ex eo impoſitū eſt:incaluit:detrahendū &
ſubinde īponēdū aliud eſt.Si uero tumores etiā obcaluerūt & dolēt:leuat ſpōgia:quæ īpoſita ſubinde
ex oleo uel aceto uel aqua frigida exprimit̄ aut pari portione inter ſe mixta:pix:cæra:alumē.Sunt etiā
plura idonea manibus pedibuſq; malagmata.Quod ſi nihil ſuperīponi patit̄ :id quod ſine tumore eſt:
fouere oportet ſpongia:quæ in aquā calidā demittat̄ :in qua uel papaueris cortex:uel cucumeris ſilue-
ſtris radix decocta ſit.tū inducere articulis crocū cū ſucco papaueris & ouillo lacte.at ſi tumor eſt. fo-
uere quidē debet aqua calida:in qua lentiſcus.aliaue uerbena reprimentibus decocta ſit.īduci uero me
dicamētū ex nucibus amaris cū aceto tritis:aut ex ceruſa:cui cōtritæ herbæ muralis ſucus ſit adiectus.
Lapis etiā qui carnē exedit:quē ſarcophagon græci uocant:exciſus ſic ut pedes capiat:demiſſos:eos cū
dolēt:retentoſq; ibi:leuare cōſueuit.Ex quo in aſia lapidi taſio gratia eſt.Vbi dolor & inflāmatio ſe re
miſerunt:quod intra dies quadraginta fit niſi uitium hoīs acceſſit:modicis exercitationibus:abſtinē-
tia:unctionibus lenibus utēdū eſt:ſic ut etiā acopo uel liquido cærato cyprino articuli perfricentur.
Equitare podagricis quoq; alienū eſt.Quibus uero articulorū dolor certis tēporibus reuertit̄ :hos an
te & curioſo uictu cauere oportet:ne inutilis materia corpori ſupſit & crebiore uomitu.& ſi quis ex
corpore metus eſt:uel alui ductione uti uel lacte purgari.Quod Eraſiſtratus in podagricis expulit: ne
in inferiores partes factus curſus pedes repleret:cū euidēs ſit oī purgatione nō ſuperiora tantūmodo:
ſed etiam inferiora exinaniri.Ex quocūq; aūt morbo quis inualeſcit:ſi tarde cōfirmat̄ :uigilare prima
luce debet:nihilominus in lecto cōquieſcere.circa tertiā horā leuiter unctis manibus corpus permul-
cere.Deinde delectationis cauſa quātū iuuat ambulare circūciſa oī negocioſa cogitatione uel actiōe:
tum geſtari diu:multa fricatione uti:loca:cælū:cibos ſæpe mutare.Vbi triduo:quatriduoue uinū bi-
bit:uno aut etiam altero die interponere aquā.Per hæc.n.fiet:ne in uitia tabem inferenti:incidat:& ut
mature uires ſuas recipiat.Cū ex toto uero cōualuerit:periculoſe:uitæ genus ſubito mutabit & inor
dinate aget.Paulatī ergo debebit omiſſis his legibus eo tranſire ut arbitrio ſuo uiuat.

# CORNELII CELSI DE MEDICINA LIBER Q VINTVS INCIPIT.

Ixi de his malis corporis:qbus uictus ratio maxime ſubuenit.Nūc tranſeūdū eſt ad eā
medicinæ partem:quæ magis medicamentis pugnat.His multū antiqui auctores tri-
d buerunt & Eraſiſtratus:& hi qui ſe empiricos noīauerunt:pcipue tamen Erophilus:de
ductiq; ab illo uiri adeo ut nullū morbi genus ſine his curarēt.Multaq; etiam de facul
tatibus medicamētorum memoriæ prodiderunt.qualia ſunt uel Zenonis uel Andriæ
uel Apollonii.qui Mys cognominatus eſt.Hoꝝ autē uſū ex magna parte Aſclepiades
nō ſine cauſa ſuſtulit:& cū oīa fere medicamenta ſtomachū lædāt:maliq; ſuci ſint:ad ipſius uictus ra-
tionē potius omnē curā ſuā trāſtulit. Verū ut illud ī pleriſq; morbis utilius eſt:ſic multa admodum
corporibus noſtris incidere cōſuerūt:quæ ſine medicamētis ad ſanitatē peruenire nō poſſūt.Illud an-
te omnia ſcire cōuenit:qđ oēs medicinæ partes ita innexæ ſūt:ut ex toto ſeparari nō poſſint:ſed ab eo
nomē trahāt:a quo plurimū petūt.ergo ut illa quæ uictu curat aliquando medicamentum adhibet:
& illa quæ præcipue medicamētis pugnat:adhibere etiā rationē uictus debet.quæ multū admodū in
oībus malis corporis pficit.Sed cū oīa medicamenta proprias facultates habeant:ac ſæpe ſimplicia opi
tulentur:ſæpe mixta : non alienum uidetur ante proponere & nomina & uires & mixturas eorum;

quo minor ipſius curationis ex ſequentibus mora ſit.

De ſimplicibus facultatibus quarúcunq; rerũ ex quibus medicaméta fiunt: & prío de his; quæ ſanguiné ſupprimunt. Caput primũ.

Anguiné ſupprimũt atraméţũ ſutoriũ:quod græci chalcanton appellãt:chalcitis:acacia & ex
s aqua liciũ:thus aloe:gummi:plũbum cõbuſtũ:porrum:herba ſanguíalis:creta uel cimolía uel
figuralis:myſi:frigida aqua:uinũ:acetũ:alumenq; melinum:ſquama & ferri & æris. atq; huius
quoq; duæ ſpecies ſunt:alia tãtum æris:alia rubri æris. Quæ uulnus glutinãt. Caput ſecũdũ.

Lutinãt uulnus:myrra:thus:gummi:p̃cipueq; acãtinũ pſylleũ:tragacantha:cardamomon:bul
g bi:lini ſemẽ:naſturcium:oui albũ:glutẽ:icthyocolla:uitis alba:cõtuſæ cũ teſtis ſuis cochleæ:
mel coctũ:ſpõgia:uel ex aqua frigida:uel ex uío:uel ex aceto expreſſa.ex hiſdẽ lana ſuccida:ſi le
uis plaga eſt:etiã aranea:alumẽ & ſciſſile:quod ſciſton uocat:& liquidũ:melinũ:auripigmẽtũ: ærugo:
chalcitis:atramẽtum ſutorium. Quæ cõcoquũt & mouẽt pus. Caput tertiũ.

Oncoquũt & mouẽt pus:nardũ:myrra:coſtus:balſamũ:galbanũ: propolis:ſtyrax:thuris & fu
ligo & cortex.bitumẽ:pix:ſulphur:reſina:ſeuũ:adeps oleũ. Quæ apiũt uulnera.Caput.iiii.

Vlnera apeiũt tanq̃ ora in corporibus:quod ſtoma græce dicit:cynnamomũ:balſamũ:panai
u cis:iuncus quadratus puleiũ:flos albæ uiolæ:bdella:galbanũ:reſina terebinthina & pinea: po
polis: oleũ uetus:piper:pyretrum:chamepitis;uua timinia:ſulphur:alumẽ:rutæ ſemen.

Quæ purgant. Caput quintum.

p Vrgant:erugo:auripigmẽtum:quod arſenicon a græcis noíatur. Huic autẽ & ſandracæ í oía
eadẽ uis:ſed ualidior eſt ſquama æris:pumex:iris balſamũ:ſtyrax:thus:thuris cortex:reſina &
pinea & terebinthina liquida;oenãthe:lacerti ſtercus.ſanguis colũbæ & palumbi & hirundinis:ãmo
niacũ : bdellium: quod í omnia idem qd' ammoniacũ põt:ſed ualẽtius eſt:abrotanũ.ficus arida;coc
cũ gnidiũ:ſcobis eboris:omphaciũ:radicula:coagulũ:ſed maxíe leporinũ:cui eadẽ quæ cæteris coagu
lis facultas.ſed ubiq; ualidior eſt:fel;uitellus crudus:cornu ceruinũ:gluten taurinũ:mel crudũ: miſti
os:chalcitis:crocũ:uua timinia:abrotanũ:ſpuma argẽti:galla ſquama æris:lapis hæmatites:miniũ: co
ſtũ:ſulphur:pix cruda:ſeuũ:adeps:oleum:ruta porrũ:lenticula:eruũ. Quæ rodũt. Caput ſextũ.

Odũt alumẽ liqdũ:ſed magis rotũdũ.ærugo.chalcitis myſi.ſquama æris ſed magis rubri : æs
r cõbuſtũ.ſandraca.miniũ ſynopicũ.galla.balſamũ.myrra.thuris cortex.galbanũ.reſina terebi
thina humida.piper utrũq;:ſed rotũdũ magis.cardamomũ.auripigmẽtũ.calx. nitrũ. & ſpuma
eius.apii ſemẽ.narciſſi radix.omphyacũ.alcyoniũ.oleũ ex amaris nucibus.allium.mel crudũ.uinũ.len
tiſcus.ſquama ferri.fel taurinũ.ſcamonea.uua timinia.cynnamomũ ſtyrax.cicutæ ſemen;reſina. nar
ciſſi ſemẽ.fel.nuces amaræ.oleũq; earũ,atramẽtum ſutorium.chryſocolla,ueratrũ.cinis.

Quæ exedũt corpus. Caput ſeptimũ.

Xedũt corpus acaciæ ſuccus:hebenus:ærugo:ſquama æris:chryſocolla:cinis cyprius:nitrũ ca
e dmia:ſpuma argẽti.hypocyſtis:diphryges ſal.auripigmẽtũ.ſulphur.cicuta.ſandraca. ſalaman
dra,alcyoniũ.aeris flos.chalcitis:atramẽtũ ſutoriũ:ochra:calx;acetũ:galla;alumẽ lac caprifici;
uel lactucæ marinæ:quæ tithimallos a græcis noíat:alcioniũ:fel:thuris fuligo:ſpodiũ; lẽticula: mel
o eæ folia:marrubium:lapis hæmatites & phrygius & taſius & ſciſſilis:myſi:uinũ:acetũ.

Quæ adurũt. Caput octauũ.

Durũt auripigmentũ:atramentũ:ſutoriũ:chalcitis:myſi ærugo:calx:carta cõbuſta:ſal:ſquama
a æris:fex combuſta:myrra:ſtercus & lacerti & colũbæ & palumbi & hirundinis:piper:coccum
gnidium:allium:diphyges:lac utrunq;:qd' p̃ximo capite ſupra comprehẽſũ eſt:ueratrũ & albũ
& nigrũ:cantharides;coraliũ:pyretrũ;thus;ſalamãdra:eruca:ſãdraca:uua timinia:chryſocolla:ochra:
alumẽ ſcyſſile;ouillũ ſtercus;oenãthe. Quæ cruſtas ulceribus inducũt. Caput nonum.

Adẽ fere cruſtas ulceribus tãq̃ igne aduſtis inducũt:ſed p̃cipue chalcitis utiq; ſi cocta eſt : flos
æris:ærugo;auripigmẽtum;myſi & id quo magis coctum.

Quæ cruſtas ulceribus reſoluunt. Caput decimum.

c Ruſtas uero has reſoluit farina triticea cũ ruta uel porro aut lẽticula:cui mellis aliqd adiectũ ẽ.

Quæ diſcutiãt ea;quæ í aliq̃ parte corporis coierũt. Caput.xi.

a D diſcutiẽda uero ea;quæ í corporis p̃te aliq̃ coerũt:maxíe poſſunt:abrotanũ:heleniũ: amara
cus:alba uiola:mel:liliũ:ſampſucus: cyprius:lac:ſertula cãpana:ſerpillum: cupreſſus:cedrus: íris:uiola
purpurea:narciſſus:roſa:crocũ;paſſum:iũcus q̃dratus:nardũ cynamomũ:caſia: ãmoniacũ: cæra:ræſi
na:uua timinia:ſpuma argẽti:ſtyrax:ficus arida:tragorigãus:lini & narciſſi ſemen;bitumen: ſordes ex
gymnaſio:pyrites lapis aut molaris:crudus uitellus:amaræ nuces:ſulphur.

Quæ euocant & educunt. Caput duodecimum.

e Vocat & educit:ladanũ:alumẽ rotundũ:hebenus: lini ſemẽ omphaciũ:fel: chalcitis: bdelium:
reſina terebinthina & pinea:p̃polis:ficus arida decocta :ſtercus columbæ: pumx:farina lolii:
groſſi in aqua cocti;elaterium:lauri baccæ;nitrũ;ſal. Quæ exaſpata leuent. Caput.xiii.
Euat id qd' exaſperatũ eſt:ſpodium:hebenus:gummi oui albũ:lac:tragacanthum.

Quæ carnẽ nutriunt & ulcus íplẽt. Caput.xiiii.

c Arnẽ alit & ulcus íplet: reſina:pinea:ochra actice;uel aſteracæ;cæra:butyrũ.



A. Corn. Celsi medicinae libri octo - page 52 sur 122

### Quæ molliunt. Caput.xv.

Olliũt æs cõbuſtũ : terra erythria:nitrũ.papaueris lacrima:ammoniacũ:bdelliũ:cæra:ſeuum:
m adeps:oleũ:ficus arida:ſeſamũ.ſertula cãpana:narciſſi & radix & ſemẽ:roſæ folia:coagulũ : ui
De glutinatiōe uulnerum.

Anguine aūt uel ſuppreſſo:ſi nimius erūpit:uel exhauſto:ſi per ſe parū fluxit:longe optimū eſt:
s uulnus glutīari.Pōt aūt id uel qđ in cute uel etiā in carne eſt:ſi nihil ei ꝓterea mali accedit.Po

teſt caro alia parte depēdēs:alia inhærēs:ſi tamē ēt nū integra eſt & cōiunctione corporis fouet̃.In his uero quæ glutinant̃ duplex curatio eſt. Nā ſi plaga in molli parte:ſui debet:maximeq; ſi diſciſſa auris ima eſt:uel imus naſus:uel frons:uel bucca:uel palpebra:uel labrū:uel circa guttur cutis uel uēter: Si uero in carne uulnus eſt:hiatq;:neq; in unū oræ facile attrahūt̃:ſutura quidē aliena eſt.Imponēdæ uero fibulæ ſunt.anchteras græci noiant.quæ oras:paulū tamē:cōtrahūt:quo minus lata poſtea cicatrix ſit.Ex his aūt colligi poteſt:id quoq; qđ alia parte depēdēs:alia inhærebit:ſi alienatū adhuc nō eſt:ſuturā an fibulā poſtulet.Ex quibus neutra ante debet iponi:quā intus uulnus purgatū eſt:ne qd ibi cōcreti ſanguis relinquat̃.Id eni & in pus uertitur:& iflāmationē mouet:& glutinari uulnus prohibet. Ne linamētū quidē:qđ ſupprimēdi ſanguis cauſa iditum eſt: inibi relinquendum eſt.Nā id quoq; inflāmat.Cōpræhēdi uero ſutura uel fibula nō cutē tātū:ſed aliqd ēt ex carne.ubi ſuberit hæc: oportebit:quo ualētius hæreat:neq; cutē abrumpat.Vtraq; optima ē ex acia molli nō nimis torta:quo mitius corpori inſidat.Vtraq; neq; nimis rara.neq; nimis crebra initiāda eſt.Si nimis rara ē:nō continet. Si nimis crebra eſt:uehemēter afficit.qa quo ſæpius acus corpus trāſiuit:quoq; plura loca iniectū uinculū mordet:eo maiores inflāmatōes oriunt̃:magiſq; æſtate.Neutra ēt uim ullā deſiderat.Sed eatēus utilis eſt .qua cutis ducētem quaſi ſua ſpōte ſubſequit̃.Fere tamē fibulæ latius uulnus eē patiunt̃.Sutura oras iungit.quæ ne ipſe quidē inter ſe cōtingere ex toto debēt:ut ſi quid intus hūoris cōcreuerit:ſit quia emanet.Si quod uulnus neutrū horū recipit:id tamē purgari debet.deinde oī uulneri prio imponēda eſt ſpōgia ex aceto expreſſa.ſi ſuſtinere aliquis aceti uim nō pōt:uino utendū eſt. Leuis plaga iuuatur etiā ſi ex aqua frigida expreſſa ſpongia iponit̃.Sed ea quocūq; mō impoſita eſt:dū madet: prodeſt.itaq;:ut inhæreſcat:nō eſt cōmittēdū.Licetq; ſine peregrinis & cōquiſitis & cōpoſitis medicamētis uulnus curare.Sed ſi quis huic parū cōfidit:iponere medicamētū debet:quod ſine ſeuo cōpoſitum ſit ex his:quæ cruentis uulneribus apta eſſe ꝓpoſui.Maxīeq; ſi caro eſt:barbaꝛ. ſi nerui:uel carthilago uel aliquid ex eminētibus:quales aures:uel labra ſunt.Polybi ſphragidē.Alexādrinū quoq; uiride neruis idoneū eſt.eminētibuſq; partibus ea:quā græci rhaptuſam uocāt Solet etiā colliſo corpore exigua parte findi cutis.Quod ubi incidit:nō alienū eſt:ſcalpello latius aperir̃:niſi muſculi:neruiq; iuxta ſint:quos incidi nō expedit.Vbi ſatis deductū eſt:medicamētū iponēdum eſt.At ſi id quod colliſū eſt:quā his is parū deductū ē latius tamē apiri propter neruos aut muſculos nō licet adhibenda ſunt ea: quæ humorē leniter extrahant:ꝑcipueq; ex his id quod rhypodes uocari propoſui.Nō alienū eſt etiā ubicunq; uulnus graue eſt:impoſitū:quo id iuuet̃ inſuper circundare lanā ſuccidā ex aceto & oleo.Vel cataplaſma:ſi mollis is locus eſt:qđ leniter reprimat.Si neruoſus aut muſculoſus:qđ emolliat.

Quo modo uulnus ligari cōueniat

f

Aſcia uero ad uulnus deligādū lintea aptiſſima eſt eaq; late eē debet:ut ſemel īiecta nō uulnus tantū:ſed paulū utrinq; ēt oras eius cōprehēdat.Si ab altera parte caro magis receſſit:ab ea melius attrahitur.Si æque ab utraq; tranſuerſa cōprehēdere oras debet.aut ſi id uulneris rō non patitur:media primū iniicienda eſt: ut tū ī utrāq; partē ducat̃ Sic aūt deligāda eſt , ut & cōtineat neq; aſtringat.Quod nō cōtinet̃:elabit̃.Quod nimis aſtrictū eſt:cācro periclitat̃.Hyeme ſæpius faſcia circuire debet æſtate quotiēs neceſſe eſt.tū extrema pars eius inferioribus acu aſſuenda eſt.Nā nodus ulcus lædit:niſi tamē longe eſt.Illo neminē decipi decet ut propriā uiſcerū curatōnē requirat:de quibus ſupra poſui.Nā plaga ipſa curāda extrinſecus uel ſutura uel alio medicinæ genere eſt.In uiſceribus nihil mouēdū eſt:niſi aut ſi quid ex iocinere:aut liene:aut pulmone duntaxat extremo dependeat:ꝑcidatur.Alioqn uulnus interius ea uictus retio eaq; medicamēta ſanabūt:quæ cuiq; uiſceri cōuēire ſuperiore libro propoſui.

De rōne uictus:& notis uulnerū curatōibuſq; eorū.

h

Is ita primo die ordinatis homo in lecto collocandus eſt:iſq; ſi graue uulnus eſt:abſtinere quātū uires patiunt̃ ante inflāmationē a cibo debet.bibere donec ſitim finiat aquā calidam.uel ſi æſtas eſt: neq; febris neq; dolor eſt:etiā frigidā.Adeo tamē nihil perpetuū eſt.Sed ſemp pro uiribus corporis æſtimādum:ut ibecillitas etiā cibū protinus facere neceſſariū poſſit:tenuem ſcilicet & exiguū:qui tantū ſuſtineat.Multiq; etiā ex profluuio ſanguinis inter morientes:ante ullā curationem uio ꝑficiēdi ſūt.qđ alioqn inimiciſſimū uulneri ē.Nimis uero itūeſcer̃ uulnus:ꝑiculoſū:nihil itūeſcer̃:ꝑiculoſiſſimū ē.Illd iditiū ē magne iflāmatōis:hoc emortui corpis.Protiuſq; ſi mēs homini cōſiſtit:ſi nulla febris acceſſit:ſcire licet:matur̃ uulnus ſanū for̃.Ac ne febris qdē terrer̃ debet:ſi ī magno uulnere:dū iflāmatio eſt:ꝑmanet.Illa pernitioſa eſt: quæ uel leui uulneri ſuperuenit.uel ultra tēpus iflāmatiōis durat:uel delirīū mouet:uel ſi neruorū rigor:aut diſtētio:quæ ex uulnere orta eſt:eā nō finit. Vomitus quoq; bilioſus nō uolūtarius: uel protinus ut percuſſus eſt aliquis:uel dū iflāmatio manet: malū ſignū eſt:in his dūtaxat:quoꝝ uel nerui uel ēt neruoſi loci uulnerati ſunt.Sponte tamē uomere nō alienū eſt:ꝑcipue his:quibus in cōſuetudine fuit.ſed neq; protinus poſt cibū:neq; iā inflāmatiōe orta: neq; cū in ſupioribus partibus plaga eſt. Biduo ſic uulnere habito:tertio die id aperiēdū: detergēdaq; ſanies ex aqua frigida eſt.eadēq; rurſus iniicienda ſunt.Quinto iā die quanta iflāmātio futura ē:ſe oſtēdit.Quo die rurſus detecto uulner̃ cōſiderādus color eſt. Quod ſi liuidus aut pallidus aut uarius aut niger eſt:ſcire licet malū uulnus eē.Idq; quādocūq; aiaduerſum eſt terrere nos poteſt.Album aut rubicundū eē ulcus:cōmodiſſimū eſt.Itē cutis dura:craſſa.dolens:periculū oſtendit.Bona ſigna ſunt ubi hæc ſine dolore tenuis & mollis eſt.Sed ſi glutinatur uulnus:aut leniter intumuit:eadem ſunt impo-

néda:quæ primo fuerunt.Si grauis inflāmatio eſt:neq; glutinādi ſpes ē:eaq; pus moueat:aquæ quoq; calidæ neceſſarius uſus eſt:ut & materiam digerat & duritiā emolliat & pus citet.Ea ſic tēperāda eſt: ut & manu cōtingēti iocūda ſit.uſq; eo adhibenda donec aliquid ex tumore minuiſſe:coloréq; ulceri magis naturalē reddidiſſe uideat.maxieq; ſi grāde uulnus ē:tetrapharmacū.ſi in articulis:digitis:locis cartilaginoſis:rhypodes.Poſt id fomētū ſi lata plaga nō patet:īponi protinus emplaſtrū debet:& ſi latius hyat:illud emplaſtrum liquari ex irino unguento oportet. eoq; illita linamenta diſponi per plagā.deinde emplaſtrū ſupra dari ; & ſuper id ſucidam lanam minuſq; etiam:quam primo faſciæ aſtringendæ ſunt.

## Curatiōes propriæ articulorū.

p Ropriæ quædam in articulis uiſēda ſunt.in quibus ſi præciſi nerui ſunt:qui cōtinebāt: debilitas eius partis ſequitur.Si id dubiū eſt & ex acuto telo plaga eſt:ea tranſuerſa cōmodior eſt. Si retuſo & graui eſt:nullū in figura diſcrimē eſt.At uiſendū eſt pus ſupra articulū:an infra naſcatur.Si ſub eo naſcit:albūq; & craſſum diu fertur:neruū pciſū eē credibile ē.Magis quoq; maiores dolores īflāmatōeſq;:quo maturius excitatæ ſunt.Quāuis aūt nō abſciſſus neruus eſt: tamen ſi circa tumor durus diu permanet:neceſſe eſt & diuturnū:ulcus eē: & ſano quoq; eo tumoré permanere.futurūq; eſt:ut tarde mēbrū id extēdat uel cōtrahat.Maior tamē in extēdendo mora ē:ubi recuruato articulo curatio adhibita ē:quā in recuruādo eo:quod rectū cōtinuerimus.Collocari quoq; mēbrū:qd ictū eſt ratione certa debet.Si glutinādū ē:ut ſuperius ſit.ſi iflāmatiōe eſt:ut in neutrā partē inclinatū ſit.Si iā pus profluit:ut deuexū ſit.Optimū etiā medicamētū quies ē:moueri & ambulare niſi ſanis alienū ē.Minus tamē his eſt periculoſū:qui in capite uel brachiis:quam qui inferioribus partibus uulnerati ſunt.Minimeq; ambulatio cōuenit:fœmiæ:aut crure:aut pede laborāte.Locus ī quo cubabit:tepidus eē debebit.Balneū quoq; dū parū uulnus purū eſt:inter res infeſtiſſimas eſt.Nā id & hūidum & ſordidū reddit.ex quibus ad cācrū trāſitus eē cōſueuit.Leuis frictio recte adhibet:ſed his ptibus quæ longius abſunt a uulnere.

## Vulnus quomodo purgādū eſt.

i Nflāmatione finita uulnus purgādū eſt.Id optime faciunt tincta in melle linamēta:ſupraq; id: emplaſtrū:uel enneapharmacū dādū eſt.Tū demū uero parū ulcus eſt:cū rubet:ac nimiū neq; ſiccū neq; hūidū eſt:ac quodcūq; ſenſu caret:qd' nō naturaliter ſentit:quod nimiū aut aridum aut hūidū eſt.Quod aut pallidū aut albidum aut liuidū aut nigrū eſt:id purū nō eſt.

## Quomodo uulnus implēdū eſt.

p Vrgato ſequit ut ipleat:iāq; calida aqua eatenus neceſſaria eſt:ut ſanies remoueat.Lanæ ſucidæ ſuperuacuus uſus ē .Lota melius circūdat.Ad iplendū aūt uulnus pficiūt qdē etiā medicamenta aliqua.Itaq; ea adhiberi nō alienū eſt:ut butyrū cū roſa:exigua mellis parte aut cū eadē parte:aut cū eadē roſa tetrapharmacū.aut ex roſa linamēta.Plus tamē pficit balneū rarū.Cibi bōi ſucci:uitatis omnibus acribus:ſed iā plenioribus.Nā & auis & uenatio & ſuilla elixa dari pōt.Vinū oībus dū febris:dū inflāmatio eſt:alienū ē.Itēq; uſq; ad cicatricē:ſi nerui:muſculiue uulnerati ſunt:etiā ſi alte caro:aut ſi plaga in ſūma cute generis tutioris eſt:pōt nō per uetus:modice tamē datū ad implendū quoq; proficere.Si quid molliendū eſt:qd' in neruoſis locis muſculoſiſq; neceſſariū eſt : cærato quoq; ſuper uulnus utēdū eſt.At ſi caro ſuper creuit:modice reprimit ſiccū linamētū:uehementius ſquama æris.Si plus eſt qd' tolli opus eſt:adhibēda ſūt ēt nū uehemētiora quæ corpus exedūt.Cicatricem poſt oīa hæc cōmode inducit liciū ex paſſo aut lacte dilutum:uel etiā per ſe īpoſitum ſiccū linamentum.

## De uulneribus:quæ extrinſecus p uulnera incidūt curatiōibuſq; eo℞.

h Ic ordo fœlicis curationis eſt.Sed quædā tamē piculoſa icidere cōſuerūt.Interdū enī uetuſtas ulcus occupat:inducituriq; ei callus:& circū oræ craſſæ liuēt.poſt quæ qcquid medicamēto℞ ingeritur:parū proficit.quod fere negligenter curato ulceri ſuperuenit.Interdū uel ex nimia īflāmatione:uel ob æſtus īmodicos:uel ob nimia frigora:uel quia nimis uulnus aſtrictū eſt:uel qa corpus aut ſenile aut mali habitus ē cācer occupat.Id genus a græcis diductū in ſpecies eſt:noſtris uocabulis nō eſt.Oīs aūt cācer nō ſolū id corrūpit:quod occupauit ſed etiā ſerpit.deinde aliis aliiſq; ſignis decernitur.Nam modo ſuper inflammationem rubor ulcus ambit.iſque cum dolore procedit. Eriſipelas græci nominant.Modo ulcus nigrum eſt:quia caro eius corrupta eſt.Idque uehementius etiā putreſcendo intenditur. Vbi uulnus humidum eſt:& ex nigro ulcere humor pallidus fert:malique odoris eſt:caruncula corruptæ.interdum etiam nerui ac membranæ reſoluuntur: ſpecillumq; demiſſum deſcendit aut in latus aut deorſum:eoq; uitio nonnūq̄ os quoq; afficitur.modo oritur ea:quam græci cangretiā appellant. Priores ī qualibet parte corporis fiunt.Hoc in prominētibus membris ideſt īter ungues & alas uel inguina:fereq; in ſenibus:uel his quorū corpus mali habitus eſt. Caro in ulcere uel nigra uel liuida eſt:ſed ſicca & arida:proximaq; cutis plerunq; ſub nigris puſtulis īpletur deinde ei pxima uel pallida uel liuida fereq; rugoſa ſine ſenſu eſt.Alerior ī inflāmatione eſt: omniaque ea ſimul ſerpunt:Vlcus:in locum puſtuloſum.Puſtulæ:in eum qui pallet aut liuet. Pallor aut liuor:in id quod inflammatum eſt.Inflammatio:in id quod integrum eſt:tranſit.Inter hæc deinde febris acuta oritur: īgēſq; ſitis. qbuſdā ēt deliriū accedit. alii quāuis mētis ſuæ cōpotes ſūt balbutiēdo tamē uix ſenſus ſuos os explicant.Incipit affici ſtōachus.Fit fœdius ſpiritus ipſe odoris.Atq; initiū eius qdē mali recipit

curationẽ. Vbi uero penitus inſedit:inſanabile eſt.plurimiq; ſub frigido ſudore moriunť.

## Curatio ulceris.

C pericula quidẽ uulnerũ hæc ſunt. Vetus aũt ulcus ſcalpello cõiiciendũ eſt; excidẽdæq; eius
a oræ:& qcquid ſuper eas liuet:æque incidẽdũ.Si uaricula intus eſt:quæ his ſanari prohibet:ea
quoq; excidẽda.Deinde ubi ſanguis emiſſus:nouatũq; uulnus eſt:eadẽ curatio adhibẽda:quæ
in recẽtibus uulneribus expoſita eſt.Si ſcalpello aliquis uti nõ uult:põt ſanare id emplaſtrũ: qđ ex la-
dano fit.& cũ ulcus ſub eo exeſum eſt:id:quo cicatrix inducił.

## Curatio eriſipelarũ.

D aũt qđ eriſipelas uocari dixi:nõ ſolũ uulneri ſuperuenire:ſed ſine hoc quoq; oriri cõſueuit:
i atq; interdũ periculũ maius affert:utiq; ſi circa ceruices aut caput cõſtitit.Oportet ſi uires pa-
tiunł ſanguinẽ mittere:deinde ĩponere ſimul reprimẽtia & refrigerãtia:maxieq; cæruſſam ſo-
lani ſucco:aut cimoliã cretã aqua pluuiali exceptã:aut ex eadẽ aqua ſub actã farinã cupreſſo adiecta:
aut ſi tenerius corpus eſt:lenticulã.Quicqd ĩpoſitũ eſt:betæ folio cõtegẽdũ eſt:& ſuper linteolũ frigi-
da aqua madẽs ĩponẽdũ.Si per ſe refrigerantia parũ proderũt miſcẽda erũt hoc mõ.ſulphuris.P.X.cæ
ruſſæ & croci ſingulorũ.P.XXX.eaq; cũ uino cõterẽda ſũt:& id his illinẽdũ.aut ſi durior locus eſt: ſo
lani folia cõtrita:ſuillæ adipi miſcẽda ſunt:& illita linteolo ſuper iniicienda.At ſi nigrities eſt: neq; dũ
ſerpit:ĩponẽda ſunt quæ carnẽ putrẽ lenius exedũt.repurgatũq; ulcus ſic ut cætera nutriẽdũ eſt;Si ma
gis putre eſt.iãq; ꝓcedit ac ſerpit:opus eſt uehemẽtius erodẽtibus.Si ne hæc quidẽ euicũt:aduri locus
debet donec ex eo nullus humor ferał.nã qđ ſanũ eſt:ſiccũ eſt cũ aduritur.poſt uſtionẽ putris ulce-
ris ſuper ponẽda ſunt quæ cruſtas a uino reſoluant:eas eſcaras græci uocãt ubi exciderũt purgandũ ul
cus maxie melle & reſine eſt.ſed aliis quoq; purgari põt:quibus purulenta curanł.eodẽq; modo ad ſa-
nitatẽ perducẽdũ eſt.

## Curatio Cangrenæ.

Angrenã uero ſi nõ dũ plane tenet:ſed adhuc incipit:curare nõ difficillimũ eſt:utiq; in corpore
c iuuenili:& magis etiã ſi muſculi integri ſunt:ſi nerui uel læſi nõ ſunt:uel leuiter affecti ſũt:neq;
ullus magnus articulus nudatus eſt:aut carnis in eo loco paulũ eſt:ideoq; nõ multũ:quod pu-
treſceret:fuit:cõſiſtitq; eo loco uitiũ qđ maxie fieri in digito põt.In eiuſmodi caſu primũ ẽ:ſi uires pa-
tiunł.ſanguinẽ mittere.Deĩde qcqd aridũ eſt & intẽtione quadã ꝓximũ quoq; locũ male hẽt: uſq; eo
ſanũ corpus cõcidere.Medicamẽta uero dũ malũ ſerpit adhibẽda nulla ſunt:quæ pus mouere cõſue-
rũt.ideoq; ne aqua quidem calida.Grauia quoq;:q̃uis reprimentia aliena ſũt.Sed his quam leuiſſimis
opus eſt.ſuperq; ea quæ inflammata ſunt:utendum eſt refrigerantibus.Si nihilo magis malum con-
ſtitit.uri id quod eſt inter integrum ac uitiatum locum debet.Præcipueq; in hoc caſu petendum non
a medicamentis ſolum:ſed etiam a uictus ratione præſidium eſt.Neq;.n.id malum niſi corrupti uitio
ſicq; corporis eſt.Ergo prĩo:niſi ĩbecillitas prohibet abſtinẽtia utẽdũ.Deinde dãda quæ per cibũ potio
nẽq; aluũ:ideoq; etiã corpus aſtringãt:ſed ea leuia.Poſtea ſi uitiũ cõſtitit:ĩponi ſuper uulnus eadem de
bent:quæ in putri ulcere præſcripta ſũt.Actũ quoq; plenioribus cibis uti licebit ex media materia:ſic
tamẽ nõ niſi aluũ corpuſq; ſiccãtibus.aqua uero pluuiali frigida.balneũ niſi iã certa fiducia redditæ ſa
nitatis eſt:alienũ eſt;ſi quidẽ emollitũ in eo uulnus:cito rurſus eodẽ malo afficił.Solẽt uero nõnũq̃ ni
hil oĩa auxilia proficere:ac nihilominus ſerpere his cancer.Inter quæ miſerũ ſed unicũ auxiliũ ẽ:ut cæ
tera pars corporis tuta ſit:mẽbrũ qđ paulati emoritur:abſcidere.Hæ grauiſſimorũ uulnerũ curatiões
ſunt.Sed ne illa quidẽ negligẽda:ubi integra cute interior pars colliſa eſt:aut ubi deraſũ:ac tritũue ali-
quid eſt:aut ubi ſurculus corpori infixus eſt.aut ubi tenue:ſed altũ uulnus inſedit.In primo caſu com
modiſſimũ eſt malichoriũ ex uino coquere:interiorũq; eius partẽ cõterere:& cærato miſcere ex roſa
facto:idq; ſupponere.deinde ubi cutis ipſa exaſperata eſt:inducere lene medicamẽtũ.quale lipara eſt.
Deraſo uero detritoq; ĩponẽdũ eſt emplaſtrum tetrapharmacũ:minuenduſq; cibus:& uinũ ſubtrahẽ
dũ.Neq; id:qa nõ hẽbit altiores ictus:cõtẽnendũq; erit.Si quidẽ ex eiuſmodi caſibus ſæpe canchri fi-
unt.Quod ſi leuius id erit:& in parte exigua:cõtenti eẽ poterimus eodẽ leni medicamento.Surculum
uero:ſi fieri põt:oportet uel manu:uel ẽt ferramẽto eiicere.Si uel præfractus eſt:uel altius deſcendit:
quã ut ita fieri poſſit:medicamẽto euocãdus eſt.Optĩe aũt educit ſupimpoſita arũdinis radix ſi tenera
eſt:protinus cõtrita:ſi iã durior ante in mulſo decocta.Cui ſemp mel adiiciendum eſt:aut ariſtolochia
cũ eodẽ melle.Peſſima ex ſurculis arũdo ẽ:qa aſpera eſt.Eadẽq; offenſa etiã in filice eſt.Sed uſu cogni-
tũ eſt utrãq; aduerſus alterã medicamẽtũ eẽ:ſi cõtrita ſuperipoſita eſt.Facit autẽ idẽ in oĩbus ſurculis
quodcũq; medicamẽtũ extrahẽdi uĩ hẽt.Idẽ altis:tenuibuſq; uulneribus aptiſſimũ eſt:Priori rei Philo
cratis:huic Hecatei emplaſtrũ maxie cõuenit.

## Quomodo cicatrix uulneri inducẽda:purgãdaq; ſit.

Bi uero in quolibet uulnere uentũ ad inducẽdũ cicatricẽ eſt:quod perpurgatis iã repletiſq; ul-
i ceribus neceſſariũ eſt:primũ ex aqua frigida linamentũ dũ caro alitur:deinde cũ iã cõtinenda
eſt:ſiccũ ĩponẽdum eſt:donec cicatrix inducał.Tũ deligari ſuper albũ plumbũ oportet: quo
& reprimitur cicatrix:& colorẽ maxime ſano corpori ſimilẽ accipit.Idẽ radix ſilueſtris cucumeris præ
ſtat.Idẽ cõpoſitio:q̃ hẽt elaterii.P.XI.ſpumæ argenti.P.XII.unguenti Pondo.XIIII.Quæ excipiũł reſi-
na terebĩthia:dõec ẽplaſtri craſſitudo ex oĩbus fiat.Ac nigras quoq; cicatrices leniter purgãt paribus
portiõibus mixta:ærugo:plũbũ elotũ: eademq; roſa cocta:ſiue ungił cicatrix.qđ in facie fieri poteſt:

ſiue id ut emplaſtrũ iponit̃.qđ in aliis partibus cõmodius eſt.At ſi uel excreuit cicatrix:uel cõcaua eſt: ſtultũ eſt decoris cauſa rurſus & dolorẽ & medicinã ſuſtinere.Alioqn res utriq; ſuccurri patit̃: Si qdẽ utraq; cicatrix exulcerari ſcalpello põt.Si medicamẽtũ aliq̃s mauult:idẽ efficiũt cõpoſitiones hæ,quæ corpus exedũt.Cute exulcerata:ſup eminentẽ carnẽ exedẽtia medicamẽta coniiciẽda ſunt.Sup concauam iplentia:donec utrunq; ulcus ſanæ cuti æquet̃:& tũ cicatrix inducat̃.

De uulneribus quæ ꝑ morſus inferunt̃ eorũq; curationibus. Caput.xxvii.

Ixi de his uulneribus quæ maxime ꝑ tela inferunt̃.Seq̃t ut de his dicã:quæ morſu fiũt:interdũ
d hoĩs:iterdũ ſimiæ:ſæpe canis:nõnunq̃ feroꝝ aialiũ:aut ſerpentiũ. Oĩs autẽ fere morſus habet
quoddã uirus.Itaq; ſi uehemẽs uulnus eſt:cucurbitula admouẽda eſt,Si leuius:protinus emplaſtrũ iniiciendũ:ꝑcipueq; Diogeſi Si id nõ eſt:quodlibet ex his:q̃ aduerſus morſus ꝓpoſui. Si ea nõ ſũt: uiride alexãdrinũ.Si ne id qdẽ eſt:quodlibet nõ pingue ex his quæ recẽtibus uulneribus accõmodant̃. Sal quoq; his:præcipueq; ei:qđ canis fecit:medicamentũ eſt:ſi manus uulneri iponit̃:ſupq; id duobus digitis uerberat̃(Exſaniat enim)ac ſalſamentũ quoq; recte ſup id uulnus deligat̃.

Curatio aduerſus rabioſi canis morſum.

Tiq; autẽ ſi rabioſus canis fuit: cucurbitula uirus eius extrahẽdũ eſt Deinde ſi locus neq; ner
u uoſus neq; muſculoſus eſt uulnus id adurẽdũ ẽ Si uri nõ põt ſanguinẽ homini mitti nõ alienũ
eſt Tũ uſto qdẽ uulneri ſup iponẽda quæ cæteris uſtis ſunt.Ei uero qđ expertũ ignẽ nõ eſt; ea medicamẽta:quæ uehemẽter exedũt.Poſt quæ nullo nouo magiſterio:ſed iã ſupra poſito:ulcus erit iplendũ:& ad ſanitatẽ ꝑducendũ.Quidã poſt rabioſi canis morſum ꝓtinus in balneũ mittũt: ibiq; patiunt̃ deſudare dum uires corporis ſinũt ulcere adaperto:quo magis ex eo quoq; uirus diſtillet.deinde multo:meracoq; uino excipiũt.Quod oĩbus uenenis cõtrariũ eſt.Idq; cũ ita per triduũ factũ eſt:tutus eſſe homo a ꝑiculo uidet̃:Solet autẽ ex eo uulnere:ubi parũ occurſũ eſt aquæ tumor naſci. hydrophlogas græci appellãt.Miſerrimũ genus morbi.In quo ſimul æger & ſiti & aquæ metu cruciat̃. Quo oppreſſis in anguſto ſpes eſt.Sed unicũ tamen remediũ eſt:nec opinantẽ in piſcinã nõ ante ei ꝓuiſam ꝓiicere.Et ſi natãdi ſcientiã nõ habet modo merſum bibere pati:modo attollere.Si habet: interdũ deprimere:ut inuitus quoq; aqua ſatiet̃.Sic.n.ſimul & ſitis & aquæ metus tollit̃.Sed aliud periculũ excipit: ne iſirmũ corpus in aqua frigida uexatũ neruoꝝ diſtẽtio abſumat.Id ne icidat: a piſcina ꝓtinus i oleũ calidũ demittẽdus eſt.Antidotũ autẽ præcipue id qđ primo loco poſui.ubi id nõ eſt: aliud ſi nondum æger aquã horret.potui ex aqua dandũ eſt.& ſi amaritudine offendit̃:mel adiiciendũ eſt.Et ſi iã is morbus occupauit:per catapotia ſumi poteſt.

Curationes cõmunes aduerſus oẽs morſus ſerpentiũ.

Erpentiũ quoq; morſus nõ nimiũ diſtantẽ curationẽ deſiderãt:quãuis in ea multũ antiq̃ uaria
s rũt ut in ſingula genera anguiũ ſingula medẽdi genera præciperet:atq; aliis alia.Sed i oĩbus ea
dẽ maxime ꝓficiũt.Igit̃ in primis ſup uulnus id mẽbrũ deligandũ eſt:nõ tamẽ nimiũ uehemẽter:ne torpeat.Dein uenenũ extrahendũ eſt.Id cucurbitula optime facit.Neq; alienũ eſt:ante ſcalpello circa uulnus icidere:quo plus uitiati iã ſanguinis extrahat̃.Si cucurbitula nõ eſt.qđ tamen uix icidere poteſt.tũ quodlibet ſimile uas:qđ idẽ poſſit.Si ne id qdẽ eſt:hõ adhibẽdus eſt:q uulnus exſugat.Neq; hercules ſcientiã ꝑcipuã habẽt hi:q pſylli noiant̃:ſed audaciã uſu ipſo cõfirmatã. Nã uenenũ ſerpentis: ut quædã etiã uenatoria uenena:qbus galli ꝑcipue utunt̃:nõ guſtũ:ſed in uulnere nocẽt. Ideoq; colubra ipſa tuto eſtur:ictus eius occidit.& ſi ſtupẽte ea:qđ ꝑ quædã medicamẽta circulatores faciũt: i os digitũ qs ididit:neq; ꝑcuſſus eſt:nulla in ea ſaliua noxa eſt. Ergo qſqs exẽplũ pſylli ſecutus id uulnus exſuxerit:& ipſe tutus erit:& tutũ hoiem ꝑſtabit.Illud ne itereat:ante debebit attẽdere:ne qđ in gingiuis:palatoue:aliaue parte oris ulcus habeat. Poſt hæc his homo loco calido collocãdus ẽ:ſic ut id: qđ ꝑcuſſum erit:in iferiorẽ partẽ iclinet̃.Si neq; q exſugat:neq; cucurbitula eſt:ſorbere opportet ius anſerinũ uel ouillũ uel uitulinũ:& uomere. Viuũ autẽ gallinaceũ pullũ per mediũ diuidere:& ꝓtinus calidũ ſup uulnus iponere:ſic ut pars iterior corpori iungat̃.Facit id etiã hædus:agnuſue diſciſſus: & calida eius caro ſtati ſup uulnus ipoſita.Emplaſtra quoq; quæ ſupra cõpræhenſa ſũt.Aptiſſimũq; eſt: uel epheſiũ:uel id qđ ei ſubiectũ eſt.Præſenſq; in aliquo antidoto ꝑſidiũ eſt.Si id nõ eſt:neceſſariũ ẽ exorbere potionẽ meri uini cũ pipe:uel qdlibet aliud:quo calor mouẽdus eſt:ne humorẽ itus coire patiat̃. Nã maxime pars uenenoꝝ frigore interimit.Oĩa etiã urinã mouẽtia:qa materiã extenuãt.utilia ſũt.

Spetiales curatiões aduerſus ictus ſerpentiũ & primo aduerſus ictũ Aſpidis.

Aec aduerſus oẽs ictus cõia ſunt. Vſus tamẽ ipſe docuit:eũ:quẽ aſpis ꝑcuſſit:acetũ potius bibe
h re debere.Quod demõſtraſſe dicit̃ caſus cuiuſdã pueri q cũ ab hac ictus eſſet: & parti ob ipſũ
uulnus:parti ob imodicos æſtus ſiti premeret̃:ac locis ſiccis aliũ humorẽ nõ repiret acetũ qđ forte ſecũ habebat:ebibit & liberatus eſt.Credo quoniã id:quãuis refrigerãdi uim habet: tamẽ habet etiã diſſipãdi.Quo fit ut terra reſpſa eo:ſpumet.Eadẽ ergo ui ueriſimile eſt:ſpiſſeſcẽtẽ quoq; itus humorẽ hominis ab eo diſcuti:& ſic dari ſanitatẽ.

Aduerſus ictũ ſcorpionis.

N qbuſd i etiã aliis ſerpẽtibus certa quædã auxilia ſatis nota ſũt.Nam ſcorpio ſibi ipſe pulcher
i rimũ medicamentum eſt.Quidam cõtritũ cum uino bibunt.quidam eodem modo contritũ
ſuper uulnus iponunt: quidam ſuper prunam eo impoſito uulnus ſuffumigant undiq; ueſte

circundata:ne is fumus dilabat̃.tum carboné eius ſup uulnus deligát.Bibere auté oportet herbæ ſola
ris:quá heliotropion græci uocát:ſemen:uel certe folia ex uino.Sup uulnus uero etiá furfures ex ace-
to.uel ruta ſiluatica recte ĩponit̃:uel cũ melle ſal toſtus.Cognoui tamé medicos:q ab ſcorpione ictis
nihil aliud:quá ex brachio ſanguiné miſerunt. Aduerſus aranei & ſcorpionis ictum.

e T ad ſcorpionis auté & ad aranei ictũ alliũ cũ ruta recte miſcet̃:ex oleoq; cõtritũ ſup ĩponit̃.

Aduerſus Cæraſtis & Dipſæ & Aemorroidis ictũ.

T ſi Ceraſtes aut Dipſas aut Aemorrois ꝑcuſſit:ſpoli qđ ægyptiæ fabæ magnitudiné æquet:
a arefactũ in duas potiões diuidendũ eſt:ſic ut ei rutæ paulũ adiiciat̃.Trifoliũ quoq; & mẽtaſtæ
& cũ aceto panaces æque ꝓficiũt.Coſtũq; & caſia & cynnamomũ recte ꝑ potioné aſſumunt̃.

Aduerſus Chelydri ictũ & cæraſtis.

Duerſus Chelydri uero ictũ:panacis aut laſer.qđ ſit ſcripuloꝝ.XII.uel porri ſuccus cũ hemina
a uini ſumẽdus eſt:& edéda multa ſatureia.Imponédũ auté ſup uulnus ſtercus caprinũ ex aceto
coctũ:aut ex eodẽ hordeacea farina:aut ruta:uel nepeca cũ ſale cõtrita melle adiecto.Quod in
eo quoq; uulnere:qđ cæraſtes fecit:æque ualet.

Aduerſus Phalãgii ictum.

Bi uero phalangiũ nocuit:ꝑter eá curationé quæ manu reddit̃:ſæpe homo demittédus ĩ ſoliũ
u eſt:danduſq; ei myrræ & uuæ timiniæ par modus ex paſſi hemina.uel rediculæ ſemen:aut lo-
lii radix ex uino:& ſup uulnus furfures ex aceto coctæ.ĩperandũq; ut is cõquieſcat.

Aduerſus ictus italoꝝ anguium:qui minus terribiles peregrinis ſunt.

Erũ hæc genera ſerpentiũ & peregrina & aliquãto magis peſtifera ſunt:maximeq; æſtuoſis lo-
u cis gignunt̃:Italia:frigidioreſq; regiões hac quoq; parte ſalubritaté habét:qđ minus terribiles
angues edunt.Aduerſus quos ſatis ꝓficit herba betonica:uel cãtabrica:uel cétaurion:uel argi-
monia:uel trixago.uel ꝑſonina:uel marinæ paſtinacæ ſingulæ binæue tritæ & cũ uino potui datæ:&
ſup uulnus impoſitæ.Illud ignorari nõ oportet:omnis ſerpẽtis ictũ & ieiuni & ieiuno magis nocere.
Ideoq; ꝑnitioſiſſimæ ſunt cũ incubát.Vtiliſſimũq; eſt:ubi ex anguibus metus eſt:nõ ante ꝓgredi:quá
quis aliqd aſſumpſit. Remediũ generale aduerſus oĩa uenena uel in cibo uel in potiõe aſſũpta.

On tam facile is opitulari eſt:q uenenũ:uel in cibo:uel in potione ſumpſerunt.Primũ:qa non
n protinus ſentiũt:ut ab angue icti:ita ne ſuccurrere qdé ſtatim ſibi poſſunt.Deĩde:qa noxa non
a cute:ſed ab ĩterioribus partibus ĩcipit.Cõmodiſſimũ eſt tamen ubi primũ ſenſit aliqs ꝓtinus
oleo multo epoto uomere.Deĩde:ubi præcordia exhauſit:bibere antidotũ.Si id nõ eſt:uel meꝝ uinũ.

Specialia remedia aduerſus quædá uenena:& primo aduerſus cantharidas.

Vnt tamé quædá remedia propria aduerſus quædá uenena maximeq; leuiora.Ná ſi cãtharidas
aliqs ebibit:panaces cũ lacte cõtuſa:uel galbano:uino adiecto dari:uel lac per ſe debet.

Aduerſus cicutam.

I cicuta:uinũ merũ calidũ cum ruta quáplurimũ ingerendũ eſt.deĩde is uomere cogendus Po-
s ſteaq; laſer ex uino dandũ.Iſq;:ſi febre uacat:in calidũ balneũ mittẽdus.Si nõ uacat:ungendus
ex calefaciẽtibus eſt:Poſt quæ quies ei neceſſaria eſt.

Aduerſus hyoſcyamum.

s I hyoſcyamũ:ferués mulſum bibendũ eſt:aut quodlibet lac maxime tamen aſininum.

Aduerſus cæruſſam.

s I cæruſſam.ius maluæ:uel ius glãdis ex uino cõtritæ maxime proſunt.

Aduerſus ſanguiſugam ſi epota eſt:& lac qđ intus coiit.

I ſanguiſuga epota eſt:acetũ cũ ſale bibendũ eſt.Si lac ĩtus coiit:aut paſſum:aut coagulũ:aut cũ
s aceto laſer. Aduerſus fungos inutiles.

I fungos ĩutiles qs aſſumpſerit:radicula aut epota:aut cũ ſale & aceto edẽda eſt.Ipſi uero hi &
s ſpetie qdé diſcerni poſſunt ab utilibus:& cocturæ genere idonei fieri.Ná ſiue ex oleo ĩferuue-
rũt:ſiue piri ſurculus cũ his ĩferuuit:oĩ noxa uacát.

De aduſtis corporis locis & quo mõ curari debeát

a Duſtis quoq; locis extrĩſecus uis ĩfert̃.Itaq; ſeq uidet̃:ut de his dicá.Hæc aũt optime curát̃ fo-
liis:aut lilii:aut lĩguæ caninæ aut betæ ĩ uetere uĩo oleoq; decoctis.Quoꝝ qd libet ꝓtinus ĩ-
poſitũ ad ſanitaté ꝑducit.Sed diuidi quoq; curatio põt ĩ ea:quæ mediocriter exedẽtia reprimentiaq;:
prĩo & puſtulas ꝓhibeát & ſũmá pelliculá exaſperẽt.Deĩde ea q̃ lenia ad ſanitaté ꝑducát.Ex prioribus
ẽ lẽticulæ cũ melle farina:uel myrra uel uĩo:creta cimolia cũ turis cortice cõtrita & aq̃ coacta:atq; ubi
uſus neceſſitas ĩcidit:aceto diluta.Ex ĩſequẽtibus quælibet lipara.Sed idonea maxĩe ẽ:quæ uel plũbi
recremẽtũ uel uitellos habet.Eſt etiá illa aduſtorũ curatio:dũ ĩflámatio ẽ:ĩpoſitá habere cũ melle len
ticulá.Vbi ea declinauit:faria cũ ruta:uel porro:uel marrubio:donec cruſtæ cadát.Tũ eruũ cũ melle:
aut iri:aut reſiná terebĩthiná:donec ulcus purũ ſit Nouiſſime ſiccũ linamentum.

De ĩterioribus ulceribus:quæ aliq̃ corporũ ꝑte corrupta naſcũt̃. Caput uigeſimumoctauum.

De carbunculo & eius curatione.

a B his quæ extrinſecus ĩcidũt ad ea ueniẽdum eſt:quæ interius corrupta aliqua corporum par-
te naſcunt̃.Ex qbus nõ aliud carbunculo peius.eius hæ notæ ſunt.Rubor eſt ſuperque cum

non nimiũ puſtulæ eminet.maxime nigræ:interdũ ſubliuidæ aut pallidæ.In his ſanies eſſe uidet᷑. ĩfra color niger eſt.Ipſum corpus aridũ & durius quã naturaliter oportet.Circa quẽ q̃ſi cruſta eſt: eaqꝫ iſlã matiõe cingit᷑:neqꝫ in eo loco leuari cutis poteſt:ſed inferiori carni q̃ſi affixa eſt.Sõnus urget. nõnunq̃ horror:aut febris orit᷑:aut utrũqꝫ.Idqꝫ uitiũ ſubter actis quaſi q̃buſdã radicibus ſerpit:ĩterdũ celerius: interdũ tardius.ſupra quoqꝫ ꝓcedẽs inalbeſcit.dein liuidũ fit circũqꝫ exiguæ puſtulæ oriunt᷑. Et ſi cir ca ſtomachũ:fauceſue ĩcidit:ſubito ſpiritũ ſæpe elidit.Nihil melius ẽ:quã ꝓtinus adurere. Neqꝫ id gra ue eſt.Nã nõ ſentit.quoniã ea caro mortua eſt.Finiſqꝫ adurendi eſt:dum ex oĩ parte ſenſus doloris eſt. Tum deĩde uulnus:ſicut cætera aduſta:curandũ eſt.Sequit᷑ enim ſub medicamẽtis erodẽtibus cruſta undiqꝫ a uiua carne diducta:quæ trahit ſecũ quicq̃d corruptũ erat:priuſqꝫ iã ſinus curari põt implẽti-bus.At ſi in ſũma cute uitiũ eſt:poſſunt ſuccurrere quædã uel exedẽtia tantũ uel etiã adurẽtia . Vis ꝓ magnitudine adhibẽda eſt.Quodcũqꝫ uero medicamẽtũ poſitũ eſt:ſi ſatis ꝓficiet:ꝓtinus a uiua corru ptã partẽ reſoluit.Certaqꝫ eſſe fiducia põt fere ut undiqꝫ uitioſa caro excedat : qua huiuſce rei medica-men exeſt Si id nõ fit:medicamẽtũ malo uincit᷑ Vtiqꝫ ad uſtionẽ ꝓperãdũ eſt.Sed ĩ eiuſmodi caſũ ab-ſtinendũ a cibo:a uino eſt.Aquã liberaliter bibere expedit.Magiſqꝫ ea ſeruãda ſunt : ſi febricula quoqꝫ acceſſit.

## De carcinomate & eius curatione.

n On idẽ periculũ carcinoma affert:niſi ĩprudẽtia curãtis agitatũ eſt.Id uitiũ fit maxime in ſupio ribus partibus:circa faciẽ:nares:aures:labra:mãmas fœminaꝝ.Et in iecore autẽ aut ſplene hoc naſcit᷑.Circa locũ aliq̃ quaſi pũcta ſentiunt᷑.iſqꝫ ĩmobilis:inæq̃lis tumet:ĩterdũ etiã torpet:Cir ca eũ ĩflatæ uenæ q̃ſi recuruant᷑.hæqꝫ pallẽt:aut liuẽt.nõnunq̃ etiã in q̃buſdã deliteſcũt.Tactuſqꝫ is lo cus aliis dolorẽ affert:in aliis eũ nõ habet.Et nõnunq̃ ſine ulcere durior aut mollior eſt: quã eſſe natu-raliter debet:nõnunq̃ hiſdẽ oĩbus ulcus accedit.Interdũqꝫ nullã habet ꝓprietatẽ:ĩterdũ ſimile his eſt: quæ uocãt græci cõdylomata:aſpredine quadã & magnitudine ſua.Colorqꝫ eius ruber eſt:aut lẽticulæ ſimilis neqꝫ tuto fert᷑.Nã ꝓtinus aut reſolutio neruoꝝ:aut diſtẽtio inſeq̃t᷑.Sæpe homo ictus obmute-ſcit.atqꝫ eius aĩa deficit.Quibuſdã etiã ſi id ipſum preſſum eſt.quæ circa ſunt : ĩtendunt᷑ & ĩtumeſcũt. Nã q̃ peſſimũ id genus eſt. fereqꝫ primũ id fit q̃d᷑ cacoethes a græcis noĩat᷑ . Deĩde ex eo id carcinoma q̃d᷑ ſine ulcere eſt.Deĩde ulcus ex eo thymiũ.Tolli nihil niſi cacoethes põt.reliq̃ curatiõibus irritant᷑. Et quo maior uis adhibita eſt:eo magis q̃dã uſi ſunt medicamẽtis adurẽtibus.Quidã ferro aduxerũt. Quidã ſcalpello exciderũt.Neqꝫ ulli unq̃ medicina ꝓficit. Sed aduſta ꝓtinus cõcitata ſũt & ĩcreuerũt: donec occiderẽt. Exciſa etiã poſt ĩducta cicatricẽ tamen reuerterũt & cauſam mortis attulerũt.Cũ ite ri n pleriqꝫ nullã uim adhibẽdo:q̃ tollere id malũ tentẽt:ſed ĩponẽdo tantũ lenia medicamẽta:q̃ quaſi blãdiat᷑:quominus ad ultimã ſenectutẽ ꝑueniãt:nõ ꝓhibent᷑.Diſcedere autẽ cacoethes q̃d᷑ curationẽ recipit a carcinomate:q̃d᷑ nõ recipit:nemo ſcire põt:Sed tẽpore ꝙ experimẽto.Ergo ubi primũ id uitiũ notatũ eſt:ĩponi debẽt medicamẽta adurẽtia.Si leuat᷑ malũ:minuũturqꝫ eius inditia: ꝓcedere curatio põt & ad ſcalpellũ & ad uſtionẽ.Si ꝓtinus irritatũ eſt ſcire licet iã carcinoma eſſe:remouẽdaqꝫ ſunt oĩa acria:oĩa uehemẽtia.Sed ſi ſine ulcere is locus eſt:ĩponi ficũ quã pinguiſſimã aut rhypodes emplaſtrũ ſatis eſt.Si ulcus æq̃le eſt:cæratũ ex roſa iniiciẽdũ eſt:adiiciẽduſqꝫ ei puluis ex cõtrita teſta:ex qua faber ferrarius tingere candẽs ferrũ ſolitus eſt Si id nimiũ ſupcreuit:tentãda ſquama æris eſt . q̃ leniſſima ex adurẽtibus eſt:eatenus neq̃d eminere patiat᷑.ſed ita:ſi nihil exacerbauit . Si minus : eodẽ cærato cõtẽti eſſe debebimus.

## De Theriomate & eius curatione.

e St etiã ulcus:q̃d᷑ therioma græci uocant.Id & ꝑ ſe naſcit᷑ & ĩterdũ ulceri ex alia cauſa facto ſup-uenit.color eſt uel liuidus:uel niger.odor fœdus:multus:& mucci ſimilis humor.Ipſum ulcus neqꝫ tactũ:neqꝫ medicamẽtũ ſentit.prurigine tantũ mouet᷑.At circa:dolor eſt & ĩflãmatio. In-terdũ etiã febris orit᷑.Nõnunq̃ ex ulcere ſanguis erũpit.At id quoqꝫ malũ ſerpit.Quæ oĩa ſæpe ĩtendũ tur:Fitqꝫ ex his ulcus:q̃d᷑ herpeta eſchiomenõ græci uocãt : q̃a celeriter ſerpẽdo penetrãdoqꝫ uſqꝫ oſſa corpus uorat.Id ulcus inæquale eſt:cœno ſimile. ineſtqꝫ multus humor glutinoſus.odor ĩtolerabilis: maiorqꝫ q̃ ꝓ mõ ulceris inflãmatio.Vtrunqꝫ:ſicut oĩs cancer:fit maxime in ſenibus uel his:quoꝝ cor-pora mali habitus ſunt.Curatio utriuſqꝫ eadẽ eſt:ſed in maiore malo magis neceſſaria. Ac primũ a ui-ctus ratiõe ordinãdus eſt.ut q̃eſcat in lectulo:ut primis diebus a cibo abſtineat:aquã quã plurimã aſſu mat.Aluus quoqꝫ ei ducat᷑.Dein poſt ĩflãmationẽ cibũ boni ſucci capiat:uitatis oĩbus acribus: potiõis quantũ uolet:ſic ut ĩterdiu q̃dẽ aqua cõtẽtus ſit.In cœna etiã uini auſteri aliq̃d bibat.Nõ æque tamen fame in his:quos herpes urgebit:atqꝫ his q̃ therioma adhuc habebũt:utendũ erit.Et uictus q̃dem talis neceſſarius eſt.Sup ulcus uero ĩſpergẽda arida aloe oenãthe eſt:& ſi parũ ꝓficiet:chalcitis.Ac ſi q̃s ner-uus exeſa carne nudatus eſt:cõtegẽdus ante linteolo eſt:ne ſub eo medicamẽto adurat᷑.Si ualidioribus etiam num remediis opus eſt:ad eas cõpoſitiones ueniendũ eſt:quæ uehemẽtius adurũt:Quicq̃d autẽ inſpergitur auerſo ſpecillo infundi debet.Sup danda cum melle ſunt uel linamẽta . uel oleæ folia ex ui-no decocta:uel marrubium:eaqꝫ linteolo cõtegẽda in aqua frigida madifacto:dein bene expreſſo.Cir-caqꝫ qua tumor ex inflãmatione eſt:imponẽdaqꝫ reprimãt cataplaſmata.Si ſub his nihil proficitur:fer ro locus aduri debet:diligenter neruis:ſiqui apparent:ante contectis:Aduſtum uel medicamentis uel ferro corpus primum purgandum:deinde implendum eſſe:apparere cuilibet ex prioribus poteſt.

De ſacro igne & eius curatione.

Acer quoq; ignis malis ulceribus annumerari debet. Eius duæ ſpeties ſunt. Alteꝝ eſt ſubrubicundū:aut mixtū rubore atq; pallore:exaſperatūq; ꝑ puſtulas cōtinuas:quaꝝ nulla:altera maior eſt:ſed plurimæ ꝑexiguæ.In his ſemꝑ fere pus:& ſæpe rubor cū calore ē.ſerpitq; id nōnunq̄ ſaneſcēte eo:qđ primū uitiatū ē:nōnunq̄ etiā exulcerato.ubi ruptis puſtulis ulcus cōtinuaſ:humorq; exit.q̄ eſſe īter ſanié & pus uideri pōt.Fit maxime in pectore:aut lateribus:aut eminētibus partibus ꝓcipueq; in plātis.Alteꝝ autē eſt in ſūmæ cutis exulceratione:ſed ſine altitudine:latū.ſubliuidū:inæq̄liter tamē:mediūq; ſaneſcit extremis ꝓcedētibus:ac ſæpe id qđ iā ſanū uidebiſ iteꝝ exulceraſ.At circa ꝓxima cutis:q̄ uitiū receptura eſt:tumidior & durior eſt : colorēq; habet ex rubro ſubnigꝝ. Atq; hoc quoq; modo fere corpora ſeniora tentanſ:aut q̄ mali habitus ſunt:ſed in cruribus maxime . Oīs autē ſacer ignis ut minimū ꝑiculū habet ex his q̄ ſerpunt.ſic ꝓpe difficillime tolliſ.Medicamētū eius fortiſſimū eſt.Vno die febris:q̄ humorē noxiū abſumat.Cuius quo craſſius & albidius eſt : eo ꝑiculi minus eſt.Prodeſt etiā īfra os ulceꝝ lædi:quo plus puris exeat:& id:quo ibi corruptū corpus eſt:extrahat. ſed tamē ſi febricula acceſſit:abſtinētia:lectulo:alui ductiōe opus eſt.In oī uero ſacro igni neq; lenibus & glutinoſis cibis:neq; ſalſis & acribus utendū eſt:ſed his q̄ īter utrunq; ſunt.q̄lis eſt panis ſine fermento: piſcis:hedus:aues:exceptoq; apro oīs fere uenatio.Si nō eſt febricula:& geſtatio utilis eſt:& ambulatio & uinū auſteꝝ & balneū.Atq; in hoc quoq; genere potio magis liberalis eſſe:quā cibus debet.Ipſa autē ulcera ſi mediocriter ſerpunt:aqua c.lida.Si uehemētius:uino calido fouēda ſunt.Deīde acupuſtulæ quæcūq; ſunt apiēdæ.Tum īponēda ea:q̄ putrē carnē exedūt.Vbi inflāmatio ſublata : ulcuſq; purgatū eſt:īponi leue medicamētū debet.In altero autē genere poſſunt ꝓficere mala cotonea in uino cocta atq; cōtrita.Poteſt emplaſtꝝ uel Hieræ:uel tetrapharmacū:cui quinta pars turis adiecta ſit.Poteſt nigra hedera ex uino auſtero cocta.Ac ſi celeriter malū ſerpit:non aliud magis ꝓficit . Purgato ulcere: qđ in ſūma cute eſſe ꝓpoſui:ſatis ad ſanitatē eadē lenia medicamēta ꝓficient.

De Chironeo ulcere & eius curatione.

Hironeū autē ulcus appellaſ qđ & magnū eſt & habet oras duas:calloſas:tumētes. Exit ſanies nō multa:ſed tenuis.Odor malus neq; in ulcere neq; in eius tumore eſt.Nulla īflāmatio dolor modicus eſt.nihil ſerpit.ideoq; nullū ꝑiculū affert ſed nō facile ſaneſcit.Interdū tenuis cicatrix induciſ.deīde iteꝝ rūpiſ.ulcuſq; renouaſ . Fit maxime in pedibus & cruribus Suꝑ id īponi debet qđ & lene aliq̄d & uehemēs & reprimens habeat.Quale eius rei cauſa ſit ex his. Squamæ æris:plūbi eloti cōbuſti:ſinguloꝝ.P.XIIII.Cadmiæ:cæræ.ſinguloꝝ.P.XVIII.roſæ quantū ſatis eſt ad cærā ſimul cum eis molliendam.

De ulceribus quæ ex frigore in pedibus & manibus oriunſ:& eoꝝ curationibus.

Iunt etiā ex frigore hiberno ulcera:maxime in pueris & ꝑcipue pedibus digitiſq; eoꝝ:nōnunq̄ etiā in manibus.Rubor cū inflāmatiōe mediocri eſt.Interdū puſtulæ oriunſ deinde exulceratio Dolor autē modicus.Prurigo maior eſt.nōnunq̄ humor exit:ſed non multus: q̄ referre uel pus uel ſanié uideſ In primis multa calida aqua fouendū eſt:in q̄ rapa decocta:aut ſi ea nō ſunt:aliquæ uerbenæ ex reprimētibus.Si nōdū adapertū ulcus æs q̄ maxime calidū q̄s pati pōt admouendū eſt. Si iā exulceratio ē:īponi debet alumen æqua portiōe cū ture cōtritū:cū uino adiecto.aut malicorium in aqua coctū:deīde cōtritū.Si ſūma detracta pellicula eſt:hic quoq; melius lenia medicamēta ꝓficiunt.

De ſtruma & eius curatione.

Truma quoq; eſt tumor:in quo ſubter cōcreta q̄dā ex purē & ſanguīe q̄ſi glādulæ oriūſ.Quæ uel ꝑcipue fatigare medicos ſolēt.quoniā & febres mouēt:nec unq̄ facile matureſcunt:& ſiue ferro ſiue medicamētis curanſ.Plerūq; iteꝝ iuxta cicatrices ipſas reſurgūt: multoq; poſt medicamēto eſt opus.Quibus id quoq; accedit:qđ lōgo ſpatio detinēt.Naſcunſ maxīe in ceruice: ſed etiā in alis & īguinibus & ī lateribus.In mālis quoq; fœminaꝝ ſe reppiſſe chirugicus Meges auctor ē.Propter hæc & albū ueratꝝ recte daſ.atq; etiā ſæpius donec ea digeranſ.Et medicamēta īponūſ:q̄ humorē uel educāt uel diſſipēt:quoꝝ ſupra mētio facta eſt.Adurētibus quoq; q̄dā utunſ:q̄ exedūt:cruſtaq; eū locū aſtringūt.tūc uero ut ulcus curāt.Quæcūq; autē ratio curādi eſt:corpus puro ulcere exercendū atq; alēdū eſt:donec ad cicatricē ꝑueniat.Quæ cū medici doceāt quorundā ruſticoꝝ experimento cognitum:quē ſtruma male habet eum:ſi anguem edit.liberari.

De ſurunculo & eius curatione.

Vrunculus uero eſt tuberculū acutū cū īflatione & dolore:maximeq; ubi iā in pus uertit.Qui ubi adapertus eſt:& exit ſuꝑ apparet pars carnis ī pus uerſa:pars corrupta ſubalbida ſubrubra. quē uentriculū q̄dā furūculi noīant.In eo nullū ꝑiculū eſt etiā ſi nulla curatio adhibeaſ.Matureſcit enim ꝑ ſe atq; erūpit.Sed dolor efficit:ut potior medicina ſit quæ maturius liberet.Propriū eius medicamētū galbanū eſt.Sed alia quoq; ſupra cōprehēſa ſunt.Si cætera deſunt: īponi debēt primū nō pingue emplaſtrū:ut id reprimat.deīde ſi nō repreſſit:quodlibet puri mouendo accōmodatū. Si ne id q̄dē eſt:uel reſina:uel fermentū.Expreſſo pure nulla ultra curatio neceſſaria eſt.

De phymate & eius curatione.

Hyma uero noīaſ tuberculū furunculo ſimile:ſed rotundius & planius:ſæpe etiā maius.Nam furunculus oui dimidii magnitudinem raro explet nunq̄ excedit . Phyma etiam latius patere

conſueuit.Sed inflāmatio dolorq; ſub eo minores ſunt.Vbi euulſum eſt pus:eodē modo apparet uentriculus.qd' in ſurunculo nō inueniť.Verū oīs corrupta caro in pus uertiť. Id autē ī pueris & ſæpius naſciť & facilius tolliť.in iuuenibus rarius oriť & difficilius curať.Vbi ætas indurauit:ne naſciť quidē.Quibus uero medicamētis diſcutereť:ſupra propoſitum eſt.

De phlygetro & eius curatione.

p Hlygetron autē eſt tumor nō altus latus in quo qddā puſtulæ ſimile eſt. Dolor diſtētioq; uehemēs eſt & maior q̄ ꝓ magnitudine tumoris.īterdū etiā febricula.idq; tarde matureſcit:neq; magnoꝑe in pus cōuertiť.Fit maxime aut in uertice:aut in alis:aut īguinibus:Panē ad ſimilitudinē figuræ roſtri uocāt.Atq; id ipſum quo medicamēto tollereť ſupra demōſtraui. Sed cū oēs hi nihil niſi minuti abſceſſus ſint:generale nomē trahit latius uitiū ad ſuppurationem ſpectās. Idq; fere fit aut poſt febres:aut poſt dolores partis alicuius:maximeq; eos:q uentrē īfeſtarūt.Sæpiuſq; oculis expoſitū eſt.Si qdē latius aliqd ītumeſcit ad ſimilitudinē eius:qd' phyma uocari ꝓpoſui:rubetq; cū calore:& paulo poſt etiā cū duritia magiſq; inocēter īdoleſcit:& ſitim uigiliāq; exprimit. Interdū tamē nihil horū in cute depꝑhēdi poteſt:maximeq; ubi altius pus moueť.Sed cū ſiti uigiliaq; ſentiunť ītus aliquæ punctiōes.& qd' de ſubito durius nō eſt:melius eſt.& quāuis nō rubet:coloris tamen aliter mutati eſt. Quæ ſigna iam pure oriēte naſcunť. Tumor uborq; multo ante incipiūt.Sed ſi locus mollis eſt:auertēdus is materiæ aditus eſt ꝑ cataplaſmata:quæ ſimul & reprimūt & refrigerāt.q̄lia & alias & pauloāte in eriſipela ꝓ poſui.Si iā durior eſt:ad ea ueniēdū eſt:quæ digerāt & reſoluāt.qualis eſt ficus arida cōtuſa.aut fex mixta cū cærato:qd' ex adipe ſuilla coactū ſit.aut cucumeris radix: cui ex farina duæ partes adiectæ ſint ante ex mulſo decoctæ.Licet etiā miſcere æquis portionibus ammoniacū:galbanū:ꝓpolim:uiſcū:pōduſq; adiicere myrræ dimidio minus:quā ī prioribus ſingulis erit. Atq; emplaſtra quoq; & malagmata idē efficiūt:q ſupra explicui.Quod ꝑ hæc diſcuſſum nō eſt:neceſſe eſt matureſcat: Idq; quo celerius fiat:īponēda eſt farina hordeacea. ex aqua cocta recte miſceť.Eadē autē hæc in minoribus quoq; abſceſſibus:quoꝝ noīa ꝓprietateſq; ſupra reddidi:recte fiunt.Eadēq; oīum curatio.Tantū modo diſtat.Crudū eſt autē:in quo magis q̄ſi uenaꝝ motus eſt & grauitas & ardor & diſtētio & dolor & rubor & durities.Et ſi maior abſceſſus eſt:horror aut etiā febricula ꝑmanet.Penituſq; cōdita ſuppuratio.Si pro his quæ alibi cutis oſtēdit:punctiōes ſunt:ubi iſta ſe remiſerūt:iāq; cutis prurit:& aut ſubliuidus aut ſubalbidus eſt:matura ſuppuratio eſt.eaq; ubi uel ꝑ ipſa medicamēta. uel etiā ferro aperta eſt:pus debet emitti:Tum ſi qua in alis uel īguinibus ſunt:ſine linamēto nutriēda ſūt.In cæteris quoq; partibus:ſi una plaga exigua eſt:ſi mediocris ſuppuratio fuit:ſi nō alte penetrauit:ſi febris nō eſt:ſi ualet corpus:æque linamēta ſuꝑuacua ſunt.In reliqs parce tamē:nec niſi plaga eſt: īponi deberet Cōmode uero uel ſuꝑ linamēta:uel ſine his īponiť lēticula ex melle: aut malicoriū ex uino coctū Quæ & ꝑ ſe:& mixta idonea ſunt.Si qua circa duriora ſunt:ad ea molliēda:uel malua contrita:uel fœni græci:liniue ſemen.ex paſſo coctū ſuꝑ dandū eſt.Quicqd deīde impoſitū eſt:non aſtringi ſed modice deligari debet.Illo neminē decipi decet:ut in hoc genere cærato utať.Cætera quæ ꝑtinent ad purgandū ulcus:adimplendū ad cicatricē inducendā:cōueniunt quæ in uulneribus expoſita ſunt.

De fiſtulis & eaꝝ generibus & curationibus.

n Onnunq̄ autē ex eiuſmodi abſceſſibus & ex aliis ulceꝝ generibus fiſtulæ oriunť. Id nomē eſt ulceri alto:anguſto:calloſo.Fit in oī fere parte corporis:habetq; quædā in ſingulis locis ꝓpria. prius de cōmunibus dicam.Genera igiť fiſtulaꝝ plura ſunt Siquidē aliæ breues ſūt:aliæ altius penetrāt aliæ recte ītus ferunť aliæ multoq; plures tranſuerſe:aliæ ſimplices ſunt:aliæ duplices:tripliceſue ab uno ore intus orſæ:quæ tres fiūt:aut etiā ī plures ſinus diuidunť.aliæ rectæ:aliæ flexæ & tortuoſe ſunt.Aliæ ītra carnē deſinūt.Aliæ ad oſſa:aut cartilaginē penetrāt:aut ubi neutꝝ hoꝝ ſubeſt ad īteriora ꝑueniūt.Aliæ deīde facile:aliæ cū difficultate curanť.Atq; etiā quædā īſanabiles reperiuntur. Expedita curatio eſt in fiſtula ſimplici recenti intra carnē:adiuuatq; ipſum corpus ſi iuuenile. ſi firmū eſt.Inimica:cōtraria his ſunt.Itēq; ſi fiſtula os uel cartilaginē:uel neruū:uel muſculos læſit. ſi articulū occupabit.ſi uel ad ueſicā:uel ad pulmonē:uel ad uuluā:uel ad grādes uenas: arteriaſue: uel ad inania:ut guttur:ſtomachū:thoracē penetrauit.Ad īteſtina quoq; eā tēdere ſemꝑ ꝑiculoſum:ſæpe peſtiferꝝ ē. Quibus multū mali accedit:ſi corpus:uel ægrū:uel ſenile:uel mali habitus eſt. Ante oīa autē demitti ſpecillū in fiſtulā cōuenit:ut quo tēdat & quā alte ꝑueniat:ſcire poſſimus. Simul etiā ꝓtinus humida:an ſiccior ſit.Quod extracto ſpecillo patet.Si uero os in uicino eſt:id qd' diſci pōt ſic:iā nec ne eo fiſtula penetrauit:q̄tenus nocuerit.Nā ſi molle eſt:qd' ultimo ſpecillo cōtingiť: ītra carnē adhuc uitiū eſt. Si magis id renititť:ad os uentū eſt.Ibi deīde ſi labiť ſpecillū:nōdū caries eſt.Si nō labiť:ſed æq̄li innitiť. caries qdē:ueꝝ adhuc leuis eſt.Si inæq̄le quoq; & aſpeꝝ ſubeſt:uehemētius os exeſum ē. At cartilago ubi ſubhæſit: ipſa ſedes docet:ꝑuētūq; eſſe ad eā ex renixu patet.Sed ex his qdē colliguntť fiſtulaꝝ ſedes:ſpatia:noxæ.Sīplices uero hæ ſint:an ī plures ꝑtes diducāť:cognoſci pōt ex mō puris:cuius ſi plus ferť:quā qd' ſimplici ſpatio cōuenit:plures ſinus eſſe manifeſtum eſt. Cūq; fere iuxta ſint caro & neruus & aqua neruoſa: quales fere tunicæ:membranæq; ſunt:genus quoq; puris docebit.num plures ſinus inus diuerſa corporis genera perroſerint. Siquidem ex carne pus leue:album:copioſus fertur. At ex neruoſo loco:coloris quidem eiuſdem: ſed tenuius & minus. Ex neruo: pingue & oleo non diſſimile. Deniq; etiam corporis inquinatio docet. num in plures partes fiſtulæ penetrarint; quia

ſæpe cū qs aliter decubuit : aliterque mēbrū collocauit:pus ferri:qđ iam deſierat:incipit , teſtaturq̧
nō ſolū aliū ſinū eſſe ex quo deſcēdat:ſed etiā in aliā corporis partē eum tēdere. Sed ſi & in carne & re
cens & ſimplex eſt:ac neq̧ rugoſa neq̧ caua ſede:neq̧ in articulo:ſed in eo mēbro: qđ p ſe īmobile:nō
niſi cū toto corpore moueť:ſatis ꝑficiet emplaſtrū:qđ recētibus uulneribus īponiť:dum habeat : uel
ſalē uel alumen:uel ſquamā æris:uel æruginē:uel ex metallicis aliqd Exq̧ eo colliriū fieri debet altera
parte tenuius:altera paulo plenius.Idq̧ ea parte qua tenuius eſt : altera antecedēte demitti oportet in
fiſtulā:donec ſanguis purus ſe oſtē dat.Quæ in oībus fiſtulaꝝ colliriis ꝑpetua ſunt.Idē deinde empla-
ſtrū in linteolo ſupimponēdū:ſupraq̧ iniciēda ſpongia cū in acetū ante demiſſa. ſoluiq̧ quinto die ſa
tis eſt.Genuſq̧ uictus adhibendū eſt:quo carnē ali docui.Ac ſi lōgius a ꝑcordiis fiſtula eſt : interuallo
ieiunū radiculas ediſſe:deīde uomere:neceſſariū eſt.Vetuſtate calloſa fit fiſtula.Callus autē neminem
fallit:qa durus eſt:& aut albus:aut pallidus.Sed tum ualidioribus medicamentis opus eſt. Quale eſt:
qđ habet papaueris lachrimæ.P.I.gūmi.P.III.cadmiæ.P.IIII.atramēti ſutorii.P.XVIII. Ex qbus aqua
coactis colliriū fit.Aut in quo ſunt gallæ.P.X.æruginis ſandaracæ.aluminis ægyptii: ſinguloꝝ. P.XI.
atramēti ſutorii cōbuſti.P.XII.Aut qđ cōſtat ex chalcitide & ſaxo calcis quibus auripigmēti dimidio
minus:quā in ſingulis prioribus eſt:adiiciť.eaq̧ melle cocto excipiunť.Expeditiſſimū autē eſt ex ꝑce-
pto Megetis:æruginis raſæ.P.XII.cōterere:deinde ammoniaci:thymiamatis.P.XII.aceto liquare: eoq̧
infuſo ex ærugine colligere.Idq̧ ex primis medicamētis eſt.Sed ut hæc maximi effectus ſūt:ſic cui iſta
nō adſunt:facile tamē eſt callū qbuſlibet adurētibus medicamētis ꝑdere.aut qbus hæc maxime ī effe
ctu ſunt erodere.Satiuſq̧ eſt uel papiꝝ intortū:uel aliqd ex penicillo in modū collirii aſtrictū eo illi-
nire.Scylla quoq̧ cocta & mixta cū calce callū exeſt.Si quādo uero lōgior & trāſuerſa fiſtula eſt:demiſ
ſo ſpecillo cōtra principiū huius incidi cōmodiſſimū eſt & colliriū utrūq̧ demitti. At ſi duplicem eſſe
fiſtulā aut multiplicē exiſtimamus:ſic tamē:ut breuis:intraq̧ carnē ſit:collirio uti nō debemus: quod
unā partē curet:reliq̧s omittat.Sed eadē medicamēta arida in calamū ſcripto : iā coniiciēda ſūt iſq̧ ori
fiſtulæ aptādus:īſpirādū q̧:ut ea medicamēta ītus cōpellāť.Aut eadē ex uino liquāda. Vel ſi ſordidior
fiſtula eſt:ex mulſo.ſi caloſior:ex aceto ſunt.atq̧ intus īfundendū qcqd inditū eſt.Supponēda ſūt quæ
refrigerēt & reprimāt.Nā fere quæ circa fiſtulā ſunt:habēt aliqd inflāmatiōis.Neq̧ alienū eſt ubi quis
reſoluerit:anteq̄ rurſus alia medicamēta coiiciat:ꝑ oriculariū clyſterē fiſtulā eluere. Si plus puris ferť:
uino.Si callus durior eſt:aceto.Si iā purgať:mulſo:uel aqua ī qua eruū coctū ſit:ſic ut huic quoq̧ mel
lis paulū adiiciať.Fere uero fit:ut ea tunica quæ īter ferrumen & ītegrā carnē eſt : uicta medicamentis
tota exeat:infraq̧ ulcus purū ſit.Quod ubi cōtigit:īponēda glutinātia ſunt:præcipueq̧ ſpongia melle
cocto illita.Neq̧ ignoro multis placuiſſe:linamētū in modū collirii cōpoſitū tinctū melle demitti.Sed
celer ius id glutinať:quā īpleť.Neq̧ uerēdū eſt ne purū corpus puro corpori iunctū nō coeat: adiectis
quoq̧ medicamētis ad id efficacibus:cū ſæpe exulceratio digitoꝝ:niſi magna cura ꝑſpeximus:ſaneſcē
do in unum eos iungat.

De melicera.

St etiā ulceris genus:qđ a faui ſimilitudine melicera a græcis noiať.idq̧ duas ſpecies habet.Al
e teꝝ ſubalbidū furūculo ſimile: ſed maius & cū dolore maiore.Quod ubi matureſcit:habet fo
ramina p quæ ferť humor glutinoſus & purulētus.Nec tamē ad iuſtā maturitatē ꝑuenit. Si di
uiſum eſt:multo plus ītus corrupti:quā in furūculo apparet:altiuſq̧ deſcēdit.Raro fit niſi in ſcapulis.
Alteꝝ eſt minus ſup corpus eminēs:duꝝ:latū:ſubuiride:ſubpallidū:magis exulceratū.Si qdē ad ſingu
loꝝ piloꝝ radices foramina ſunt:ꝑ quæ ferť humor glutinoſus ſubpallidus:craſſitudinē mellis aut ui
ſci referēs.īterdū olei.Si incidiť:uiridis intra caro apparet.Dolor autē & īflāmatio ingens eſt : adeo ut
acutā quoq̧ febrē mouere cōſuerint.Sup id qđ minus crebris foraminibus exaſperatū eſt: recte īponi
tur & ficus arida:& lini ſemen in mulſo coctū:& emplaſtra ac malagmata materiā educētia:aut q̄ pro-
prie huc ꝑtinētia ſupra poſui.Sup alteꝝ:& ea medicamēta & farina ex mulſo cocta:ſic ut ei dimidium
u Bi uero grauius aliq̃s audire cœpit.Quod maxĩe poſt longos capitis dolores euenire cõſueuit ĩ primis aurẽ ipſam cõſiderare oportet.Apparebit enĩ aut cruſta q̃lis ſup ulcera ĩnaſcit:aut ſordiũ coitus.Si cruſta ẽ:ĩfundẽdũ ẽ aut oleũ calidũ:aut cũ melle ærugo:uel porri ſuccus:aut cũ mulſum:nitri paulũ.Atq; ubi cruſta a corpore iã recedit:eluẽda auris aq̃ tepida ẽ:quo facilius ea ꝑ ſe diducta: oriculario ſpecillo ꝓtrahat.Si ſordes æque molles ſunt:eodẽ ſpecillo eximẽdæ ſunt.At ſi duræ ſunt: acetũ & cũ eo nitri paululũ coiciendũ ẽ.Cũq; emollitæ ſunt:eodẽ mõ elui aurẽ:purgariq; oportet.Quod ſi capitis grauitas manet:attõdendũ idẽ:& leniter:ſed diu ꝑfricãdũ ẽ: adiecto uel irino uel laureo oleo: ſic ut utrilibet paulũ aceti miſceat.tũ diu ãbulandũ:leniterq; poſt unctionẽ.aq̃ calida caput fouendũ. Cibiſq; utendũ ex ĩbecilliſſima & media materia: magiſq; aſſumẽdæ dilutæ potiões.nõnunquã gargarizandũ ẽ.Infundendũ aũt ĩ aurẽ caſtoreũ cũ aceto & laureo oleo & ſucco radiculæ corticis.Aut cucumeris agreſtis ſuccus adiectis cõtritis roſæ foliis.Immaturæ quoq; uuæ ſuccus cũ roſa ĩſtillatus aduerſus ſorditatem ſatis proficit.

Ad ſonitum aurium intra ſeipſas.

a Liud uitii genus eſt:ubi aures intra ſeipſas ſonant.Atq; hoc quoq; fit:ne externum ſonum accipiant.Leuiſſimum eſt:ubi id ex grauedine eſt.Peius:ubi ex morbis:capitiſue longis doloribus ĩcidit.Peſſimum:ubi magnis morbis uenientibus:maximeq; comitiali:prouenit.Si ex grauedine ẽ:purgare aurẽ oportet:& ſpiritũ cõtinere donec ĩde humor aliq̃s expumet.Si ex morbo uel capitis dolore. qđ ad exercitationẽ:frictionẽ:ꝑfuſionẽ:gargarizationẽq; ꝑtinet:eadẽ faciẽda ſunt.Cibis nõ utendũ niſi extenuantibus.In aurem dandus radiculæ ſuccus cum roſa:uel cum ſucco radicis ex cucumere agreſti:uel caſtoreum ex aceto & laureo oleo.Veratrũ quoq; cũ aceto conteritur.deinde melle cocto excipitur:& inde collirium factũ ĩ aurem demittit.Si ſine his cepit:ideoq; nouo metu terret:in aurem dari debet caſtoreum cũ aceto uel irino uel laureo oleo:aut huic mixtũ caſtoreum cũ ſucco nucum amarũ:aut myrra & nitrũ cũ roſa & aceto.Plus tamen in hoc quoq; proficit uictus ratio.Eademq; facienda ſunt:quæ ſupra comprehendi:cum maiore quoq; diligentia:& præterea donec his ſonus finiat: a uĩo abſtinẽdũ.Quod ſi ſimul & ſonus & ĩflãmatio:laureũ oleũ cõieciſſe abũde ẽ.aut id qđ ex amaris nucibus exprimit.Quibus q̃dam uel caſtoreum uel myrram miſcent.

Ad ea quæ in aurem inciderunt extrahenda.

Olet etiam interdum in aurem aliquid incidere : ut calculus : aliquodq; animal . Si pulex intus eſt : compellendum eo lanæ paulum eſt : quo ipſe is ſubit & ſimul extrahitur.

Si non eſt ſecutus : aliudue animal eſt : ſpecillum lana inuolutum in reſinam quam glutinoſiſſimam maximeq; terebinthinã demittendũ:idq; in aurẽ coiciendũ:ibiq; uertẽdũ eſt Vtiq; enim cõprehẽdet & eximet.Sin aliqd exanime eſt:ſpecillo oriculario ꝑtrahendũ eſt:aut hamulo retuſo paulũ recuruato.Si iſta nihil ꝓficiunt:põt eodẽ modo reſina ꝑtrahi.Sternutamẽta quoq; admota id cõmode elidũt: aut oriculario clyſtere aqua uehemẽter intus cõpulſa.Tabula quoq; collocat̃ media inhærens capitibus utrinq; pendẽtibus:ſupq; eã homo deligat̃ ĩ id latus uerſus:cuius auris eo modo laborat:ſic ut extra tabulũ emineat Tum malleo caput tabulæ:qđ a pedibus eſt:ferit̃.atq; ita cõcuſſa aure:id qđ ineſt: excidit.

## De narium morbis & curationibus. Caput.viii.

n Ares uero ĩtus exulceratas fouere oportet uapore aquæ calidæ:ideſt ſpõgia expreſſa atq; admota.fit & ſubiecto uaſe oris anguſti calida aqua repleto.Poſt id fomentũ illinẽda ulcera ſũt: aut plũbi recremẽto:aut cæruſſa.Aut argẽti ſpumã cũ quolibet hoꝝ aliqs cõterit.eiq; dũ terit̃ inuicẽ uinũ & oleũ myrteũ adiicit:donec mellis craſſitudinẽ fecerit.Sĩ autẽ ea ulcera circa nares ſũt:pluresq; cruſtas & odorẽ fœdũ habẽt:qđ genus græci ozenan appellãt:ſciri qdẽ debet:uix ei malo poſſe ſuccurri.Nihilominus tamẽ hæc tentari poſſunt:ut caput ad cutẽ tõdeat̃:aſſidueq; uehemẽter ꝑfricetur:multa calida aqua ꝑfundat̃:multa ei deambulatio ſit.cibus modicus:neq; acer neq; ualẽtiſſimus. Tum in narẽ ipſam mel cũ exiguo modo reſinæ terebinthinæ coiiciat̃. Quod ſpecillo quoq; ĩuoluto lana ſit:atrahaturq; ſpiritu is ſuccus donec in ore guſtus eius ſentiat̃.ſub his enim cruſtæ reſoluuntur: quæ tum ꝑ ſternutamẽta elidi debẽt:Puris ulceribus uapor aquæ calidæ ſubiiciẽdus eſt.Deinde adhibendũ aut lyciũ ex uino dilutũ:aut amurca:aut omphaciũ:aut mẽtæ:aut marrubii ſuccus:aut atramẽtũ ſutoriũ:qđ candẽs factũ deinde cõtritũ ſit:aut ĩterior ſcyllæ pars cõtrita:ſic ut horum cuilibet mel adiiciat̃.Cuius in cæteris admodũ exigua pars eſſe debet in atramẽto ſutorio tanta:ut ea mixtura liqda fiat.cũ ſcylla utiq; pars maior.inuoluendũq; lana ſpecillũ eſt & in eo medicamẽto intinguẽdũ:eoq; ulcera ĩplenda ſunt Rurſuſq; linamẽtũ inuolutũ & ob longũ eodẽ medicamẽto illinendũ:demittẽdũ quæ ĩ narẽ eſt: & ab ĩferiore parte leniter deligandũ.Idq; ꝑ hyemẽ & uer bis die:ꝑ æſtatẽ & autumnũ: ter die fieri debet:Interdũ uero etiã in naribus carunculæ quædã ſimiles muliebribes mãmis naſcunt̃: hæq; imis partibus quæ carnoſiſſime ſunt inhærẽt . Has curare oportet medicamẽtis adurẽtibus ſub qbus ex toto cõſumunt̃.Polypus uero eſt carũcula modo alba modo ſubrubra: quæ nariũ oſſi inhæret:& modo ad labra pẽdens narẽ ĩplet.modo retro ꝑ id foramẽ:quo ſpiritus a naribus ad fauces deſcẽdit:adeo ĩcreſcit:uti poſt uuam cõſpici poſſit:ſtrãgulatq; hoĩem maxime auſtro aut euro flante.fereq; mollis eſt:raro dura eaq; magis ſpiritũ ĩpedit & nares dilatat.quæ fere carcinodes eſt Itaq; attingi non debet.Illud aliud genus fere qdẽ ferro curat̃:ĩterdũ tamen inareſcit.ſi addita in narẽ per linamẽtũ aut penicillũ ea cõpoſitio eſt:quæ habet minii ſinopici:chalcitis:calcidiis.ſandaracæ:ſinguloꝝ.P.XI.atramẽti ſutorii.P.XII.

## De dentiũ dolore & curationibus. Caput nonũ.

i N dentiũ autẽ dolore:q ipſe quoq; maximis tormẽtis annumerari poteſt:uinũ ex toto circumcidendũ eſt.Cibo quoq; primo abſtinẽdũ:deinde eo modico molliq; utendũ:ne mãdẽtis dentes irritet.tũ extrinſecus admouẽdus ꝑ ſpongiã uapor aquæ calidæ:ĩponẽdũq; cæratũ ex cyprino aut irino factũ lanaq; id cõpræhẽdendũ:caputq; uelandũ eſt.Quod ſi grauior is dolor eſt . utiliter & aluus ducit̃:& calida cataplaſmata ſup maxillas iniiciunt̃:& ore humor calidus cũ medicamẽtis aliquibus cõtinet̃:ſæpiuſq; mutat̃ . Cuius rei cauſa & quinq; folii radix in uino mixto coqt̃ & hyoſcyami radix uel in poſca uel in uino mixto coqt̃:ſic ut paulũ his ſalis adiiciat̃ & papaueris nõ nimiũ aridi corticis:& mãdragoræ radix eodẽ modo.Sed in his tribus utiq; uitandũ eſt:ne qđ hauſtũ erit deuoretur.Ex populo quoq; alba cortex radicis in hunc uſum in uino mixto recte coqt̃ & ĩ aceto cornu ceruinũ raſum & nepeta cũ teda pingui:ac ficus itẽ pinguis uel in mulſo uel in aceto & melle : ex qbus cũ ficus decocta eſt:is humor ꝑcolat̃.Specillũ quoq; lana ĩuolutũ in calidũ oleũ demittit̃ : eoq; ipſo dens fouet̃ . Quinetiã quædã q̃ſi cataplaſmata in dentẽ ipſum illinunt̃.In quẽ uſum ex malo punico acido atq; arido:malicorii pars ĩterior cũ pari portione & gallæ & pinei corticis cõteritus:miſceturq; his miniũ:eaq; cõtrita:aqua pluuiatili cogunt̃.Aut panacis:papaueris lachrimæ:peucedani:uuæ timiniæ ſine ſeminibus pares portiões cõterunt̃.Aut galbani partes tres:papaueris lachrimæ pars quarta. Quicquid dentibus admotũ eſt: nihilominus ſupra maxillã.cæratũ:quale ſupra poſui:eſſe debet: lana obtectũ.Quidã etiã myrræ:cardamomi:ſinguloꝝ.P.XI.croci:pyretri:ficoꝝ partes:ſinguloꝝ.P.XIIII.Sinapis.P.XVIII.cõtrita lentiolo illinunt:ĩponũtq; in humero partis eius qua dens dolet . Si is ſupior eſt:a ſcapulis.Si ĩferior:a pectore.Idq; dolorẽ leuat.& cũ leuauit:ꝓtinus ſubmouẽdũ eſt . Si uero exeſus eſt dens:feſtinare ad eximẽdũ eũ:niſi res coegit:nõ eſt neceſſe.Sed cũ oĩbus fomẽtis:quæ ſupra poſita ſũt: adiiciẽdæ quædã ualẽtiores cõpoſitiões ſunt:q dolorẽ leuãt.q̃les hæ ſũt.Habet autẽ papaueris lachrimæ.P.XI.piperis.P.XII.pſoreos.P.XX.quæ cõtrita galbano excipiunt̃ idq; circundat̃. Aut Menemachi maxime ad maxillares dentes.ĩ q̃ ſunt croci.P.XI.cardamomi:turis fuliginis.ficoꝝ partes:pyretri:ſingulorum.P.XIIII.ſinapis.p.XVIII.Quidam autem immiſcent pyretri:piperis: elaterii : ſingulorum.P. XI. aluminis ſciſſilis. papaueris lachrimæ. uuæ timiniæ ſulphuris ignem non experti:bituminis:lauri baccarum:ſinapis:ſingulorum.P.XII.Quod ſi dolor eximi eum cogit : & piperis ſemen cortice liberatum ; & eodem modo bacca hederæ coniecta in id foramen ; dentem ſindit . iſq; forte ſtans excidet.

Et plani piſcis quã paſtinacã noſtri: trygona græci uocãt: aculeus torreť: deĩde cõteriť: reſinaq; excipi-
tur. quæ denti circũdata hũc ſoluit. Et alumẽ ſciſſile in id foramẽ cõiectũ dentẽ citat. Sed id tamẽ ſuo
lutũ in lanula demitti cõmodius eſt. qa ſic dente ſeruato dolorẽ leuat. Hæc a medicis accepta ſunt. Sed
agreſtiũ expimẽto cognitũ eſt: cũ dens dolet: herbã mẽtaſtꝝ cũ ſuis radicibus uelli debere & ĩ peluem
coiici: ſupraq; aquã ĩfundi: collocariq; iuxta: ſedentẽ hoiem undiq; ueſte cõtectũ. tũ in peluẽ candẽtes
ſilices demitti: ſic ut aqua tegant: hoiemq; eũ hiante ore uaporẽ excipe: ut ſupra dictũ eſt: undiq; ĩclu-
ſum. Nã & ſudor plurimus ſeqť: & ꝑ os cõtinẽs pituita defluit: idq; ſæpe lõgiorẽ: ſæpe annuã ualitudi-
nẽ bonam præſtat.

De tonſillis & eaꝝ cura. Caput decimum.

I uero tõſillæ ſine exulceratiõe ꝑ inflãmationẽ intumuerunt: caput uelãdũ eſt extrinſecus. is lo
s cus uapore calido fouẽdus. multa ambulatiõe utẽdum. caput in lecto ſublime habendũ garga
rizãdũq; eſt ex reprimẽtibus. Radix quoq; ea: quã dulcẽ appellãt cõtuſa & ĩ paſſo: mulſoue de-
cocta idẽ præſtat. Leniterq; qbuſdã medicamẽtis eas illini nõ alienũ eſt. quæ hoc modo fiunt. Ex ma-
lo punico dulci ſuccus exprimiť: & eius ſextarius in leni igne coqť: donec ei mellis craſſitudo ſit. tum
croci: myrræ: aluminis ſciſſilis: ſinguloꝝ. P. XII. ꝑ ſe conteruntť: paulatimq; his adiiciunť uini lenis cya-
thi duo: mellis unus. deĩde priori ſucco iſta miſcenť: & rurſus leniter ĩcoquunť. Aut eiuſdẽ ſucci ſexta-
rius eodẽ modo coqť: atq; eadẽ ratiõe trita ei adiiciunť hæc Nardi. P. X. omphacii. P. XI. cynnamomi:
myrræ: caſiæ: ſinguloꝝ. P. XI. Eadẽ autẽ hæc & auribus & naribus purulentis accõmodata ſunt. Cibus
quoq; in hac ualitudine lenis eſſe debet ne exaſperet. Quod ſi tanta inflãmatio eſt: ut ſpiritũ ĩpediat: in
lecto cõquieſcẽdũ: a cibo abſtinendũ: neq; aſſumẽdũ quicq̃ præter aquã calidã eſt. Aluus quoq; ducen
da eſt. Gargarizandũ ex fico & mulſo. Illinẽdũ mel cũ omphacio. Intrinſecus admouẽdus ſed aliquãto
diutius: uapor aquæ calidæ donec ea ſuppurẽt & ꝑ ſe aperianť. Si pure ſubſtãte nõ rumpunť hi tumo-
res: ĩcidẽdi ſunt. deĩde ex mulſo calido gargarizandũ ex fico. At ſi modicus quidẽ tumor & exulcera-
tio eſt: furfuꝝ cremori ad gargarizandũ paulũ mellis adiiciendũ eſt: illinẽdaq; ulcera hoc medicamen
to. Paſſi quã dulciſſimi tres heminæ ad unã coquunť. tum adiiciť thuris. P. XI. croci myrræ: ſinguloꝝ.
P. X. leniterq; oĩa rurſus feruefcunt. Vbi pura ulcera ſunt: eodẽ furfuꝝ cremore: uel lacte gargarizan-
dũ eſt. Atq; hic quoq; cibis lenibus opus eſt. qbus adiici dulce uinũ poteſt.

De oris ulceribus & curationibus & quæ antheræ ſint. Caput. xi.

Lcera autẽ oris ſi cũ ĩflãmatione ſunt: & parũ pura ac rubicũda ſunt: optime his medicamentis
u curanť quæ ſupra poſita ex malis punicis fiũt. Cõtinẽduſq; ſæpe ore reprimẽs cremor: cui pau
lũ mellis ſit adiectũ. Vtendũ ambulatiõibus & nõ acri cibo. Simulatq; uero pura ulcera eſſe cœ
perunt: lenis humor: ĩterdũ etiã quã optima aqua ore cõtinẽda eſt. Prodeſtq; aſſumptũ purũ uinũ: ple-
niorq; cibus: dum acribus uacet. Inſpergiq; ulcera debẽt alumine ſciſſili: cui dimidio plus gallæ ĩmatu
ræ ſit adiectũ. Si iã cruſtas habẽt: quales inaudiſtis eſſe cõſuerunt: adhibẽdæ ſunt hæ cõpoſitiões: quas
græci antheras noiant. Iunci q̃drati: myrræ: ſandaracæ: ſinguloꝝ. P. XIIII. aluminis: pares portiões. Aut
croci: myrræ. ſinguloꝝ. P. XII. iridis aluminis: ſciſſilis: ſandaracæ: ſinguloꝝ. P. XIIII. iunci q̃drati. P. XV
III. Aut gallæ: myrræ: ſinguloꝝ. P. XII. aluminis ſciſſilis. P. XII. roſæ folioꝝ. P. XIIII. Quidã autẽ croci. P
. X. aluminis ſciſſilis: myrræ: ſinguloꝝ. P. XI. ſandaracæ. P. XII. iunci q̃drati. P. XIIII. miſcẽt. Priora arida
inſpgunť. Hoc cũ melle illiniť neq; ulceribus tantũ: ſed etiã tõſillis. Verũ ea lõge periculoſiſſima ulce-
ra ſunt: q̃s apthas græci appellãt: ſed in pueris. Hos enim ſæpe cõſumũt. In uiris & mulieribus idẽ peri-
culũ nõ eſt. Hæc ulcera a gingiuis ĩcipiunt: deinde palatũ totũq; os occupant: tum ad uuã fauceſq; de-
ſcẽdunt. Quibus obſeſſis nõ facile fit: ut puer cõualeſcat. Ac miſerius etiã eſt. ſi lactãs adhuc infans eſt.
quo minus ĩperari remediũ aliqd' poteſt. Sed in primis nutrix cogẽda eſt exerceri ambulatiõibus: hiſq;
opibus: quæ ſupiores partes mouẽt. Mittẽda in balneũ: iubẽdaq; ibi calida aqua mãmas ꝑfundere. tũ
alenda cibis lenibus: & his q facile nõ corrũpunť. Potiones: ſi febricitat puer: aquæ. ſi ſine febre eſt: ui-
ni diluti. Ac ſi aluus nutrici ſubſtitit: ducẽda eſt. Si pituita eius in os coit: uomere debet. Tum ipſa ulce
ra pungẽda ſunt melle: cui ros: quẽ ſyriacũ uocant: aut amaræ nuces adiectæ ſunt. Vel mixtis ĩter ſe ro
ſæ foliis aridis: pineis nucleis: mentæ colliculo: melle. Vel eo medicamẽto: qd' ex moris fit. quoꝝ ſuc-
cus eodẽ modo quo punici mali ad mellis craſſitudinẽ coquiť. eadẽq; ratiõe ei crocũ: myrra: alumen:
uinũ: mel: miſceť. Neq; quicq̃ dandũ: ad qd' humor euocari poſſit. Si uero iã firmior puer eſt: gargari-
zare debet his fere: quæ ſupra cõpræhẽſa ſunt. At ſi lenia medicamẽta in eo parũ ꝓficiunt: adhibenda
ſunt ea: quæ adurẽdo cruſtas ulceribus ĩducant. Quale eſt ſciſſile alumẽ: uel chalcitis: uel atramẽtum
ſutoriũ. Prodeſt etiã fames & abſtinẽtia quãta maxime ĩperari poteſt. Cibus debet eſſe lenis. Ad purgã-
da tamẽ ulcera interdũ caſeus ex melle recte datur.

De linguæ ulceribus Caput. xii.

Inguæ quoq; ulcera nõ aliis medicamẽtis egent: quã quæ prima parte ſuperioris capitis expoſi-
l ta ſunt. Sed quæ in latere eius naſcunť. diutiſſime durant. Videndumq; eſt num cõtra dens ali-
quis acutior ſit: q ſaneſcere ſæpe ulcus eo loco nõ ſinit. ideoq; limãdus eſt.

De parotidibus gingiuarum tuberculis deq; aliis ulceri-
bus gingiuarum.
Caput tertiumdecimum.

s Olent etiã interdũ iuxta dentes in gingiuis tubercula quædã oriri dolẽtia:parotidas græci appellãt.Hæc initio leniter ſale cõtrito ꝑfricare oportet.aut iter ſe mixtis ſale foſſili:cõbuſto cupreſſo nepeta.deĩde eluere os cremore lẽticulæ.& ĩter hæc hiare:donec pituitæ ſatis ꝓfluat In maiore uero ĩflãmatiõe iiſdẽ medicamẽtis utendũ eſt:quæ ad ulcera oris ſupra poſita ſunt:& mollis linamẽti paulũ ĩuoluẽdũ aliq̃ cõpoſitione ex his:q̃s antheras uocari dixi: demittendũq; id ĩter dentẽ & gingiuã.qđ ſi durior erit & id ꝓhibebit:extrinſecus admouẽdus erit ſpõgiæ uapor calidus:ĩponẽdũq; cæratũ.Si ſuppuratio ſe oſtẽdet:diutius eo uapore utendũ erit.& cõtinendũ ore calidũ mulſum:ĩ quo ficus decocta ſit.Itẽq; ſubcrudũ ĩcidendũ:ne ſi diutius ibi pus ꝑmãſerit:os lædat. Quod ſi maior is tumor eſt:cõmodius totus excidit̃:ſic ut ex utraq; parte dens liberet̃.Pure exẽpto:ſi leuis plaga eſt: ſatis eſt ore calidã aquã continere:& extrĩſecus fouere eodẽ uapore.Si maior eſt:lẽticulæ cremore.Vti hiſdẽ medicamẽtis:q̃bus cætera ulcera oris curant̃.Alia quoq; ulcera in gĩgiuis plerũq; oriunt̃: q̃bus eadẽ q̃ in reliquo ore ſuccurrũt.Maxime tamẽ mãdere liguſtrũ oportet:ſuccũq; eũ ore cõtinere. Fit etiã interdũ:ut ex gingiuæ ulcere:ſiue parotides fuit:ſiue nõ fuit:diutius pus ferat̃. Quod aut dẽte corrupto:aut fracto:uel aliter uiciato oſſe:maximeq; id ꝑ fiſtulã uenire cõſueuit. Vbi incidit locus apiẽdus: dens eximẽdus teſta oſſis ſi q̃ exceſſit recidẽda eſt.ſi q̃d uitioſi eſt radẽdũ.Poſt q̃ q̃d fieri debeat ſupra in alioꝝ ulceꝝ curatiõe cõpræhẽſum eſt.Si uero a dẽtibus gĩgiuæ recedũt:eædẽ antheræ ſuccurrunt. Vtile eſt etiã pira aut mala nõ ꝑmatura mãdere:& ore eũ humorẽ cõtinere. Idẽq; p̃ſtare nõ acre acetũ in ore retentũ poteſt.

## De uuæ morbo & curatione. Caput quartũdecimũ.

u Væ uehemẽs ĩflãmatio terrere quoq; debet.Itaq; in hac & abſtinentia neceſſaria eſt: & ſanguis recte mittit̃.& ſi id aliq̃ res ꝓhibet:aluus utiliter ducit̃:caputq; ſup hæc uelandũ & ſublimius habẽdũ eſt.tũ aqua gargarizãdũ:in q̃ ſimul rubus & lẽticula decocta ſit.Illinẽda autẽ ipſa uua uel omphacio:uel galla:uel alumine ſciſſili:ſic ut cuilibet eoꝝ mel adiiciat̃.Eſt etiã medicamẽtũ huic aptũ:qđ andronîũ appellat̃.Cõſtat ex his.alumine ſciſſili:ſquama æris rubri:atramẽto ſutorio: galla: myrra:myſi.Quæ ꝑ ſe cõtrita mixtaq; rurſus paulatĩ adiecto uino auſtero terunt̃: donec is mellis craſſitudo ſit ubi hoꝝ aliquo illita uua eſt:celidoniæ quoq; ſuco ꝑ cochear illita uua maxime ꝓdeſt. Fere multa pituita decurrit:cũq; ea quieuit.ex uino calido gargarizãdũ.Quod ſi minor in ea ĩflãmatio.laſer terrere:eiq; adiicere frigidã aquã ſatis eſt:eãq; aquã cochleario exceptã ipſi uuæ ſubiicere Ac mediocriter eã tumentẽ aqua quoq; frigida eodẽ modo ſubiecta reprimit.Ex eadẽ autẽ aqua gargarizandũ quoq; eſt:quæ uel cũ laſere:uel ſine eo hac curatiõe uuæ ſubiecta eſt.

## De cancro oris. Caput quintũdecimum.

s I quãdo autẽ ulcera oris cancer ĩuaſit:primũ cõſiderãdũ eſt:nũ malus corporis habitus ſit: eiq; occurrendũ.deĩde ipſa ulcera curãda.Quod ſi in ſũma parte id uitiũ eſt.ſatis ꝓficit anthera humido ulceri arida ĩſperſa:ſicciori cũ exigua parte mellis illita. Si paulo altius: chartæ cõbuſtæ partes duæ:auripigmẽti pars una.Si penitus malũ deſcẽdit:chartæ cõbuſtæ ꝑtes tres auripigmẽtis ps quarta.Aut pares portiones ſalis fricti & iridis frictæ Aut itẽ pares portiones chalcitidis:calcis:auripigmẽti.Neceſſariũ autẽ eſt linamẽtũ in roſa tingere.& ſup adurẽtia medicamẽta ĩponere: ne uicinũ & ſanũ locũ lædãt.Quidã etiã in acris aceti heminã frictũ ſalẽ coiciũt:donec tabeſcere deſinat.deinde id acetũ coquũt:donec exiccet̃:eũq; ſalẽ cõtritũ ĩſpergũt.quotiẽs autẽ medicamẽtũ iniicit̃:& ãte & poſt os diluendũ eſt uel cremore lenticulæ:uel aqua in q̃ aut erũ:aut oleæ aut uerbenæ decoctæ ſint: ſic ut cuilibet eoꝝ paulũ mellis miſceat̃.Acetũ quoq; ex ſcylla retentũ ore:ſatis aduerſus hæc ulcera ꝓficit. Ex aceto cocto ſali:ſicut ſupra demõſtratũ eſt:rũrſus mixtũ acetũ.Sed & diu continere utrũlibet: & id bis aut ter die facere:prout uehemẽs malũ eſt:neceſſariũ eſt.Quod ſi puer eſt:cui id ĩcidit. ſpecillũ lana ĩuolutũ in medicamentũ demittẽdũ eſt:& ſup ulcus tenẽdũ:ne ꝑ ĩprudẽtiã adurẽtia deuoret. Et ſi dolor in gĩgiuis eſt:mouẽturq; aliq̃ dẽtes:refici eos oportet.Nã curatiões uehemẽter ĩpediunt.Si nihil medicamẽta ꝓficiẽt:ulcera erũt adurẽda.Quod tamẽ in labris ideo nõ eſt neceſſariũ.quoniã excidere cõmodius eſt.Et id q̃dẽ æque aduſtũ atq; exciſum ſine ea curatiõe:q̃ corpori manu adhibet̃: ĩpleri nõ poteſt.Gingiuaꝝ uero oſſa:quæ hebetia ſunt:in ꝑpetuũ uſtione nudant̃.Neq; enim poſtea caro ĩcreſcit.Imponẽda tamẽ aduſtis lẽticula eſt:donec ſanitatẽ:qualis eſſe põt recipiãt.

## De parotibus:quæ ſub auribus oriunt̃. Caput ſextumdecimum.

h Aec in capita fere medicamẽtis egẽt.Sub ipſis uero auribus oriri parotides ſolẽt: modo in ſecunda ualitudine ibi ĩflãmatiõe orta:modo poſt lõgas febres:illuc ĩpetu morbi cõuerſo. Id abſceſſus genus eſt.Itaq; nullã nouã curationẽ deſiderat.Animaduerſionẽ tantũmodo hãc habet neceſſariã.q̃a ſi ſine morbo id ĩtumuit:primũ reprimentiũ:experimẽtũ eſt.Si ex aduerſa ualitudine illud inimicum eſt:maturariq; & quãprimum aperiri cõmodius eſt.

## De umbilici prominẽtis curatione. Caput decimumſeptimum.

a D umbilicos uero prominẽtes:ne manu:ferroq; utendum ſit:ante tentãdũ eſt:ut abſtineat.aluus his ducat̃:ĩponat̃ ſup umbilicũ id:qđ ex his cõſtat.Cicutæ & fuliginis:ſinguloꝝ.P.XI. cæruſſæ elotæ.P.XIIII.plũbi eloti.P.XVIII.ouis duobus.q̃bus etiã ſolani ſuccus adiicit̃.Hoc diutius ĩpoſitũ eſſe oportet:& ĩterim cõquieſcere hoĩem.cibo modico uti:ſic ut uitẽtur oĩa inflãtia.

## De obſcenaꝝ partiũ uiciis & curationibus. Caput.xviii.

p Roxima ſunt ea:quæ ad partes obſcenas ꝑtinent:quaꝝ ãpud græcos uocabula & tollerabilius

ſe habēt:& accepta iā uſu ſunt cū omni ſere medicorū uolumīe atq; ſermone iactētur apud nos ſœdi-
ora uerba ne cōſuetudīe quidē aliqua uerecūdius loquētiū cōmēdata ſunt ut difficilis hæc explanatio
ſit ſimul & pudorē & artis præcepta ſeruātibus. Neq; tamē ea res a ſcribēdo deterrere me debuit. Pri-
mū ut oīa:quæ ſalutaria accepi:cōpræhēderē. dein qa in uulgus eorū curatio etiā ꝑcipue cognoſcēda
eſt:q̄ inuitiſſimis quiſq; alteri oſtēdit.

De colis morbis & curationibus.

Gitur ſi ex iſlāmatione coles intumuit:reduciq; ſūma cutis:aut rurſus induci nō pōt multa ca-
i lida aqua fouēdus locus eſt. Vbi uero glās cōtecta eſt:oriculario quoq; clyſtere inter eā:cutēq;
aqua calida inſerēda ē. Si mollita ſic & extenuata cutis ducēti pūit:expeditior reliqua curatio ē. Si tu-
mor uicit:iponēda eſt uel lēticula uel marrubiū uel oleæ folia ex uino cocta:ſic ut cuilibet eorū dū te-
ritur mellis paulū adiiciat. Surſūq; coles ad uētrē deligādus eſt. Quod in oī curatōe eius neceſſariū ē.
Iſq; hō cōtinere ſe debet:& abſtinere a cibo:& potione aquæ tantū aliri uidicari. Poſtero die rurſus ad-
hibēdū hiſdē rōnibus aquæ fomētū eſt & cū ui quoq; experiūdū:an cutis ſequat. Eaq; ſi nō parebit:le
uiter ſūma ſcalpello cōcidēda erit. Nā cū ſanies profluxerit:extenuabit his locus:& facilius cutis duce
tur. Siue aūt hoc mō uicta erit:ſiue unquā repugnauerit:ulcera uel in cutis ulteriore pte:uel in glāde:
ultraue eā in cole repient. Quæ neceſſe eſt:aut pura ſiccaue ſint:aut hūida & purulēta. Si ſicca ſunt pri
mū aqua calida fouēda ſunt. deinde iponēdū lyciū ex uino eſt. aut amurca cocta cū eodē: aut cū roſa
butyrū. Si leuis his humor eſt uino eluēda ſunt. tū butyri & roſæ mollis paulū & reſinæ terebinthinæ
pars q̄rta adiiciēda eſt:eoq; utēdū. Aut ſi pus ex his ꝑfluit:ante oīa elui mulſo calido debet. Tū īpōi pi-
peris. P. XI. myrræ. P. XII. croci:myſi cocti:ſingulorū. P. XII. Quæ ex uino auſtero coquūt:donec mel-
lis craſſitudinē habeāt. Eadē aūt cōpoſitio tōſillis:uuæ madēcioris:nariūq; ulceribus accōmodata eſt.
Aliud ad eā. piperis. P. XI. myrræ. P. XI. croci. P. XII. myſi cocti. P. XI. æris cōbuſti. P. XII. Quæ primū ex
uino auſtero cōterunt:deinde ubi iaruerūt:iterū terūt ex paſſi tribus cyathis & icoquūt:donec uiſci
craſſitudinē habeāt. Aerugo quoq; cū cocto melle & ea quæ ad oris ulcera ſupra cōprehēſa ſunt curāt.
Aut Eraſiſtrati cōpoſitio: Aut cratonis recte ſup purulēta natural a iponit. Folia quoq; oleæ ex nouē
cyathis uini coquūtur. His adiicit alumis ſciſſilis. P. XIIII. lycii. P. XVIII. mellis ſeſqciathus. Ac ſi plus
puris eſt:id medicamētū ex melle. ſi minus:ex uino diluit. Illud ꝑpetuū eſt. poſt curationē dū iſlāma-
tio manet:quale ſupra poſitū eſt cataplaſma ſupra dare:& quottidie ulcera eadē rōne curare. Quod ſi
pus & multū & cū malo odore cœpit profluere:elui cremore lēticulæ debet:ſit ut ei mellis paulū adii-
ciat:aut oleæ:aut lētiſci folia:uel marrubiū decoquēdū ē. Eoq; hūore eodē modo cū melle utēdū:im
ponēdaq; eadē. aut ēt omphaciū cū melle:aut id qđ ex ærugine & melle ad aures ſit. aut cōpoſitio An
dronis. aut anthera:ſic ut ei paulū mellis adiiciat. Quidā ulcera oīa:de quibus adhuc dictū eſt:lycio ex
uino curāt. Si uero ulcus latius atq; altius ſerpit:eodē mō elui debet. Imponi uero:aut ærugo:aut om-
phaciū cū melle:aut Andronis cōpoſitio:aut marrubii:myrræ:aut croci aluminis ſciſſilis:cocti: roſæ
foliorū aridorū:gallæ:ſingulorū. P. XI. minii ſinopici. P. XII. Quæ per ſe ſingula primū terūt:deīde iū-
cta iterū melle adiecto:donec liquidi cærati craſſitudinē hēant. tū in æneo uaſe leniter coquūt ne ſup
fluāt. Cū iā guttæ indureſcūt:uas ab igne remouet. idq; medicamētū tū:ꝑut opus eſt:aut ex melle aut
ex uino liquat. Idē aūt per ſe etiā ad fiſtulas utile eſt. Solet ēt iterdū ad neruos ulcus deſcēdere:ꝑfluitq;
pituita multa:ſanies tenuis maliq; odoris:nō cocta:aut aquæ ſimilis:i qua caro recēs lota ē. Doloreſq;
is locus & pūctiones hēt. Id genus quāuis inter purulēta eſt:tamē lenibus medicamētis curādū eſt qua
le ē ēplaſtrū tetrapharmacū:ex roſa liquatū:ſic ut thuris quoq; paulū ei miſceat. Aut id qđ ex butyro:
roſa:reſina:melle fit. Supra uero a me poſitū eſt. Præcipueq; id ulcus multa calida aqua fouēdū eſt:ue
lādūq; neq; frigori cōmittēdū. Interdū aūt per ipa ulcera coles ſub cute exeſus:ſic:ut glās excidat. Sub
quo caſu cutis ipſa circūcidēda eſt. Perpetuūq; eſt:quotiēs glās:aut ex cole aliquid:uel excidit: uel ab-
ſcindit:hāc nō eē ſeruādā:ne cōſidat:ulcerīq; agglutinet:ac neq; reduci poſſit poſtea. & fortaſſe fiſtulā
quoq; urinæ cludat. Tubercula etiā:quæ phymata græci uocāt circa glādē oriunt:quæ uel medicamē
tis uel ferro adurūt:& cū cruſtæ exciderūt:ſquama æris inſpgit:ne qd ibi rurſus increſcat.

De cācri q in cole naſcit:curatione.

Aec citra cācrū ſunt:qui cū in reliquis partibus:tū in his quoq; uel ꝑcipue ulcera īfeſtat. Inci-
pit a nigritie:quæ ſi cutē occupauit:ꝓtinus ſpecillū ſubiiciēdū:eaq; icidēda eſt. deīde oræ uul
ſella prehēdēdæ. tū qcqd corruptū eſt:excidēdū:ſic ut ex integro quoq; paulū demat idq; adurēdum.
Quotiēs quid uſtū eſt:id quoq; ſequit:ut iponēda lenticula ſit. deinde ubi cruſtæ exciderūt:ulcera ſic
ut alia curētur. At ſi cācer ipſum colem occupauit:inſpergēda aliqua ſunt ex adurentibus:maxīeq; id
quod ex calce:chalcitide:auripigmēto cōponit. Si medicamēta uincuntur:hic quoq; ſcalpello quicqd
corruptū eſt:ſic ut aliquid etiā integri trahat:præcidi debet. Illud quoq; æque perpetuū eſt:exciſo cā-
cro uulnus eē adurēdū. Sed ſiue ex medicamētis:ſiue ex ferro cruſtæ occalluerunt:magnū periculum
eſt:ne his decidētibus ex cole ꝓfuſio ſanguinis inſequat. Ergo longa qete & īmobili pene corpe opus
eſt:donec ex ipo:cruſtæ puræ leuiter reſoluāt. At ſi uel uolēs aliquis uel īprudēs dū īgredit imature
cruſtas diduxit & fluit ſanguis:frigida aqua adhibēda eſt. Si hæc parū ualet:decurrēdū eſt ad medica-
mēta:quæ ſanguinē ſupprimūt. Si ne hæc qdē ſuccurrūt:aduri diligēter & timide debet neq; ullo po-
ſtea motu dādus eidē piculo locus ē.

De phagedænæ in cole naſcētis curatione



A. Corn. Celsi medicinae libri octo - page 84 sur 122

Onnunq̄ etiã id genus ibi cancri:quod phagedenæ a græcis noiaẗ:oriri ſolet. in quo minime
n differẽdũ:ſed protinus hiſdẽ medicamẽtis occurrẽdũ eſt:& ſi parũ ualẽt:ferro adurẽdũ:Quædã etiã nigrities eſt:quæ nõ ſentiẗ & ſerpit:ac ſi ſuſtinuimus uſq; ad ueſicã tendit:neq; ſuccurri poſtea poteſt.Si id in ſumma glãde circa fiſtulã urinæ eſt prius in ea tenue ſpecillum demittẽdũ ẽ:ne claudatur.deinde id ferro adurẽdũ.Si uero alte penetrauit:quicq̄d occupatũ eſt:præcidẽdũ eſt.Cæterum eadẽ:quæ in aliis cãcris:faciẽda ſunt.

De carbunculo qui in cole naſciẗ.

Ccaleſcit etiã ĩ cole interdũ aliq̄d:idq; oĩ pene ſenſu caret.Quod ipſũ quoq; excidi debet.Carbunculus aũt ibi natus ut primũ apparet:oriculario clyſtere eluẽdus eſt.Deinde ipſe quoq; medicamẽtis utẽdus:maxieq; chalcitide cum melle:aut ærugine cũ cocto melle.Vbi is excidit:liq̄dis medicamẽtis utẽdũ eſt:q̄ ad ora ulceris cõponũẗ.

De teſticulorũ morbis & eorũ curatione.

N teſticulis uero ſi qua ĩflãmatio ſine ictu orta ẽ:ſãguis extalo mittẽdus ẽ.a cibo abſtinẽdũ.iponẽdũ ex faba farina ex mulſo cocta cũ cũino cõtrito ex melle cocto.Aut cõtritũ cũinũ cum cærato ex roſa facto. Aut lini ſemẽ frictũ contritũ & ĩ mulſo coctũ aut tritici farina ex mulſa cocta cũ cupreſſo.aut lilii radix cõtrita:aut ſi iidẽ ĩduruerũt:iponi debet lini uel fœni græci ſemẽ ex mulſo coctũ:aut ex cyprino cæratũ : aut ſimilia ex uio cõtrita:cui paulũ croci ſit adiectũ.Si uetuſtior iam durities ẽ:maxĩe ꝑficit cucumeris agreſtis radix ex mulſo cocta:deĩde cõtrita.Si ex ictu tumẽt:ſãguinẽ mitti neceſſariũ ẽ:magiſq; ſi etiã liuẽt.Imponẽdũ uero utrũlibet ex his quæ cũ cumio cõponunẗ: ſupraq; ꝓpoſita ſunt.aut ea cõpoſitio quæ habet nitri cocti.P.XI.reſinæ pineæ:gũmi: ſingulorũ.P.XII. uuæ tituiniæ ſine ſeminibus.P:XIIII.mellis quãtũ ſatis ſit ad ea cogẽda. Quod ſi ex ictu teſticulis aliq̄d deſit:fere pus quoq; ĩcreſcit:neq; aliter ſuccurri põt:quã ſi ĩciſo ſcroto & pus emiſſũ:& ipſe teſticulus exciſus eſt.

De ragadiis & Cõdilõate & hæmorroidis:aliiſq; ani morbis & curatõibus eorũ & prĩo de ragadiis.

a Nus quoq; multa tediiq; plẽa mala r̃cipit:nec ĩ ſe multũ abhorrẽtes curatiões habet. At primũ ĩ eo ſæpe & q̄dẽ pluribus locis:cutis excidiẗ.Ragadia græci uocãt.Id ſi recẽs ẽ:q̄eſceẗ hõ debet ĩ aqua calida deſidere.Colũbia quoq; oua coquẽda ſunt & ubi adurerũt:purgãda.deĩde alterũ iacere in aqua bene calida debẽt:altero calido foueri locus:ſic:ut ĩuicẽ utroq; aliq̄s utaẗ.Tũ tetrapharmacum: aut rhypodes:roſa diluẽdũ ẽ:aut hyſopũ recẽs miſcẽdũ cũ cærato liq̄do ex roſa facto.Aut eidẽ cærato liq̄do plũbũ elotũ adiiciẽdũ.Aut reſinæ terebĩthiæ myrra.aut ſpũæ argẽti:uetus oleũ.Et quolibet ex his id perũgẽdũ.Si q̄cq̄d læſum ẽ:extra ẽ:neque ĩtus recõditũ:eodẽ medicamẽto tĩctũ linamẽtum ſup dãdũ ẽ:& q̄cq̄d ãte adhibuius cærato cõtegẽdũ.In hoc aũt caſu neq; acribus cibis utẽdũ: neq; aſperis:nec aluũ cõprimẽtibus.ne aridũ q̄dẽ q̄cq̄ã ſatis utile ẽ.niſi admodũ paulũ.Liq̄da:lenia:pĩguia: glutinoſa meliora ſunt.Vĩo leni uti nihil prohibet.

De condilomate.

c Ondiloma aũt ẽ tuberculũ:q̄d ex quadã ĩflãmatiõe naſci ſolet.Id ubi ortũ ẽ:q̄d ad q̄etẽ.cibos: potiõeſq; ꝑtinet:eadẽ ſeruari debẽt:quæ ꝓxime ſcripta ſunt.Hiſdẽ etiã ouis recte tuberculũ id foueẗ.Sed deſidere ãte hõ ĩ aqua debet:ĩ qua uerbenæ decoctæ ſunt ex reprimẽtibus. Tũ recte ĩponiẗ & lẽticula cũ exigua mellis parte:& ſertula cãpana & uĩo cocta:& rubi folia cõtrita cũ cærato ex roſa facto.& cũ eodẽ cærato cõtritũ:uel cotoneũ malũ:uel malicorii ex uĩo cocti ꝑs ĩterior:& chalcitis cocta atq; cõtrita:deĩde hyſopo ac roſa excepta.Et ex ea cõpoſitiõe:quæ habet thuris.P.XI.aluminis ſciſſilis.P.XII.ceruſſæ.P.XIII.ſpũæ argẽti.P.XV.Quibus dũ terũẗ:ĩuicẽ roſa & uinũ ĩſtillaẗ.Vĩculũ aũt ei loco lĩteolũ:aut pãniculus q̄dratus ẽ:q̄ ad duo capita duas anſas:ab altera uero ꝑte totidẽ faſcias habet:cũq; ſubiectus ẽ:ãſis ad uẽtrẽ datis a poſteriore ꝑte ĩ eas adductæ faſciæ coiciũẗ:atq; ubi artatæ ſũt.dexteriori ſiniſtra:ſiniſteriori dextra ꝓcedit.circũdatæq; circa aluũ ĩter ſe nouiſſime nodo deligãẗ.Sed ſi uetus cõdiloma iã ĩduruit neq; ſub his curatiõibus deſidit:aduri medicamento põt:q̄d ex his conſtat.æruginis.P. XII. myrræ.P.XIIII. gummi.P. XVIII.thuris. P.XXII. ſtibis: pap aueris lacrimæ: acaciæ:ſingulorũ.P.XXVI.quo medicamẽto q̄dã etiã ulcera:de q̄bus ꝓxime dixi:renouãt. Si hoc parũ ĩ cõdilomate ꝑficit:adhiberi poſſunt etiã uehemẽtius adurẽtia.Vbi cõſumptus ẽ tumor: ad medicamẽta lenia trãſeũdum eſt.

De hæmorroidis

Ertiũ aũt uitiũ ẽ: ora uenaꝝ tãquã ex capitulis q̄buſdã ſurgẽtia:quæ ſæpe ſãguinẽ fundũt:hæmorroidas græci uocãt.Idq; etiã ĩ ore uuluæ fœminarũ ĩcidere cõſueuit.Atq; ĩ q̄buſdã paꝝ tuto ſupprimiẗ:q̄ ſanguinis ꝓfluuio ĩbecilliores nõ fiũt.Habẽt enĩ purgationẽ hãc nõ morbum. Ideoq; curati q̄dã cũ ſanguinis exitũ nõ haberẽt ĩclinata ĩ præcordia ac uiſcera materia ſubitis & grauiſſimis morbis correpti ſunt.Si cui uero id nocet:is deſidere ĩ aqua ex uerbenis debet.iponere maxĩe malicoriũ cũ aridis roſæ foliis cõtritum.aut ex his aliqua: quæ ſanguinem ſupprimunt. Solet autem oriri inflammatio maxime ubi dura aluus eum locum læſit. Tum in aqua dulci deſidendum eſt: & id fouendum ouis. imponendi uitelli cum roſæ foliis ex paſſo ſubætis Idq;:ſi intus eſt:digito illinendum.ſi extra ſuper illitum panniculum imponendum eſt.Ea quoq; medicamenta:quæ recẽtibus ſciſſuris poſita ſunt:hic idonea ſunt.Cibis uero in hoc caſu hiſdem quibus ĩ prioribus utendum eſt.Si iſta parum iuuant:ſolent impoſita medicamenta adurentia ea capitula abſumere.Ac ſi iam uetuſtiora ſũt: ſub auctore Dionyſio inſpargenda ſandaraca eſt.deinde imponendum:quod ex his conſtat: Squamæ æris:auripigmenti:ſingulorum.P.XV.ſaxi calcis.P.XVIII.poſtero die acu compungendum. Aduſtis

capitulis fit cicatrix:quæ ſanguinẽ fundi ꝓhibet.Sed quotiẽs is ſuppreſſus ẽ:ne qd periculi afferat multa exercitatiõe digerẽda materia ẽ.Præterea& & uiris & fœminis qbus mẽſtrua nõ ꝓueniũt:interdum ex brachio ſanguis mittẽdus eſt.

Si anus uel os uuluæ procidit qua curatione utendum ſit.

a T ſi anus ipſe uel os uuluæ ꝓcidit.nã id quoq; iterdũ fit:cõſiderari debet purũ ne id ſit:qđ ꝓuolutũ ẽ:an humore muccoſo circũdatũ. ſi purũ ẽ:i aqua deſidere hõ debet:aut ſalſa:aut cũ uerbenis mel malicorio icocta.ſi humidũ: uio auſtero ſubluẽdũ ẽ:illinẽdũq; fece uini combuſta. Vbi utrolibet mõ curatũ ẽ:itus reponẽdũ ẽ:iponẽdaq; plãtago cõtrita:uel folia ſalicis i aceto cocta.tũ liteolũ & ſup lana æque deligãda:cruribus iter ſe deuinctis.

De ulcere fungo ſimili in ano.

f Vngo quoq; ſimile ulcus i eadẽ ſede naſci ſolet.Id ſi hyems ẽ:egelida:ſi aliud tempus: frigida aqua fouẽdũ ẽ.deide ſpuma æris iſpergẽda:ſupraq; cæratũ ex myrteo factũ.cui paulũ ſquamæ fuliginis.calcis ſit adiectũ.ſi i hac rõne nõ tollit̃:uel medicamẽtis uehemẽtioribus:uel ferro aduſtẽdũ ẽ.

De digitorũ ulceribus. Caput decimumnonum.

d Igitorũ aũt uetera ulcera cõmodiſſime curant̃ aut lycio aut myrra cocta:cũ utrilibet uinũ adiectũ ẽ.In hiſdẽ recedere ab ungue carũcula cũ magno dolore cõſueuit. Pterygiõ græci appellãt.Oportet alumẽ melinũ rotũdũ i aqua liquare donec mellis craſſitudinẽ habeat.tũ q̃tum eius aridi fuit: tantũdẽ mellis iſũdere & radicula miſcere:donec ſimilis croco colore fiat: eoq; illinire. Quidã ad eũdẽ uſum decoquere ſimul malũt cũ paria põdera aluminis aridi & mellis miſcuerint. Si hac rõne ea nõ exciderũt:excidẽda ſunt:deide digiti fouẽdi aqua ex uerbenis:iponẽdũq; ſup medicamẽtũ ita factũ.Chalcitis:malicorũ:ſquama æris excipiũt̃ fico pigui leniter cocto ex melle.Aut chartæ cõbuſtæ:auripigmẽti:ſulphuris ignẽ nõ expti par modus cærato miſcet̃ ex myrteo facto.Aut æruginis raſæ.P.XI.ſquamæ.P.XII.mellis cyatho cogũt̃. Aut pares portões miſcẽt̃:Saxi calcis:chalcitidis: auripigmẽti.Quicqd horũ ipoſitũ ẽ:tegẽdũ liteolo aqua madefacto ẽ:tertio die digitus reſoluẽdus eſt Siqd aridi ẽ:iterũ excidẽdũ Similiſq; adhibẽda curatio ẽ:Si nõ uicit̃:purgãdus ſcalpello:tẽuibuſq; ferramẽtis adurẽdus ẽ.& ſicut reliq̃ uſta curãdus ẽ.At ubi ſcabri ũgues ſunt circũ aperiri debẽt:q̃ corpus cõtigũt.tũc ſup eos ex hac cõpoſitiõe æq; ipõi ſandaracæ: ſulphuris:ſingulorũ.P.XII.nitri:auripigmẽti:ſingulorũ.P.XIIII.reſinæ liqdæ.P.XVIII.Tertioq; id die reſoluendũ ẽ.Sub quo medicamẽto uicioſi ũgues cadunt & in eorum locum meliores renaſcuntur. libri ſexti finis.

CORNELII CELSI DE MEDICINA LIBER SEPTIMVS INCIPIT.

De chirurgica & q i ea claruerit:& qualis eẽ chirurgicus debeat & qđ i hoc libro deſcribat̃

Ertiã eẽ mediciæ partẽ:quæ manu curet:& uulgo notũ & a me ꝓpoſitũ ẽ.Ea nõ q̃dẽ medicamẽta atq; uictus rationẽ ommittit:ſed manu tamẽ plurimũ præſtat.ẽq; eius effectus iter oẽs mediciæ ptes euidẽtiſſimus. Siqdẽ i morbis cũ multũ fortuna cõferat:eadẽq; ſæpe ſalutaria.ſæpe uana ſint:põt dubitari ſecũda ualitudo mediciæ:an corporis beneficio cõtigerit.In his quoq;:i qbus medicamẽtis maxime utimur:quis ꝓfectus euidẽtior ẽ:tamẽ ſanitatẽ & ꝑ hæc fruſtra q̃ri & ſine his reddi ſæpe manifeſtũ ẽ.Sicut i oculis quoq; depræhẽdi põt:q a medicis diu uexati ſine his iterdũ ſaneſcũt.At i ea pte:q manu curata euidẽs ẽ:oẽm ꝓfectũ:ut aliqd ab aliis adiuuet̃:hic tamẽ plurimũ trahere Hæc aũt ps cũ ſit uetuſtiſſima.magis tamẽ ab illo parẽte oĩs mediciæ Hippocrate:quã a prioribus exculta ẽ.Deide poſteaquã diducta ab aliis hr̃e ꝓfeſſores ſuos cœpit:i ægypto quoq; increuit:Philoxẽo maxĩe auctore:q pluribus uolũinibus hãc ptẽ diligẽtiſſime cõpræhẽdit. Gorgias quoq; & Soſtratus & Hierõ & apollini duo & Hãmõius alexãdrinus.multiq; alii celebres uiri:ſinguli q̃dã repperierũt. Ac romæ quoq; nõ mediocres ꝓfeſſores:maxieq; nuꝑ Tryphõ pr̃:& Euelpiſtus & ut ex ſcriptis eius itelligi põt horũ eruditiſſimus Meges:qbuſdã i melius mutatis:aliquãtũ ei diſciplinæ adiecerũt.Eſſe aũt chirurgus debet adoleſcẽs aut certe adoleſcẽtiæ ꝓprior manu ſtrenua ſtabili:nec unq̃ intremeſcẽte:eaq; nõ minus ſiniſtra:quã dextra prõptus acie oculorũ acri claraq;:anio itrepidus: imiſericors:ſic ut ſanari uelit eũ quẽ accipit:nõ ut clamore eius motus:uel magis quã res deſiderat;ꝓperet: uel minus quã neceſſe ẽ:ſecet:ſed ꝑinde faciat oĩa ac ſi nullus ex uagitibus alterius affectus oriat̃.Põt aũt req̃ri:qđ huic pti ꝓprie uẽdicãdũ ſit.q̃a uulnerũ quoq; ulcerũq; multorũ curatiões:q̃s alibi executus ſum.chirurgi ſibi uẽdicãt.Ego eũdẽ qdẽ hominẽ poſſe oĩa iſta præſtare cõcipio.Atq; ubi ſe diuiſerũt eũ laudo:q quã plurimũ pcipit.Ipſe aũt huic pti ea reliq̃:i qbus uulnus facit medicus:nõ accipit & i qbus uulneribus ulceribus ue plus pfici manu:quã medicamẽto credo.tũ q̃cq̃d ad oſſa ptinet: quæ deinceps exeq aggrediar.dilatiſq; i aliud uolumẽ oſſibus:i hoc cætera explicabo:præpoſitiſq; his: quæ i q̃libet pte corporis fiũt:ad ea:quæ ꝓprias ſedes habẽt:trãſibo. De luxatis Caput primum

l Vxata igit̃ i q̃cũq; pte corporis ſunt quã primũ ſic curari debẽt: ut q̃ dolor ẽ ea ſcalpello cutis crebro icidat̃:detergaturq; eodẽ aduerſo ꝓfluẽs ſanguis.Quod ſi paulo tardius ſubuenit̃:iãq; etiã rubor ẽ:q̃ rubet corpus:ſi tumor quoq; acceſſit:q̃cũq; is ẽ:id optimũ auxiliũ eſt.Tũ ſuperdanda reprimẽtia ſunt:maxieq; lana ſucida ex aceto & oleo.Quod ſi leuior is caſus ẽ:poſſunt etiam ſine ſcalpello impoſita eadẽ mederi.Et ſi nihil aliud eſt:cinis quoq; maxĩe ex ſarmentis:Si his nõ

h ii

eſt:quilibet alius ex aceto uel etiam ex aqua coactus.

De his quæ p ſe ĩtumeſcũt quõmõ excidéda & curáda ſunt. Caput ſecundum.

u Erũ hoc qdé prõptũ é.In his aũt negociũ maius é:quæ p ſe uicio ĩtus orto ĩtumeſcũt:& ad ſup
purationẽ ſpectãt.Ea oĩa genera abſceſſum eẽ alias ꝓpoſui:medicamẽtaq; eis idõea executus
ſum.Nũc ſupeſt ut dicã ĩ hiſdẽ quæ manu fieri debeat.Ergo priuſquã indureſcãt : cutẽ ĩcidere
& cucurbitulã accõmodare oportet.quæ qcqd illuc malæ corruptæq; materiæ coiit:extrahat idq; ite
rũ tertioq; recte fit donec oẽ ĩditiũ ĩflãmatiõis excidat.Neq; tamẽ fas nõ ẽ nihil cucurbitula agere.In-
terdũ.n.ſed raro qcqd abſcedit uelamẽto ſuo ĩcludit᷑.id ãtiq tunicã nominabãt.Meges qa tunica oĩs
neruoſa é:dicit nõ naſci ſub eo uicio neruũ.quo caro cõſumeret᷑:ſed ſubiecto iã uetuſtiore pure callũ
circũdari. Quod ad curatiõis rõnem nullo loco ptinet:qa qcqd dixi ſi tunica é:idẽ ſi callus é fieri de
bet.Neq; ulla res ꝓhibet etiã ſi callus é:tamẽ qa cigit:tunicã nominari.Tũ pure quoq; maturior hæc
ĩterdũ eẽ cõſueuit.Ideoq; qđ ſub ea é:extrahi p cucurbitulã nõ põt.Sed facile id ĩtelligit᷑ ubi nihil ad-
mota illa mutauit.Ergo ſiue id ĩcidit ſiue iã durities é:ĩ hac auxilii nihil é.Et ut alias ſcripſi uel auertẽ
da cõcurrẽs eo materia:uel digerẽda:uel ad maturitatẽ pducẽda é.Si priora cõtigerũt nihil præter ea
neceſſariũ é.Si pus maturuit ĩ alis qdẽ & ĩ inguinibus raro ſecãdũ é:Itẽ ubicũq; mediocris abſceſſus é.
Itẽ quotiẽs ĩ ſũma cute uel etiã carne uitiũ é:niſi feſtiar curãtis ĩbecillitas cogit. Satiſq; é cataplaſmata
efficere:ut p ſe pus aperiat᷑:Nã fere ſine cicatrice põt eẽ is locus:q exptus ferrũ nõ é:Si aũt altius malũ
é:cõſiderari debet neruoſus ne is locus ſit:an nõ ſit.Nã ſi ſine neruis é:cãdẽti ferramẽto aperiri debet.
Cuius hæc gratia é:qđ exigua plaga diutius ad pus euocãdũ patet paruaq; poſtea cicatrix fit At ſi ner-
ui iuxta ſũt:ignis alienũ é:ne uel diſtẽdant᷑ hi:uel mẽbrũ debilitẽt.Neceſſaria uero opa ſcalpelli é. Sed
cæteraetiã ſubcruda aperiri poſſunt.Inter neruos uero ultĩa expectãda maturitas é:quæ cutẽ extenu-
et:eiq; pus iũgat;quo ꝓpius reperiat᷑.itẽq; aliã rectã plagã deſiderãt ĩcarne.qa fere uehemẽter cutem
extenuat.tota ea ſup pus excidẽda é.Semp aũt ubi ſcalpellus admouet᷑ id agẽdũ eſt ut & quã minimæ
& quã pauciſſimæ plagæ ſint.cũ eo tamẽ ut neceſſitati ſuccurrãus & ĩ mõ & ĩ numero.Nam maiores
ſinus latius:iterdũ etiã duabus aut pluribus lineis ĩcidẽdi ſunt.Dãdaq; opa aut imus ſinus exitũ habe
at ne qs humor ĩtus ſubſidat q proxĩa & adhuc ſana rodẽdo ſinuet.Eſt etiam ĩ rerũ natura:ut cutis la-
tius excidẽda ſit.Nã ubi poſt lõgos morbos totus corporis habitus uitiatus é:lateq; ſe ſinus diffudit &
ĩ eo ps cutis palet:ſcire licet eã iã emortuã eẽ & ĩutilẽ futurã.Ideoq; excidere cõmodius é.maxĩe ſi cir-
ca articulos maiores id euenit.cubãteq; ægrũ fluẽs aluus exaruit:neq; p alimẽta qcquã corpori acce-
dit.Sed excidi ita debet:ut plaga ad ſimilitudinẽ myrtei folii fiat quo facilius ſaneſcat.Idq; ppetuũ eſt.
Vbicũq; medicus ex qcũq; cauſa cutẽ excidit:pure effuſo ĩ alis uel ĩguinibus:linamẽto opus nõ é.Spõ-
gia ex uĩo ĩponẽda é.In cæteris partibus ſi æq; ea linamẽta ſuperuacua ſunt:purgatiõis cauſa paulum
mellis ĩfundẽdũ:deĩ glutinãtia ſup dãda.Si illa neceſſaria ſunt:ſup ea quoq; ſimiliter dari ſpõgia eodẽ
mõ ex uĩo expreſſa debet.Quãdo aũt linamẽtis opus ſit.quãdo nõ ſit:alias dictũ é Cætera eadẽ inciſa
ſuppuratiõe faciẽda ſunt.quæ ubi p medicamẽta rupta é:facienda eſſe propoſui.

De bonis maliſue ſignis exulceratorũ. Caput tertium.

p Rotinus aũt quãtũ curatio efficiat quãtũq; aut ſperari aut timeri debeat:ex qbuſdã ſignis in-
telligi põt:ferecq; hiſdẽ quæ ĩ uulneribus expoſita ſunt.Nã bona ſigna ſunt:ſomnũ capere:faci-
le ſpirare:ſiti nõ cõfici;cibũ nõ faſtidire:ſi febricula fuit:ea uacare.Itẽq; habere pus albũ:leue:
nõ fœdi odoris.Mala ſunt:uigilia:ſpiritus grauitas:ſitis:cibi faſtidiũ:febris pus nigrũ aut feculẽtũ &
fœdi odoris.Itẽ ꝓcedẽte curatiõe eruptio ſanguinis:aut ſi antequã ſinus carne ĩpleat᷑ oræ carnoſæ fi-
unt.Illa quoq; ipſa carne hebere nec firma deficere tamẽ animã uel ipſa curatiõe uel poſtea:peſſimum
oĩum é.Quin etiã morbus ipſe ſiue ſubito ſolutus é:dein ſuppuratio exorta eſt ſiue effuſo pure pma-
net nõ immerito terret.Eſtq; ĩter cauſas timoris:ſi ſenſus ĩ uulnere rodẽtiũ nõ é.Sed ut hæc ipſa fortuna
huc illucue diſcernit:ſic medici ptiũ é:eniti ad reperiẽdã ſanitatẽ. Ergo quotiẽs ulcus reſiluerit:elue-
re id:ſi reprimẽdus humor uidebit᷑:uino ex aqua pluuitiali mixto:uel aqua ĩ qua lẽticula cocta ſit:de-
bebit.Si purgãdũ erit:mulſo:rurſuſq; ĩponere eadẽ.Vbi iã repreſſus uidebit᷑ humor ulcuſq; purũ erit
ꝓduci carnẽ cõueniet & foueri uuinus pari portiõe uini ac mellis:ſuperq; ĩponi ſpongia ex uino & ro
ſa tĩcta.Per quæ cũ caro ꝓducat᷑:plus tamẽ:ut alias quoq; dixi uictus ratio eo cõfert.id é ſolutis iã fe-
bribus & cibi cupiditate reddita:balneũ rarũ:quotidiana:ſed lenis geſtatio cibi potiõeſq; corpori refi-
ciẽdo.Apteq; oĩa p medicamẽta quoq; ſuppuratiõe rupta ſequuntur:ſed qa magno malo uix ſine fer-
ro mederi licet:in hunc locũ reſeruata ſunt.

De fiſtulis. Caput quartum

a Duerſus fiſtulas quoq; ſi altius penetrãt ut ad ultimas demitti colliriũ non poſſit:ſi tortuoſæ
ſunt:ſi multiplices:maius ĩ manu quã ĩ medicamẽtis præſidiũ eſt.minuſq; operæ eſt:ſi ſub cu-
te tranſuerſæ feruntur:quã ſi recte intus tendunt.Igit᷑ ſi ſub cute tranſuerſa fiſtula eſt:demitti
ſpecillum debet:ſupraq; id ea ĩcidi.ſi flexus reperiunt᷑:hi quoq; ſimul ſpecillo & ferro perſequẽdi ſũt.
Idẽq; faciẽdum:ſi plures ſe quaſi ramu in oſtẽdunt.Vbi ad fines fiſtulæ uentũ eſt:excidẽdum ex toto
callus eſt:ſuperq; fibulæ dandæ.& medicamentũ quo glutinetur.At ſi recta ſubter tendit ubi quo ma
xime ferat ſpecillo exploratũ eſt:excidi is ſinus debet:dein fibula oris cutis iniciẽda é:& æq; glutinan
tia medicamenta ſup danda ſunt.Aut ſi corruptius ulcus,quod interdum oſſe uitiato fit:ubi id quo

que curatū ē:pus mouētia ſolēt aūt īter coſtas fiſtulæ ſubter exire qđ ubi īcidit:eo loco coſta ab utraq; pte decidēda & eximēda ē: neqd ītus corruptū reliquat̃.ſolēt ubi coſtas tranſierūt ſeptū id qđ trāſuerſum a ſuperioribus uiſceribus īteſtina diſcernit:uiolare.Quod ītelligi & ex loco & ex magnitudīe doloris pōt:& qa nōnunq̄ ſpiritus eo:cū humore q̄ſi bullāte ꝓrumpit:maxīeq; ſi hūc ore ille cōtinuit.In eo medicamini locus nullus ē.In cæteris uero quæ circa coſtas ſanabilia ſunt:pīguia medicamēta inimica ſunt.cæteris quæ ad uulnera accōmodant̃:uti licet. Optime tamē ſicca linamēta:uel ſi purgandū aliqd uidet̃ ī melle tīcta īponunt̃.Ventri nullū os ſubeſt.ſed ibi pnitioſæ admodū fiſtulæ fiunt:adeo ut Soſtratus īſanabiles eē crediderit.Id nō ex toto ita ſe habere uſus oſtēdit.Et qdē:qđ maxīe mirū uideri pōt:tutior fiſtula ē cōtra iecur & lienē & uētriculū quā cōtra īteſtina: nō quo pnitioſior res ibi ſit:ſed quo alteri periculo locū facit.Cuius experimēto moti qdā auctores parū modū rei cognouerūt. Nā uēter ſæpe etiā telo pforat̃.plapſaq; īteſtina cōdunt̃:& oras uulneris ſuturæ cōprehēdūt. qđ quēadmodū fiat mox īdicabo.Itaq; etiā ubi tenuis fiſtula abdomē perrūpit:excidere eā licet:ſuturaq; oras cōiungere.Si uero ea fiſtula ītus patuit:exciſa neceſſe ē latius foramen reliquat:qđ niſi magna ui utiq; ab īteriore pte ſui nō pōt q̄ q̄ſi mēbrana quædā finit abdomē:quā peritoneō græci uocant.Ergo ubi aliqs īgredi ac moueri cœpit.rūpit̃ illa ſutura atq; īteſtina ſoluunt̃.Quo fit ut peundū homini ſit. Sed nō oīmō res ea deſperationē habet.Ideoq; tenuioribus fiſtulis adhibēda curatio eſt.

De ani fiſtulis.

p Ropriā etiā nū animaduerſionē deſiderāt ea:quæ ī ano ſunt.In has demiſſo ſpecillo ad ultimū eius caput īcidi cutis debet. dein nouo foramīe ſpecillū educi lino ſequēte:qđ ī aliā eius ptē ob id ipſū pforatū cōiectū ſit. Ibi linū ꝓhēdendū:uinciendūq; cū altero capite ē:ut laxe cutē: quæ ſup fiſtulā ē:teneat.Idq; linū eē debet crudū & duplex triplex ue:ſic tortū ut unitas fcā ſit.Interī aūt licet negocia augere āmbulare:lauari cibū capere peride atq; ſaniſſimo. Tātūmō id linū bis die ſaluo modo ducēdū ē:ſic ut ſubeat fiſtulā ps quæ ſuperior fuerit . Neq; cōmittendū eſt ut id linū putreſcat.Sed tertio quoq; die nodus ī ſoluēdus ē:& ad caput alterū recēs linū alligādū ē:eductoq; uetere:id ī fiſtula cū ſimili nodo reliquēdum. Sic.n.id paulatī cutē:q̄ ſupra fiſtulā ē:īcidit:ſimulq; & id ſaneſcit qđ a līo relictū ē:& id qđ ab eo mordet̃:īcidit̃.Hæc ratio curatiōis lōga:ſed ſine dolore ē.Qui feſtinat:aſtringere cutē lino debet:quo celerius ſecet:noctuq; penicillo tenuia qdā ītus demittere:ut cutis hoc ipſo extenuet̃.quo eſtēdit̃ Sed hæc dolorē mouēt Adiicit̃ celeritati ſic ut tormēto quoq; ſi & linū & id qđ ex penicillo ē:aliquo medicamēto illinit̃ ex iis qbus callū exedi poſui.Poterit tamē fieri ut ad ſcalpelli curationē etiā illo loci ueniēdū ſit:ſi ītus fiſtula fert:ſi multiplex ē.Igit̃ ī hæc genera demiſſo ſpecillo duabus lineis īcidēda cutis ē ut media īter eas habēula tenuis admodū eiiciat̃: ne protius ora cœant:ſitq; locus aliqs linamētis.quæ quā pauciſſima ſup iniicienda ſunt:oīaq; eodē mō faciēda:q ī abſceſſibus poſitus ē.Si uero ab uno ore plures ſinus erūt:recta fiſtula ſcalpello erit īcidenda: ab eo cæteræ quæ iā patebūt lino excipiēdæ.ſi ītus aliq̄ ꝓcedet:quo ferrū tuto ꝓuenire nō poterit:colliriū demittēdū erit.Cibus aūt ī oībus eiuſmodi caſibus:ſiue manu ſiue medicamētis aget̃:dari debet humidus.potio liberalis:diuq; aq̄ ubi iā caro īcreſcit.tū demū & balneis raris utēdū erit:& cibis corpus īplentibus

De telis e corpore extrahendis. Caput quintum.

t Ela quoq; quæ illata corporibus ītus hæſerunt:magno negocio ſæpe eiiciunt̃. Suntq; quedā difficultates ex generibus eorū quædā ex his ſedibus ī quas illa penetrarūt.Oē aūt telū extrahit̃:aut ab ea parte qua uenit:aut ab ea ī qua tetēdit.Illic uiā qua redeat:ipſum ſibi fecit.Hic a ſcalpello accipit.Nā cōtra mucronē caro īcidit̃.Sed ſi nō alte telū īſedit:& ī ſumma carne ē:aut certe magnas uenas & loca neruoſa nō tranſiit:nihil melius ē:quā q̄ uenit id euellere.Si uero plus eſt per qđ telo reuerēdū quā qđ ꝓrumpendū ē:iāq; uenas neruoſq; id trāſit:cōmodius ē aperire qđ ſupeſt:eaq; extrahere. Nā & ꝓpius petitur & tutius euellitur:& ī maiore mēbro ſi mediū mucro tranſiit facilius ſaneſcit qđ peruiū ē. qa utrinq; medicamēto fouet̃.Sed ſi retro telū recipiēdū eſt; ampliāda ſcalpello plaga ē:quo facilius id ſequatur:quoq; minor oriatur īflammatio:quæ maior fit:ſi ab illo ipſo telo dū redit corpus laniatur.Itē ſi ex alia parte uulnus aperitur:laxius eē debet:quā ut telo poſtea tranſeunte amplicet̃.Summa aūt utraq; parte ita habēda cura eſt:ne neruus:ne uena maior:ne arteria incidatur. Quorū ubi aliquid detectū eſt:excipiēdū hamo retuſo eſt:abducendūq; ſcalpello. Vbi aūt ſatis īciſū eſt:telū eximēdū eſt:tū quoq; eodē modo & eadē cura habita:ne ſub eo quod eximet̃:aliqd eorū lædatur:quæ tuenda eſſe propoſui.Hæc communia ſunt.Propria quædā in ſingulis telorum generibus ſubiicienda ſunt.quæ protinus ſubiiciam.Nihil tā facile in corpore quā ſagitta cōditur:eadēq; altiſſime inſedit.Hæc autē eueniūt & qa magna ui fertur illa:& quia ipſa in anguſto eſt.Sæpius itaq; ab altera parte quā ex qua uenit recipienda eſt præcipueq;:quia fere ſpiculis cingitur:quæ magis laniant ſi retro q̄ ſi cōtra trahūtur.Sed inde aperta uia caro diduci debet ferramēto ad ſimilitudinē facto græcæ litteræ Ψ. Deinde ubi apparuit: ſi mucro ſi harundo inhæret: propellēda eſt:donec ab altera parte appræhendi & extrahi poſſit.Si iam illa decidit:ſolumq; intus ferrum eſt:mucro uel digitis appræhendi uel forfice:atq; ita educi debet.Neq; alia ratio extrahēdi eſt:ubi ab ea parte qua uenit:euelli magis placuit.Nam ampliato uulnere aut harundo:ſi ineſt:euellenda eſt:aut ſi ea non eſt: ferrum ipſum. Quod ſi ſpicula apparuerunt:eaq; breuia & tenuia ſunt:forfice ibi cōmuni debēt; uacuūq; ab his telū educi ſi ea maiora ualētioraq; ſunt:fixis ſcriptoriis calamis cōtegenda:ac ne quid lacerent:ſic euellen-

da ſunt.Et ĩ ſagittis qdẽ hæc obſeruatio ẽ.Latũ uero telũ ſi cõditũ ẽ:ab altera parte educi nõ expedit:
ne ĩgenti uulneri ipſi quoq; ĩgens uulnus adiiciamus.Euellẽdũ eſt ergo genere quodã ferramenti:qđ
diocris græci belulcũ uocãt:quoniã auctorẽ Dioclẽ habet.quẽ ĩter priſcos maxioſq; medicos fuiſſe iã
poſui.Lamina uel ferrea uel ænea etiã ab altero capite duos utriq; deorſum cõuerſos uncos habet: ab
altero duplicata alteribus:leuiterq; extrema ĩ eã partẽ ĩclinata:quæ ſinuata ẽ.ĩſuper ibi etiã pte ĩcliata:
quæ pforata eſt.Hæc iuxta telũ tranſuerſa demittit̃.Deĩde ubi ad imũ mucronẽ uentũ ẽ:paulum tor-
quet̃:ut telũ foramĩe ſuo excipiat.Cũ ĩ cauo mucro ẽ:illico duo digiti ſubiecti ptis alterius:uncis ſi-
mul & ferramẽtum id extrahũt & telũ.Tertiũ genus telorũ ẽ:qđ interdũ euelli debet:plũbea glãs:aut
lapis:aut ſimile aliqd:qđ perrupta cute ĩtegrũ ĩtus inſedit.In oĩbus his latius uulnus aperiendũ: idq;
qđ ineſt:ea q̃ uenit forſice extrahẽdũ ẽ.Accedit uero aliqd difficultatis:ſub oĩ ictu ſi telũ uel oſſi ĩhæ-
ſit:uel ĩ articulo ſe ĩter duo oſſa demerſit.in oſſe uſq; eo mouẽdũ ẽ donec is locus laxet̃ q mucronem
momordit:& tũ uel manu uel forſice telũ extrahendũ ẽ.quæ ratio ĩ dentibus quoq; eiiciẽdis ẽ.Et uix
unq̃ ita telũ nõ ſeqtur.Sed ſi morabit̃ excuti quoq; ictũ aliquo ferramẽto poterit.Vltimũ ẽ ubi non
euellit̃:terebra iuxta forare.ab eo quoq; foramĩe ad ſpeciẽ litteræ ψ cõtra telum os excidere: ſic ut li-
neæ quæ diducũtur ad telũ ſpectẽt.eo facto id neceſſe ẽ labet & facile auferat̃.Inter duo uero oſſa ſi p
ipſum articulũ perruperit:circa uulnus duo mẽbra faſciis habeniſue deligãda:& p has ĩ diuerſas par-
tes diducẽda ſunt ut neruos diſtẽdãt.Quibus extẽtis laxius inter oſſa ſpaciũ ẽ:ut ſine difficultate telũ
recipiat̃.Illud uidẽdũ ẽ.ſicut ĩ aliis locis poſui.ne qs neruus aut uena aut arteria a telo lædat̃:dũ id ex-
tra itur:eadẽ ſcilicet rõne quæ ſupra poſita ẽ.At ſi uenenato quoq; telo qs ictus eſt:hiſdẽ oĩbus ſi fieri
põt etiã feſtinãtius actis:adiiciẽda curatio ẽ quæ uel epoto ueneno uel a ſerpẽte ictis adhibet̃. Vulne-
ris aũt ipſius extracto telo medicina non alia ẽ:quã quæ eſſet ſi corpore icto nihil ĩhæſiſſet.De q̃ ſatis
alio loco dictũ eſt.

De gãgliis & meliceride & herõate & ſteathõate Capitis tuberculis. Caput ſextum.

Aec uenire ĩ q̃libet pte corporis poſſunt.Reliq̃ certas ſedes habet.de qbus dicã:orſus a capite.
h In hoc multa uaria q tubercula oriunt̃.gãglia:meliceridas:& herõata nominãt:aliiſq; etiã nũ
uocabulis quædã alii diſcernũt:qbus ego ſteathõata quoq; adiiciã.Quæ quãuis & ĩ ceruice &
ĩ alis & ĩ lateribus oriri ſolẽt:p ſe tamẽ nõ poſui:cũ oĩa iſta mediocres differẽtias habeãt:ac ne pericu-
lo terreãt:neq; diuerſo genere curẽtur.Oĩa aũt iſta & ex paruulo ĩcipiũt.& diu paulatiq; ĩcreſcũt.& tu
nica ſua ĩcludũtur Quædã ex his dura ac renitẽtia:quædã mollia cedẽtiaq; ſunt:quædã ſpacio nudã-
tur:quædã tecta capillo ſuo pmanẽt:fereq; ſine dolore ſunt.Quid ĩtus habeãt ut cõiectura præſagiri
põt:ſic ex toto cognoſci niſi cũ eiecta ſunt nõ põt.Maxĩe tamẽ ĩ his quæ renitũtur aut lapillis quædã
ſimilia.aut cõcreti cõferctiq; pili reperiũtur.In his uero quæ cedũt aut melli ſimile aliqd:aut tẽui pul-
ticulæ:aut q̃ſi raſæ cartilagini:aut carni hebeti & cruẽtæ.qbus aliq colores eẽ cõſuerũt.fereq; gãglia
renitũtur.At heromati ſubeſt q̃ſi tenuis pulticula.Meliceridi liqdior humor.Ideoq; pſſum circũfluit.
Steathõati pigue qddã:idq; latiſſime patere cõſueuit:reſoluitq; totã cutẽ ſuppoſitã:ſic:ut ea labet:cũ
ĩ cæteris ſit aſtrictior.Oĩa deraſa ante ſi capillis cõtegũtur p mediũ oportet ĩcidere:ſed ſteathõatis tu
nica quoq; ſecãda ẽ:ut effundat̃ qcqd ĩtus coit:qa nõ facile a cute ſubiecta carne ea ſeparet̃ In cæteris
ipſa tunica inuiolata ſeruanda eſt.Protinus autem alba & ĩtenta ſe oſtendit.Tum ſcalpelli manubrio
lo diducenda a cute & carne eſt:eiiciẽdaq; cũ eo quod ĩtus tenet. Si quando tamen ab inferiore parte
tunicæ muſculus inhæſit:ne his lædatur:ſuperior pars illius decidenda:alia ibidem relinquenda eſt.
Vbi tota exempta eſt:committendæ oræ:fibulaq; his iniicienda:& ſuper medicamentum glutinans
dandum eſt.Vbi uel tota tunica:uel aliqd ex ea relictũ eſt:pus mouẽtia adhibenda ſunt.

De oculorũ uiciis quæ ſcalpello & manu curantur. Caput ſeptimum.

Ed ut hæc neq; genere uicii:neq; ratione curationis inter ſe multum diſtant:ſic in oculis quæ
s manum poſtulant & ipſa diuerſa ſunt:& aliter aliterq; curantur.Igitur in ſuperioribus palpe-
bris ueſicæ naſci ſolent pingues graueſq;:quæ uix attollere oculos ſinunt:leueſq; pituitæ cur-
ſus:ſed aſſiduos in oculis mouent.Fere uero in pueris naſcuntur.Oportet compreſſo digitis duobus
oculo atq; ita cute intenta ſcalpello tranſuerſam lineam incidere ſuſpenſa leuiter manu ne ueſica ipſa
uulneretur.& ut locus ei patefactus eſt,ipſa prorumpat.tum digitis eam apprehendere oportet & euel
lere.Facile autem ſequitur.Dein ſuper ungi collirio debet ex his aliquo:quo lippientes oculi ſuper in
unguntur.pauciſſimiſq; diebus cicatricula inducitur.Moleſtius eſt ubi inciſa ueſica eſt.Effundit enĩ
humorem.neq; poſtea quia tenuis admodum eſt:poteſt colligi.Si forte id incidit:eorum aliquid im-
ponendum eſt:quæ puri mouendo ſunt.

De crithe tuberculo palpebrarum.

N eadem palpebra ſuper pillorũ locũ tuberculum paruulum naſcitur:qđ a ſimilitudine ordei
i a græcis:crithe nominat̃.Tunica qddã qđ difficulter matureſcit cõpræhẽſum eſt,Id uel cali-
do pane:uel cæra ſubĩde calefacta foueri oportet:ſic ne nimius is calor ſit:ſed facile ea pte ſuſti
neatur.Hac.n.rõne ſæpe diſcutit̃.iterdũ cõcoquit̃.Si pus ſe oſtẽdit:ſcalpello diuidi debet:& qcqd in-
tus hũoris ẽ:exprimi.Eodẽ deĩde uapore poſtea quoq; foueri & ſup ĩungi:donec ad ſanitatẽ pueniat.

De chalazia palpebrarum.

Lia quoq; quædam in palpebris huic non diſſimilia naſcũtur; ſed neq; utiq; figuræ eiuſdem

& mobilia ſimul atq; digito huc uel illuc ĩpelluntᷣ. Ideoq; ea chalazia uocant hæc incidi debent ſi ſub cute ſunt ab exteriore parte. ſi ſub cartilagine ab ĩteriore. Dein ſcalpelli manubriolo diducẽda ab integris ꝑtibus ſunt. Ac ſi ĩtus plaga eſt: inungendũ primo lenibus: deĩde acrioribus. Si extra: ſup dãdũ emplaſtrũ quo id glutineᷣ.

De ungue oculoꝝ: qđ pterigion a græcis uocatur.

u

Nguis uero: qđ pterigion græci uocãt: eſt mẽbranula neruoſa oriẽs ab angulo: quæ nonnunq̃ ad pupillã quoq; ꝑuenit. eiq; officit. Sæpius a nariũ ĩterdũ etiã a tempoꝝ parte naſciᷣ. Hunc recentẽ nõ difficile eſt diſcutere medicamẽtis: q̃bus cicatrices in oculis extenuanᷣ. Si ĩueterauit: ĩaq; ei craſſitudo quoq; acceſſit. excidi debet. Poſt abſtinentiã uero unius diei: uel aduerſus ĩſedili cõtra medicũ his homo collocãdus eſt: uel ſic aduerſus: ut ĩ gremiũ eius caput reſupinus effundat. Quidam ſi in ſiniſtro oculo uiciũ eſt: aduerſum. Si in dextro: reſupinũ collocari uolunt. Alterã autẽ palpebrã a miniſtro diduci oportet: alterã a medico. Sed ab hoc: ſi ille aduerſus eſt: inferiorẽ. ſi ſupinus: ſuperiorem. Tum idẽ medicus hamulũ acutũ paulũ mucrone ĩtus recuruato ſubiicere extremo ungui debet: eumq; ĩfigere: atq; eã quoq; palpebrã tradere alteri. ipſe hamulo apprehẽſo leuare unguem. eumq; acu traiicere linũ trahẽte. Deĩde acũ ponere: lini duo capita apprehẽdere: & ꝑ ea erecto ungue ſi qua parte oculo ĩhæret manubriolo ſcalpelli diducere: donec ad angulũ ueniat. Deinde inuicẽ modo remittere: modo attrahere: ut ſic & initiũ eius & finis anguli reperiaᷣ. Duplex enim periculũ eſt: ne uel ex ungue aliq̃d relinquaᷣ: qđ exulceratũ uix ullã recipiat curationẽ: uel ex angulo quoq; carũcula abſcidaᷣ quæ ſi uehemẽtius unguis duciᷣ: ſequiᷣ. Ideoq; decipit: ac ſi abſciſſa eſt: pateſcit foramẽ: ꝑ qđ poſtea ſemꝑ humor deſcẽdit: rhypada græci uocant. Verus ergo anguli finis utiq; noſcẽdus eſt. q ubi ſatis cõſtitit: nõ nimiũ adducto ungue ſcalpellus adhibẽdus eſt: deĩde excidẽda ea mẽbranula. ne q̃d ex angulo lædaᷣ. Eo deĩde ex melle linamẽtum ſup dandũ eſt: ſupraq; linteolũ & aut ſpongia aut lana ſucida proximiſq; diebus diducẽdus quotidie oculus eſt: ne cicatrice ĩter ſe palpebræ glutinenᷣ. Si q̃dẽ id quoq; tertiũ periculũ accedit: eodẽq; modo linamentũ ĩponendũ: ac nouiſſime inungendũ collirio: quo ulcera ad cicatricẽ ꝑducunᷣ. Sed ea curatio uera eſſe debet: aut certe ante hyemem. De q̃ re ad plura loca ptinẽte ſemel dixiſſe ſatis erit. Nã duo genera curationũ ſunt. Alia in q̃bus eligere tẽpus nõ licet: ſed utendũ eſt eo: qđ ĩcidit: ſicut in uulneribus & in fiſtulis. Alia in q̃bus nullus dies urget: & expectare tutiſſimũ & facile eſt: ſicut euenit in iis q̃ & tarde increſcũt & dolore nõ cruciant: in his uer expectandũ eſt. Aut ſi q̃d magis preſſit: melior tamẽ autumnus uel æſtas: quã hyems eſt. Atq; his ipſe medius: iã fractis æſtatibus: nõdum ortis frigoribus. Quo magis autẽ neceſſaria pars erit quæ tractabiᷣ hoc quoq; maiori ꝑiculo ſubiecta eſt. & ſæpe quo maior plaga faciẽda: eo magis hæc tẽporis ratio ſeruabiᷣ.

De enchanti tuberculo.

e

X curatiõe uero unguis ut dixi uicia naſcunᷣ: quæ ipſa aliis quoq; decauſis oriri ſolẽt. Interdũ enim fit in angulo: parũ ungue exciſo uel aliter: tuberculũ: qđ palpebras parũ diduci patiᷣ. enchantis græce noĩaᷣ. Excidi hamulo & circũcidi debet: hic quoq; diligẽter tẽperata manu: ne qđ ex ipſo abſcidat. Tum exiguũ linamentũ reſpergendũ eſt uel cadmia uel atramẽto ſutorio: inq; eũ angulũ diductis palpebris inſerendũ: ſupraq; eodẽ modo deligãdũ. proximiſq; diebus ſimiliter nutriẽdum. tantũ ut primis aqua egelida uel etiam frigida foueatur.

De ancyloblephato oculoꝝ uicio.

i

Nterdũ inter ſe palpebræ coaleſcũt: apeririq; nõ poteſt oculus. Cui malo ſolet etiã illud accedere: ut palpebræ cũ albo oculi cohæreſcãt. ſcilicet cũ in utroq; fuit ulcus neglig̃ẽter curatum. Saneſcẽdo enim qđ diduci potuit & debuit: glutinabit. ancyloblepharos ſub utroq; uicio græci uocãt. Palpebræ tantũ ĩter ſe cohærẽtes nõ difficulter diducunᷣ: ſed interdũ fruſtra nã rurſus glutinanᷣ. Experiri tamẽ oportet. q̃a bene res ſæpius cædit. Igiᷣ aduerſum ſpecillũ inſerẽdũ: diducẽdæq; eo palpebræ ſũt: deĩde exigua penicilla ĩterponẽda donec exulceratio eius loci finiaᷣ. Aut ubi albo ipſius oculi palpebra inhæſit: Heraclides tarẽtinus auctor eſt: aduerſo ſcalpello ſubſecare magna cũ moderatiõe: ut neq; ex oculo neq; ex palpebra quicq̃ abſcidaᷣ. ac ſi neceſſe eſt ex palpebra potius. Poſt hæc inũgaᷣ oculus medicamẽtis q̃bus aſpritudo curaᷣ: quotidieq; palpebra uertaᷣ non ſolũ ut ulceri medicamentũ ĩducaᷣ: ſed etiã ne rurſus inhæreat: ipſiq; etiam ꝑcipitaᷣ: ut ſæpe eã duobus digitis attollat. Ego ſic reſtitutũ eſſe neminẽ memini. Meges ſe quoq; multa tentaſſe: neq; unq̃ ꝓfuiſſe: quia ſemꝑ iterum oculo palpebra inhæſerit: memoriæ prodit.

De ægylopa fiſtula oculorum.

e

Tiã num in angulo q naribus ꝓpior eſt ex aliquo uicio q̃ſi parua fiſtula aperiᷣ: ꝑ quam pituita aſſidue deſtillat. ægylopa græci uocãt. idq; aſſidue male habet oculũ. nonnunq̃ etiã exeſo oſſe uſq; ad nares penetrat idq; interdũ naturã carcinomatis habet. Vbi ĩtẽtæ uenæ & recuruatæ ſunt: color palet: cutis dura eſt & leui tactu irritaᷣ: ĩflãmationẽq; ĩ eas partes: q cõiũctæ ſũt: euocat. Ex his eos q q̃ſi carcinoma habẽt curare: ꝑiculoſũ eſt. Nã mortẽ quoq; ea res maturat. Eos uero q̃bus ad nares tẽdit: ſuꝑuacuũ. Neq; .n. ſaneſcũt. At q̃bus id in angulo eſt: põt adhiberi curatio cũ eã nõ ignotũ ſit eſſe difficilẽ. quãtoq; angulo ꝓpius id foramẽ eſt: tanto difficilior eſt. quoniã per anguſtũ eſt in quo uerſari manus poſſit. Recẽti tamẽ re mederi facilius ẽ. Sed hamulo ſũmũ eius foraminis excipiẽdũ deinde totũ id cauũ: ſicut in fiſtulis dixi: uſq; ad os excidẽdũ: oculoq; & cæteris iũctis ꝑtibus bene obtectis os ferramẽto adurẽdũ ẽ uehemẽtius. Quod ſi iã carie uexatũ ẽ: quo craſſior his ſq̃ma accedat: q̃dã adurẽtia ĩponũt: ut atramẽtũ ſutoriũ uel chalcitidẽ uel æruginẽ raſam. Quod & tardius & nõ idem facit.

Oſſe aduſto curatio ſequitur eadem:quæ in cæteris uſtis.

## De pilis palpebrarꝫ oculum irritantibus.

p Ili uero q̄ in palpebris ſunt duabus decauſis oculũ irritare cõſuerũt. Nã modo pálpebræ ſupioris ſũma cutis relaxaẗ & ꝓcidit.quo fit ut eius pili ad ipſum oculũ cõuertanẗ:qa nõ ſimul cartilago quoqꝫ ſe remiſit. Modo ſub ordine naturali pilorꝫ alius ordo ſubcreſcit : q̄ ꝓtinus intus ad oculũ tẽdit. Curatiões hæ ſunt. ſi pili nati ſunt q̄ nõ debuerũt:tenuis acus ferrea ad ſimilitudiné haſtæ lata in igné coiciẽda eſt. Deĩde candẽs ſublata palpebra ſic:ut eius ꝑnitioſi pili in cõſpectũ curantis ueniãt.ſub ipſis pilorꝫ radicibus ab angulo imittẽda eſt:ut ea tertiã partem palpebræ trãſueat. Deinde iterꝫ tertioqꝫ uſqꝫ ad alterꝫ angulũ. Quo fit ut oés pilorꝫ radices aduſtæ emorianẗ. Tum ſupimponẽdum medicamẽtũ eſt:qd̄ inflãmationé ꝓhibeat.atqꝫ ubi cruſtæ exciderũt:ad cicatricé ꝑducendũ. facillime autẽ id genus ſaneſcit:quidã aiunt acu trãſui iuxta pilos in exterioré partem palpebræ oportere: eamqꝫ trãſmitti duplicé capillũ muliebré ducenté:atqꝫ ubi acus trãſiit in ipſius capilli ſinũ qua duplicaẗ pilũ eſſe coiciendũ & ꝑ eum in ſupioré palpebræ parté attrahendũ:ibiqꝫ corpori agglutinandũ & ĩponendũ medicamentũ quo foramẽ quoqꝫ glutineẗ. ſic.n.fore ut is pilus in exterioré parté poſtea ſpectet. Id primũ fieri nõ põt niſi in pilo lõgiore:cũ fere breues eo loco naſcanẗ. Deĩde ſi plures pili ſunt: neceſſe eſt longũ tormẽtũ cũ totiens acus trãſuet magnã inflãmationé moueat Nouiſſime cũ humor aliqs ibi ſubſit:oculo & ãte ꝑ pilos & tum ꝑ palpebræ foramina affecto : uix fieri poteſt ut gluten quo uinctus eſt pilus nõ reſoluaẗ. Eoqꝫ fit ut his eo unde ui abductus eſt:redeat. Ea uero curatio: quæ palpebræ laxioris ab oĩbus frequẽtaẗ:nihil habet dubii. Si qdẽ oportet cõtecto oculo mediã palpebræ cutem:ſiue ea ſupior:ſiue ĩferior eſt:appræhẽdere digitis ac leuare.tũ cõſiderare quãtulo detracto futurꝫ ſit:ut naturaliter ſe habeat. Si qdẽ hic quoqꝫ duo ꝑicula circũſtant. Si nimiũ fuerit exciſum, ne contegi oculus nõ poſſit. Si parũ:ne nihil actũ ſit:& fruſtra ſectus aliqs ſit. Qua deĩde incidẽdũ uidebiẗ ꝑ duas lineas atramẽto notandũ eſt:ſic ut de ĩteriore quæ pilos cõtinet & ꝓpiore ei linea aliqd relinqͣẗ:qd̄ appræhẽdere acus poſtea poſſit. His cõſtitutis ſcalpellus adhibẽdus eſt.& ſi ſupior palpebra eſt: ante.ſi iferior:poſtea propius ipſis pilis incidendũ.initiũqꝫ faciendũ in ſiniſtro oculo:ab eo angulo q̄ tẽpori in dextro:ab eo q̄ naribus ꝓpior eſt:idqꝫ qd̄ inter duas lineas eſt excidendũ. Deinde oræ uulneris inter ſe ſimplici ſutura cõmittẽdæ:opiẽduſqꝫ oculus eſt:& ſi parũ palpebra deſcẽdet:laxãda utiqꝫ.ſi nimiũ:aut aſtringẽda:aut etiã ruſus tenuis habenula ab ulteriore ora excidẽda. Vbi ſecta eſt:aliæ ſuturæ adiiciẽdæ:q̄ ſupra tres eſſe nõ debẽt. Præter hæc in ſupiore palpebra ſub pilis ipſis ĩcidẽda linea eſt: ut ab ĩferiore parte diducti pili ſurſum ſpectẽt. Idqꝫ ſi leuis ĩclinatio eſt:etiã ſolũ ſatis tueẗ. Inferior palpebra eo nõ eget. His factis ſpõgia ex aqua frigida expreſſa ſup deligãda eſt. Poſtero die glutinãs emplaſtrũ iniiciendũ. Quarto ſutura tollẽda eſt:& collirio qd̄ inflãmationes reprimit ſup inungendũ.

## De glaucophthalmo oculorum.

n Onnunq̃ autẽ nimiũ ſub hac curatiõe exciſa cute euenit ut oculus nõ cõtegaẗ. Idqꝫ interdum etiã alia de cauſa fit glaucophthalmos græci appellãt. In quo ſi nimiũ palpebræ deeſt : nulla id reſtituere curatio põt. Si exiguũ mederi licet:paulũ ĩfra ſupciliũ cutis incidẽda eſt lunata figura cornibus eius deorſum ſpectãtibus. Altitudo eſſe plagæ uſqꝫ ad cartilaginẽ debet ipſa illa nihil læſa. Nã ſi ea ĩciſa eſt:palpebra cõcidit:neqꝫ attolli poſtea poteſt. Cute igiẗ tantũ diducta ſit : ut paulũ ĩ ima oculi ora deſcẽdat:hiãtes ſcilicet ſup plagã:in quã linamẽtũ coiciendũ eſt:qd̄ & coniungi diductã cutẽ ꝓhibeat:& in medio carũculã citet.q̄ ubi eũ locũ ĩpleuit:poſtea recte oculus opeꝛiẗ.

## De ectropio.

u T ſupioris autẽ palpebræ uitiũ eſt:qd̄ parũ deſcẽdit ideoqꝫ oculũ nõ cõtegit:ſic ĩferioris:quod parũ ſurſum attolliẗ:ſed pẽdet & hiat neqꝫ poteſt cũ ſupiore cõmitti. Atqꝫ id quoqꝫ euenit iterdum ex ſimili uitio curatiõis:interdũ etiã ſenectute.ectropion græci uocãt. Si ex mala curatiõe eſt:eadẽ ratio medicinæ eſt:q̄ ſupra poſita eſt:plagæ tantũ cornua ad maxillas nõ ad oculũ cõuertẽda ſunt. Si ex ſenectute eſt:tenui ferramẽto id totũ extrinſecus adurendũ eſt:deĩde melle inungẽdum. at quarto die uapore aquæ calidæ fouendũ:inũgendũqꝫ medicamẽtis ad cicatricẽ perducẽtibus.

## De Staphylomate oculi.

h Aec fere circa oculũ in angulis palpebriſqꝫ ĩcidere cõſuerũt. In ipſo autẽ oculo nonnunq̃ ſũma attolliẗ tunica ſiue ruptis intus mẽbranis aliquibus ſiue laxatis & ſimilis figura acino fit. Vnde id ſtaphyloma græci uocant. Curatio duplex eſt. Altera ad ipſas radices per mediũ trãſuere acu duo lina ducẽte. Deĩde alterius lini duo capita ex ſuperiore parte:alterius ex ĩteriore aſtrĩgere iter ſe.quæ paulatim ſecando id excidunt. Altera in ſumma parte eius ad lenticulæ magnitudinem excidere ,deinde ſpodiũ aut cadmiã infricare. Vtrolibet autem facto album oui lana excipiendũ & ĩponẽdum:poſteaqꝫ uapore aquæ calidæ fouẽdus oculus & lenibus medicamẽtis ungendus eſt.

## De clauis oculorum.

c Laui autẽ uocanẗ calloſa in albo oculi tubercula:q̄bus nomẽ a figuræ ſimilitudine eſt. Hos ad imam radicẽ ꝑforare acu cõmodiſſimũ eſt:infraqꝫ eã excidere:deĩde lenibus medicamẽtis inũgere.

## De natura oculorum & eorꝫ ſuffuſione.

ſ Vffuſionis iam alias feci mentionem : quia cum recens incidit medicamentis quoqꝫ ſæpe diſcutitur. Sed ubi uetuſtior facta eſt:manus curationẽ deſiderat:quæ inter ſubtiliſſimas haberi

poteſt.De qua antequam dico:paucis ipſius oculi natura indicáda eſt. Cuius cognitio cũ ad plura loca ꝑtineat :tum uel præcipue ad hunc pertinet His igiť ſummas habet duas tunicas:ex quibus ſuperior a græcis ceratoides uocať.Ea qua parte alba eſt ſatis craſſa pupillæ loco extenuať.Huic íferior adiuncta eſt media parte:qua pupilla é:modico foramine cõcaua:circa tenuis : ulterioribus partibus ipſa quoq; plenior.quæ choroides a græcis noíať.Hæ duæ tunicæ cũ íteriora oculi cingãt: rurſus ſub his coeũt: extenuatæq; & in unũ coactæ p foramé qđ íter oſſa eſt:ad mébraná cerebri ꝑueniũt:eoq; inhæreſcũt. Sub his aũt qua parte pupilla eſt locus uacuus eſt Deíde íſra rurſus tenuiſſima tunica quá herophilus arænoiden noíauit.Ea media ſubſidit:eoq; cauo cõtinet quiddá qđ a uitri ſimilitudine hyaloides græci uocãt.Id neq; liquidũ neq; aridũ eſt:ſed q̃ſi cõcretus humor:ex cuius colore pupillæ color uel niger eſt:uel cæſius:cũ ſũma tunica tota alba ſit.Id auté ſuꝑueniés ab interiore parte mébranula ícludit ſub his gutta humoris eſt oui albo ſimilis:a q̃ uidédi facultas ꝓficiſciť.criſtalloides a græcis noíať.Igiť uel ex morbo uel ex ictu cõcreſcit humor ſub duabus tunicis:qua locũ uacuũ eſſe ꝓpoſui.iſq; paulatí índureſcés íteriori potétiæ ſe opponit Viciiq; eius plures ſpecies ſunt.q̃dá ſanabiles.quædá quæ curationé nõ admittũt.Ná ſi exigua ſuffuſio eſt:ſi ímobilis:coloré uero habet marinæ:aquæ:uel ferri nitétis:& a latere ſenſum aliqué fulgoris relinqt.ſpes ſupeſt.Si magna eſt:ſi nigra pars oculi amiſſa naturali figura in aliá uertit:ſi ſuffuſioni color cæruleus eſt:aut auro ſimilis:ſi labat & hac atq; illac moueť:uix unquá ſuccurriť.Fere uero peior eſt:quo ex grauiore morbo,maioribuſue capitis doloribus:uel ictu uehemétiore orta eſt.Neq; idonea curatio:ſi ſenilis ætas eſt:quæ ſine nouo uicio tamé acié hebeté habet.At ne puerilis q̃dé:ſed íter hæc media ætas.Oculus quoq; curatiõi neq; exiguus : neq; cõcauus ſatis opportunus eſt.atq; ipſius ſuffuſiõis q̃dá maturitas eſt.Expectádũ igiť eſt donec iá nõ fluere:ſed durities q̃dam cõcreuiſſe uideať.Ante curationé auté modico cibo uti:bibere aquá triduo debet:pridie ab oíbus abſtinere.Poſt hæc in aduerſo ſedili collocádus eſt loco lucido:lumine aduerſo:ſic ut cõtra medicus paulo altius ſedeat.A poſteriore auté parte caput eius:q curabiť.miniſter cõtineat : & ímobile id præſtet. Ná leui motu eripi acies in ꝑpetuũ põt.Quin etiá ipſe oculus q curabiť:ímobilior faciédus eſt: ſuꝑ alterũ lana ipoſita & deligata.Curari uero ſiniſter oculus dextra manu:dexter ſiniſtra debet . Tum acus admouéda eſt:aut acuta:aut forte nõ nimiũ tenuis.eaq; demittéda . Sed recta eſt p ſummas duas tunicas medio loco íter nigrũ oculi & angulũ tépori propioré e regione mediæ ſuffuſionis:ſic ne qua uena lædať.Neq; tamen timide demittéda eſt:quia inani loco excipiť Ad qué cũ uentũ eſt : ne mediocriter quidé peritus falli poteſt:quia ꝑ̃menti nihil renitiť.Vbi eo uentũ eſt:inclináda acus ad ipſam ſuffuſionem eſt.leuiterq; ibi uerti & paulatim eá deducere íſra regioné pupillæ debet . Vbi deíde eam tranſit uehemétius íprimi:ut íferiori parti inſidat.Si hæſit:curatio expleta eſt.Si ſubíde redit: eadé acu magis cõcidenda:& in plures partes diſſipáda eſt.quæ ſingulæ & facilius cõduntť & minus late officiunt.Poſt hæc educéda acus recta eſt:íponendũq; eſt lana molli exceptũ oui albũ:& ſupra:qđ inflámationé coerceat:atq; ita deuinciendũ. Poſt hæc opus eſt quiete:abſtinétia:leniũ medicamentoꝝ inunctiõibus:cibo:qui poſtero die ſatis mature datur:primũ liquido:ne maxillæ laborent:deíde inflámatiõe finita talí:qualis in uulneribus ꝓpoſitus eſt Quibus.ut aqua quoq; diutius bibať:neceſſario accedit.

De pituita oculoꝝ.

E pituitæ quoq; tenuis curſu:q oculos íſeſtat:quatenus medicamétis agendũ eſt:iam explicui.
d Nũc ad ea ueniá:quæ curationé ex manu poſtulát. Animaduertimus auté q̃buſdam nunq̃ ſicceſcere oculos:ſed ſemꝑ humore tenui madere:quæ res aſꝑitudiné continuat: ex leuibus mométis inflámationes & lippitudines excitat:totá deniq; uitá hoís íſeſtat.Idq; in q̃buſdam nulla ope adiuuari poteſt.in q̃buſdam ſanabile eſt.Quod primũ diſcrimen eſt:noſſe oportet:ut alteri ſuccurratur: alteri manus nõ iniciať.Ac primũ ſuꝑuacua curatio eſt í his:q ab íſantibus id uiciũ habét:quia neceſſario máſuꝝ eſt uſq; mortis dié:Deíde nõ neceſſario etiá in his:q̃bus nõ multa:ſed acris pituita eſt.Siquidé manu nihil adiuuanť.medicamétis & uictus rõne:quæ craſſioré pituitá reddit: ad ſanitaté ꝑueniũt.Lata etiá capita uix medicinæ patét.Tum íntereſt uenæ pituitá emittát:q íter caluariá & cuté ſũt: an quæ íter mébraná cerebri & caluariá.Suꝑiores fere p tépora oculos rigant.íferiores per eas mébranas:quæ ab oculis ad cerebrũ tendũt Poteſt auté adhiberi remediũ his:quæ ſupra os fluũt:nõ põt his: quæ ſub oſſe.Ac ne his quidé ſuccurriť:q̃bus pituita utrinq; deſcendit:quia leuata altera parte nihilominus altera íſeſtat.Quid ſit auté hoc ratione cognoſciť.Raſo capite ea medicaméta:q̃bus in lippitudine pituita ſuſpenditur:a ſupercilis uſq; ad uerticem illini debét.Si ſicci oculi eſſe cœperunt apparet per eas uenas:quæ ſub cute ſunt:irrigari.Si nihilominus madét:manifeſtum eſt ſub oſſe deſcendere.Si eſt humor:ſed leuior:duplex uicium eſt.Plurimi tamé ex laborátibus reperiunť.quos ſuꝑiores uenæ exerceant:ideoq; pluribus etiam opitulari licet.Idq; nõ in græcia tantummodo:ſed in alijs quoq; gentibus celebre eſt:adeo ut nulla medicinæ pars magis per nationes quoq; expoſita ſit.Reperti in græcia ſunt qui nouem lineis cutem capitis inciderét:duabus in occipitio rectis:una ſuper eas tráſuerſa : dein duabus ſuper aures:una inter eas item tráſuerſa:tribus inter uerticé & fronté rectis. Reperti ſunt q a capite recte eas lineas ad tp̃a diducerét:cognitiſq; ex motu maxillaꝝ muſculoꝝ initiis:leuiter ſuꝑ eos cuté íciderét:íductiſq; p retuſos hamos oris íſererét linaméta:ut neq; íter ſe cutis antiq fines cõmitterenť & í medio caro ícreſceret:q̃ uenas ex q̃bus hũor ad oculos tráſiret:aſtrigeret. Quidá ét attraméto duas lineas duxẽt a media aure ad mediá alterá auré.deíde a naribus ad uerticé.Tũ ubi lineæ cõmitte

banť:ſcalpello inciderunt & poſt ſanguine fuſo os ibidē aduſſerūt. Nihilominus autē & in tēporibus
& inter frontē atq; caluariā eminētibus uenis idē candēs ferrū admouerūt. Frequens curatio eſt uenas
in tēporibus aducere: quæ fere qdē in eiuſmodi malo tumēt: ſed tamē ut inflenť magiſq; ſe oſtēdant:
ceruix ante modice deligāda eſt tenuibuſq; ferramētis & retuſis uenæ adurēdæ: donec in oculis pitui-
tæ curſus cōquieſcat. Id. n. ſignū eſt q̃ſi excæcatoꝝ itineꝝ ꝑ quæ humor ferebať. Valētior tamē medi-
cina eſt: ubi tenues cōditæq; uenæ: ideoq; legi nō poſſunt. Eodē mō ceruice deligata. retentoq; ab ipſo
ſpiritu quo magis uenæ ꝓdeāt: atramēto notare eas cōtra tēpora & īter uerticē ac frontē. deīde ceruī-
ce reſoluta q̃ notæ ſunt uenas īcidere & ſanguinē mittere. Vbi ſatis fluxit: tenuibus ferramētis adure-
re. Cōtra tēpora qdē: timide: ne ſubiecti muſculi q maxillas tenent ſentiāt. īter frontē uero & uerticē:
uehemēter: ut ſic ſquama ab oſſe recedat. Efficacior tamē etiā num eſt afroꝝ curatio: q uerticē uſq; ad
os adurūt: ſic ut ſquamā remittat. Sed nihil melius eſt quā qđ in gallia quoq; comata fit. ubi uenas in
tēporibus & in ſupiore capitis parte legūt. Aduſta quō curāda ſint iam explicui. Nūc illud adiicio: neq;
ut cruſtæ decidāt. neq; ut ulcus ipleať aduſtis uenis eſſe ꝓperādū. ne uel ſanguis erumpat: uel cito pus
ſupprimať: cū ꝑ hoc ſicceſcere eas partes opus ſit: ꝑ illud exhauriri opus nō ſit. Si quādo tamen ſanguis
eruperit: īfricāda medicamēta eſſe: q̃ ſic ſanguinē ſupprimāt: ne adurāt. Quēadmodū aūt uenæ deligē-
dæ ſint: qdq; lectis his faciendū ſit cū uenero ad crurū uarices dicam.

De aurium morbis: qui manu & ſcalpello curanť. Caput octauum.

Eꝝ ut oculi multiplicē curationē etiā manus exigūt ſic in auribus admodū pauca ſunt: q̃ ī hac
u medicinæ parte tractenť. Solet tamē euenire uel a primo natali die ꝓtinus: uel poſtea facta exul
ceratiōe. deīde ꝑ cicatricē aure repleta: ut foramen in ea nullum ſit: ideoq; audiendi uſu careat.
Quod ubi īcidit: ſpecillo tentandū eſt: alte ne id repletū: an in ſummo tātū glutinatū ſit. Nā ſi alte eſt:
ꝑmenti nō cedit. Si in ſūmo: ſpecillū ꝓtinus recipit. Illud attigi nō oportet: ne ſine effectus ſpe diſtētio
oriať neruoꝝ: & ex ea mortis piculū ſit. Hoc facile curať. Nā q̃ cauū eſſe debet: uel medicamētū aliqđ
īponendū eſt exaurentibus uel candente ferro apiendū. uel etiā ſcalpello iniiciendū. Cūq; id patefactū.
& iam ulcus purū eſt: coiciēda eo pinna eſt illita medicamēto cicatricē īducēte: circaq; idē medicamē-
tum dandū: ut cutis circa pinnā ſaneſcat. quo fit ut ea remota poſtea facultas audiēdi ſit. At ubi aures:
in uiro puta: pforatæ ſunt & offendūt: traiicere id cauū celeriter cādente acu ſatis eſt: ut leniter eius ora
exulcerenť: aut etiā adurente medicamēto idē exulcerare: poſtea deīde īponere id qđ purget: tum qđ
eum locū repleat & ſic cicatricē īducat. Quod ſi magnū id foramen eſt: ſicut ſolet eſſe in his: q maiora
pōdera auribus geſſerūt: īcidere qđ ſup eſt ad extremū oportet: ſupra deīde oras ſcalpello exulcerare:
& poſtea ſuere: ac medicamentū: quo id glutineť: īponere. tertiū eſt: ſi qd ibi curti eſt: ſarcire: quæ res
cū in labris quoq; & naribus fieri poſſit: eandē etiā rationem habeat: ſimul explicanda eſt.

Curta in auribus labriſq; ac naribus quomodo ſarciri & curari poſſint. Caput nonū.

Vrta igiť in his tribus: ac ſi q̃ parua paria ſunt: curari poſſunt. Si q̃ maiora ſunt aut nō recipiūt
c curationē: aut ita ꝑ hāc ipſam deformanť: ut minus īdecora ante fuerit. Atq; in aure qdem &
naribus deformitas ſola timeri pōt. In labris uero ſi nimiū cōtracta ſunt: uſus quoq; neceſſarii
iactura fit: qa minus facile & cibus aſſumiť & ſermo explicať. Neq; enim creať ibi corpus: ſed ex uici-
no adduciť. qđ in leui mutatiōe & nihil eripe & fallere oculū pōt. in magna nō pōt. Neq; ſenile aūt cor
pus: neq; qđ mali habitus eſt: neq; in quo difficulter ulcera ſaneſcunt: huic medicinæ idoneū eſt. quia
nuſq̃ celerius cācer occupat aut difficilius tolliť Ratio curatiōis eiuſmodi eſt. Id qđ curatū eſt in qua-
dratū redigere: ab īterioribus eius angulis lineas trāſuerſas īcidere: q̃ citeriorē partē ab ulteriore ex to
to diducāt: deīde ea quæ ſic reſoluimus in unū adducere. Si nō ſatis iūgunť: ultra lineas quas ante feci
mus: alias duas lunatas & ad plagā conuerſas īmittere: qbus ſumma tantū cutis diducať. ſic enim fit ut
facilius qđ adduciť ſeq poſſit. qđ nō ui cogendū eſt: ſed ita adducendū: ut ex facili ſubſequať: & dimiſ
ſum nō multū recedat. Interdū autē ab altera parte cutis haud oīno adducta: deformem quē reliquit
locū: reddit. Huiuſmōi loci altera pars īcidēda: altera ītacta habēda eſt. Ergo neq; ex imis auribus: neq;
ex medio naſo imis uenaꝝ partibus: neq; ex angulis labroꝝ quicq̃ attrahere tētabimus. Vtrinq; autē
petemus: ſi qd ſūmis auribus: ſi qd imis: ſi qd aut medio naſo: aut mediis naribus. aut mediis labris de-
erit. Quæ tamen īterdū etiā duobus locis curata eſſe cōſuerūt. Sed eadē ratio curādi eſt: ſi cartilago in
eo qđ īciſum eſt eminet: excidēda eſt. Neq; enim aut glutinať. aut a acu tuto traiiciť. Neq; lōge tamen
excidi debet. ne īter duas oras liberæ cutis: utrinq; coitus puris fieri poſſit. Tū iunctæ oræ īter ſe ſuen
dæ ſunt utrinq; cute appræhēſa: & q̃ priores lineæ ſunt: ea quoq; futuræ iniiciēdæ ſunt. Siccis locis: ut
in naribus: illita ſpuma argēti ſatis ꝓficit. In ulteriores uero lunataſq; plagas linamentū dandū eſt: ut
caro īcreſcens uulnus ipleat. ſūmaq; cura qđ ita ſutū eſt: tuendū eſſe: apparere ex eo pōt: qđ de cancro
ſupra poſui. Ergo etiā tertio quoq; die fouendū erit uapore aquæ calidæ. rurſuſq; idē medicamentū
iniiciendū: fereq; ſeptimo die glutinatū eſt. Tū futuræ eximi: & ulcus ad ſanitatē ꝑduci debēt.

De polypi curatione per ferrum. Caput decimum.

Olypum uero: q in naribus naſciť: ꝓcipue ferro curari iam alias poſui. Ergo etiā hunc ferramē
p to acuto in modū ſphathæ facto reſoluere ab oſſe oportet adhibita diligentia ne īfra cartilago
lædať: in qua difficilis curatio eſt Vbi abſciſſus eſt: unco ferramēto extrahēdus eſt. Tum īplici
tum linamentum: uel aliquid ex penicillo reſpergendum eſt medicamento: quo ſanguis ſupprimitur

eoq; nares leniter ſplendæ. Sanguine ſuppreſſo: linaméto uulnus purgandú eſt. Vbi purú eſt. eo pinna eodé modo quo i aure ſuprapoſitú eſt: medicaméto illita: quo cicatrix inducitᷓ: itus demittéda: donec ex toto id ſaneſcat.

De ozena. Caput undecimú.

D auté uitiú: qđ ozena a græcis uocatᷓ: ſi medicamétis nõ cederet: quéadmodú manu curádú eſſet apud magnos chirurgos non repperi. Credo quia res raro ad ſanitaté ſatis ꝓficit cú aliqđ in ipſa curatiõe torméntú habeat. Apud quoſdá tamen poſitú eſt uel ſutilé fiſtulá uel enodé ſcriptoriú calamú in naré eſſe coiciendú donec ſurſum ad os pueniat: tum ꝑ id tenue ferraméntú candens dandú eſſe ad ipſum os. deinde aduſtú locú purgádú eſſe ærugine & melle. Vbi purus eſt: lycio ad ſanitaté ꝑducendú. Vel naré incidendá eſſe ab una parte ad os: ut & cõſpici locus poſſit & facilius candens ferraméntú admoueri. Tum ſui naré debere. & aduſtú qđé ulcus eadé rõne curari. Suturá uero illini uel ſpuma argéti uel alio glutinante.

De oris uitiis quæ manu & ferro curantᷓ. Caput. xii.

De dentibus.

N ore quoq; qđá manu curantᷓ. Vbi in primis détes nõnunq̃ mouentᷓ modo ꝓpter radicú ibe-
i cillitaté modo ꝓpter gingiuaꝝ areſcentiú uiciú. Oportet in utrolibet candés ferraméntú gingiuis admouere ut leuiter attigat: nõ ut inſidat. Aduſtæ gingiuæ melle illinédæ & mulſo eluendæ ſunt. Vt pura ulcera eſſe cœperút arida medicaméta íſricanda ſunt ex his q̃ reprimút. Si uero dens dolores mouet: eximiq; eú: qa medicaméta nihil adiuuát: placuit: circúradi debet. ut gingiua ab eo reſoluatᷓ. Tumis cõcutiendus eſt. Eaq; faciéda donec bene moueatᷓ. Ná dens hærés cú ſúmo piculo euellitᷓ: ac nõnunq̃ maxilla loco mouetᷓ. Idq; etiá maiore piculo in ſupioribus dentibus fit: qa poteſt tépora oculos ue cõcutere. Tum ſi fieri põt manu: ſi minus: forſice dens excipiédus. Ac ſi exeſus eſt: ante: id foramé uel linaméto: uel bene accõmodato plúbo replédú eſt: ne ſub forſice cõfringatᷓ. recta uero forfex ducéda eſt: ne íflexis radicibus: os carú: cui dés inhæret parte aliq̃ frangatᷓ. Neq; ideo nullú eius rei periculú eſt: utiq; in détibus breuibus qui fere lõgiores radices habét. Sæpe enim forfex cú denté comprehédere nõ poſſit: aut fruſtra cõprehédat: os gingiuæ prehédit & frágit. Protinus auté ubi plus ſanguinis ꝓfluit: ſcire licet aliqd ex oſſe fractú eſſe. Ergo ſpecillo cõquiréda eſt teſta quæ receſſit & uolſella ꝓtrahéda eſt. Si nõ ſeqᷓ incidi gingiua debet donec labás oſſi teſta recipiatᷓ. Quod ſi factú ſtatí non eſt: idureſcit extrinſecus maxilla: ut his hiare nõ poſſit. Sed íponendú calidú ex farina & fico cataplaſma eſt donec ibi pus moueatᷓ. Tú incidi gingiua debet. Pus quoq; multum ꝓflués oſſis fracti nota eſt. Itaq; etiá tum id extrahi cõuenit. Nõnunq̃ etiá eo læſo fiſtula fit quæ eradi debet. Dés auté ſcaber qua parte niger eſt: radédus é: illinéduſq; roſæ flore cõtrito: cui gallæ q̃rta pars & altera myrræ ſit adiecta. Cõtinendúq; ore crebro uinú meracú. Atq; í eo caſu ueládú caput: ambulatiõe multa: frictiõe capitis: cibo nõ acri ueniendú eſt. At ſi ex ictu uel alio caſu aliq labát détes auro cú his q bene hærét uincendi ſunt. Cõtinendaq; ore repriméntia: ut uinú in quo malicoriú decoctú aut in quo galla candens cõiecta ſit. Si quádo etiá in pueris alter dens naſcitᷓ quá prior excidat: is qui cadere debuit circú purgandus & euellédus eſt. is q natus eſt in locú prioris quotidie digito adurgédus donec ad iuſtá magnitudiné pueniat Quotienſcunq; dente exépto radix relicta eſt: ꝓtinus ea quoq; ad id facta forfice: quá rizan græci uocant: eximéda eſt. Tonſillas auté quæ poſt íflámationes íduruerút antidyades aút græcis appellantᷓ: cú ſub leui tunica ſint oportet digito circú radere & euellere. ſi ne ſic quidé reſoluuntᷓ: hamulo excipe: & ſcalpello excidere; tum ulcus aceto eluere. & illinire uulnus medicaméto: quo ſanguis ſupprimatᷓ.

De uua.

Va ſi cú íflámatiõe deſcédit: doloriq; eſt & ſub rubicúdi coloris: præcidi ſine periculo nõ po-
u teſt. Solet enim multú ſanguiné effundere. Itaq; melius eſt his uti: quæ alias ꝓpoſita ſunt. Si uero íflámatio qđé nulla eſt nihilominus auté ea ultra iuſtú modú apituita deducta eſt: & eſt tenuis: acuta. alba: ꝑcidi debet. Itéq; ſi íma: liuida & craſſa: ſumma: tenuis eſt. Neq; qcq̃ cõmodius eſt quá uolſella prehédere: ſub eaq; qđ uolumus excidere. Neq; enim ullú piculú eſt ne plus minus ue ꝑcidatᷓ: cú liceat tantú íſra uulſellá relinqre: quantú inutile eſſe manifeſtú eſt. idq; ꝑcidere; quo lõgior uua eſt quá eſſe naturaliter debet. Poſt curationé eadé faciéda ſunt: quæ ítonſillis proxime poſui.

De lingua.

Ingua uero qbuſdá cú ſubiecta parte a primo natali die iuncta eſt: q ob id ne loq qđé poſſunt:
l horú extrema ligua uulſella ꝑhendéda eſt: ſub eaq; mébrana ícidéda: magna cura habita: ne uenæ quæ iuxta ſunt: uiolentᷓ: & ꝓfuſione ſanguinis noceát. Reliqua curatio uulneris í prioribus poſita eſt: Et pleriq; qđé ubi cõſanuerút loquuntᷓ: Ego auté cognoui q ſucciſa lingua cú abúde ſuper détes eá ꝑmeret: nõ tamé loquédi facultaté cõſecutus eſt. Adeo in medicine etiá ubi ꝑpetuú eſt qđ fieri debet: nõ tamé perpetuú eſt id qđ ſeq cõuenit.

De abſceſſu ſub lingua.

Vb lingua quoq; íterdú aliqd abſcedit: quod fere cõſiſtit in tunica: doloreſq; magnos mouet.
s qđ ſi exiguú eſt incidi ſemel ſatis eſt. ſi maius: ſumma cutis uſq; ad tunicá excidéda eſt. deinde utrinq; horæ hamulis excipiédæ: & tunica undiq; circúdata liberáda é: magna diligétia ꝑ oém curationé habita: ne qua maior uena ícidatᷓ.

De labris.

Abra auté ſæpe ſinduntᷓ; eaq; res habet cú dolore etiá hác moleſtiá: quod ſermo prohibetᷓ. qui ſubinde eas rimas cú dolore diducédo ſanguiné citat. Sed has: ſi in ſummo ſunt: medicamétis

curare cõmodius eſt.quæ ad ulcera oris fiũt.Si uero altius deſcenderũt:neceſſariũ eſt tenui ferramẽto
adurere.qđ ſphathæ ſimile quaſi tranſcurrere : nõ imprimi debet.Poſtea facienda eadem ſunt quæ in
auribus aduſtis expoſita ſunt.

### De ceruicis uiciis & curatione. Caput tertiumdecimũ.

T in ceruice inter cutẽ & aſperã arteriã tumor ĩcreſcit:brochoceolen græci uocant.quo modo
a caro habes:modo humor aliqs melli aquæ ue ſimilis ĩcludiť : interdũ etiã minutis oſſibus pili
ĩmixti.Ex qbus quicqd ẽ qđ tunica cõtineť.poteſt adurẽtibus medicamẽtis curari qbus ſum
ma cutis cũ ſupiecta tunica exeritur.Quo facto ſiue humor eſt:ꝑfluit.ſiue qd dẽſius:digitis educiť.tũ
ulcus ſub linamẽtis ſaneſcit.Sed ſcalpelli curatio breuior eſt.Medio tumore una linea ĩcidiť uſq; ad tu
nicam.Deĩde uicioſus ſinus ab ĩtegro corpore digito ſeparať:totuſq; cum uelamẽto ſuo eximiť. Tum
aceto:cui uel ſalẽ uel nitrũ aliqs adiecit:eluiť.oræq; una ſutura iunguť cæteraq; eadẽ quæ in aliis ſu
turis ſup iniiciunť.Leniter deĩde:ne fauces urgeat:deligať ſi quãdo autẽ tunica eximi nõ potuerit:ĩtus
inſpergẽda:adurẽtia:linamẽtiſq; id curandũ eſt cæteris pus mouẽtibus.

### De umbilici uiciis. Caput quartũdecimum.

Vnt etiã circa umbilicũ plura uicia.de qbus ꝑpter raritatẽ ĩter auctores parũ cõſtat. Veriſimi
s le eſt autẽ id a quoq; ꝑtermiſſum qđ ipſe nõ cognouerat:a nullo id qđ nõ uiderat fictũ.Cõmu
ne oĩbus eſt umbilicũ in decore ꝑminere Cauſæ reqrunť.Meges tres has poſuit. Modo ĩteſti
num eo irrũpere.modo omentũ.modo humorẽ.Soſtratus nihil de omento dixit.Duobus hiſdẽ adie
cit:carnẽ ibi ĩterdũ increſcere:eãq; modo integrã eſſe:modo carcinomati ſimilem.Gorgias ipſe quoq;
omẽti mẽtionẽ omiſit.Sed eadẽ tria cauſatus ſpiritũ quoq; interdũ eo dixit irrũpere.Heron oĩbus his
quattuor poſitis & omenti mẽtionẽ habuit & eius qđ ſimul & omentũ & ĩteſtinũ habuerit.Quid au
tem horũ ſit:his indiciis cognoſciť Vbi ĩteſtinũ ꝑlapſum eſt : tumor neq; durus neq; mollis eſt oĩ fri
gore cõminuiť:nõ ſolũ ſub oĩ calore:ſed etiã retẽto ſpiritu creſcit.Sonat ĩterdum:atq; ubi reſupinatus
eſt aliqs delapſo ĩteſtino ipſe deſidit.Vbi uero omentũ eſt:cætera ſimilia ſũt:tumor mollior & ab ima
parte latus:extenuatus in uerticẽ eſt.ſi qs apprehẽdit:elabiť.Vbi utrunq; eſt : ĩditia quoq; mixta ſunt:
& ĩter utrũq; mollities.At caro durior eſt:ſemperq; etiã reſupinato corpore tumet:ꝑmentiq; nõ cedit:
prioribus facile cedẽtibus.Si uicioſa eſt eaſdẽ notas habet : qs in carcinomate expoſui . Humor autẽ ſi
præmiť.circũfluit.At ſpiritus ꝑſſus cedit : ſed ꝑtinus redit reſupinato quoq; corpore tumorẽ in eadẽ
figura tenet.Ex his id q̃ ex ſpiritu uiciũ eſt:medicinã non admittit Caro quoq; carcinomati ſimilis cũ
periculo tractať.Itaq; omittẽda eſt Sana excidi debet:idq; uulnus linamẽtis curari.Humorẽ qdã uel ĩ
ciſo ſummo tumore effundũt:& uulnus hiſdẽ linamẽtis curãt.In reliqs uariæ ſñiæ ſunt . Ac reſupinã
dum quidẽ corpus eſſe res ipſa teſtať:ut in uterũ:ſiue ĩteſtinũ:ſiue omẽtũ eſt:delabať.Sinus uero um
bilici tum uacuus a qbuſdã duabus regulis exceptus eſt:uehemẽterq; earũ capitibus deligatis ibi emo
ritur.A quibuſdã ad imũ acu traiectať duo lina ducẽte.deinde utriuſq; lini duobus capitibus diuerſæ
partes aſtringunť.Quod in uua quoq; oculi fit.Nã ſic id qđ ſupra uinculũ eſt: moriť . Adiecerũt qdã
ut anteq̃ uincirẽt:ſummũ una linea ĩciderẽt:exciderẽtq;:quo facilius digito demiſſo qđ illuc irrupiſ
ſet:depellerẽt.tum deinde uinxerũt.Sed abũde eſt:iubere ſpiritũ cõtinere: ut tumor quãtus maximus
eſſe põt:ſe oſtẽdat.tũ imam baſim eius atramẽto notare:reſupinatoq; hoĩe:digitis tumorẽ eũ preme
re:ut ſi qd delapſum nõ eſt:manu cogať.Poſt hæc umbilicũ attrahere:& qua nota atramẽti eſt lino ue
hemẽter aſtringere.Deĩde partẽ ſupiorem aut medicamẽtis aut ferro adurere donec emoriať.Atq; ut
cætera uſta ulcus nutrire.Idq; nõ ſolũ ubi inteſtinũ uel omẽtũ uel utrunq; eſt : ſed etiã ubi humor eſt:
optime ꝑficit.Sed ante qdã uiſenda ſunt:ne qđ ex uinculo piculũ ſit.Nã curatiõi neq; infans:neq; aut
robuſtus annis:aut ſenex aptus eſt:ſed a ſeptimo fere anno ad quartũdecimũ . Deĩde ei corpus idoneũ
eſt id:qđ ĩtegrũ eſt.At qđ mali habitus eſt:quodq; papulas:ĩpetigines:ſimiliaq; habet idoneũ non eſt.
Leuibus quoq; tumoribus facile ſubueniť.At in eorũ q nimis magni ſũt curatiõe piculũ eſt. Tempus
autẽ anni & autũnale & hibernũ uitãdũ eſt.Ver idoneũ maxime eſt.Ac prima æſtas nõ aliena eſt Præ
ter hæc abſtinere pridie debet.Neq; id ſatis eſt.Sed aluus quoq; ei ducẽda eſt:quo facilius oĩa q̃ exceſ
ſerũt:intra aluũ cõſidãt.

### Quõ aqua hydropicis emittať. Caput quintũdecimum.

Quã his q hydropici ſunt emitti oportere alias dixi.Nũc queãdmodũ id fiat dicendũ.Quidã
a autẽ q ſub umbilico fere q̃ttuor ĩterpoſitis digitis a ſiniſtra parte.Quidã ipſo umbilico ꝑfora
to:facere cõſuerũt.Quidã cute primũ aduſta.deĩde ĩteriore abdomine ĩciſo.quia qđ ꝑ ignẽ di
uiſum eſt:minus celeriter coit . Erramẽtũ autẽ demittiť:magna cura habita ne q̃ uena incidať.Id tale
eſſe debet:ut fere tertiã digiti partẽ latitudo mucronis ĩpleat. Demittẽdũq; ita eſt . ut mẽbranã quoq;
trãſeat:q̃ caro ab ĩteriore parte finiť:eo tum plũbea aut ænea fiſtula coiciẽda eſt:uel recuruatis in exte
riorẽ partẽ labris:uel in media circũ ſurgẽte:q̃dã mota:ne tota ĩtus delabi poſſit.huius ea pars quæ ĩ
tra paulo lõgior eſſe debet quã q̃ extra:ut ultra ulteriorẽ mẽbranã ꝑcedat:ꝑ hãc effundẽdus humor ẽ.
Atq; ubi maior pars eius euocata eſt:cludẽda demiſſo linteolo fiſtula eſt.& in uulnere:ſi id uſtũ nõ eſt:
relinquẽda.Deĩde ꝑ inſequẽtes dies circa ſingulas heminas emittẽdũ:donec nullũ aquæ ueſtigiũ appa
reat.Quidã tamẽ etiã nõ uſta cute ꝑtinus fiſtulã recipiũt & ſup uulnus ſpongiã expſſam deligãt. Deĩ
de poſtero die rurſus fiſtulã demittũt qđ recẽs uulnus paulũ diductũ patiť : ut ſiquid humoris ſupeſt
emittať.Idq; bis ita feciſſe cõtenti ſunt.

### De ĩteſtinorũ uulneratorũ curatiõibus. Caput.xvi.

Onnúquã aũt uẽter ĩctu aliquo pforaſ:ſequiſq; ut iteſtina euoluanſ. Quod ubi icidit:proti-
n nus cõſiderãdũ eſt:an itegra ea ſint:deide an his color ſuus maneat.Si tenuius iteſtinũ pfora-
tũ eſt:nihil profici poſſe iã retuli.Latius iteſtinũ ſui põt:non qđ certa fiducia ſit:ſed qđ dubia
ſpes:certa deſperatiõe ſit potior.Interdũ enĩ glutinaſ.Tũ ſi utrũlibet iteſtinũ liuidũ aut pallidũ aut ni
grũ ẽ.qbus illud quoq; neceſſario accedit:ut ſenſu careat:medicina oĩs ianis ẽ.Si uero adhuc ea ſui co
loris ſunt: cũ magna feſtinatiõe ſuccurrẽdũ ẽ.Momẽto enĩ alienanſ externo & iſueto ſpiritu circũda-
ta. Reſupinãdus aũt homo ẽ coxis erectioribus.Et ſi anguſtius uulnus ẽ:quã ut iteſtina cõmode reſũ-
danſ:icidẽdũ ẽ donec ſatis pateat.Ac ſi iã ſicciora iteſtina ſunt:pluenda aqua ſunt:cui paulũ admodũ
olei ſit adiectũ.Tũ miniſter oras uulneris leuiter diducere manibus ſuis uel etiã duobus hamis mẽbra
næ iteriori iniectis debet. medicus priora ſemp iteſtina quæ poſteriora ꝓlapſa ſunt:cõdere. Sic ut or-
biũ ſingulorũ locũ ſeruet. Repoſitis oĩbus: leniter homo cõcutiẽdus ẽ.Quo fit ut p ſe ſingula iteſtina
i ſuas ſedes diducãtur: & inibi cõſidãt.His cõditis omẽtũ quoq; cõſiderandũ ẽ.ex quo ſi qd iã nigri &
emortui ẽ: forfice excidi debet.Si qd itegrũ ẽ leuiter ſuper iteſtina diduci.ſutura aũt neq; ſummæ cu-
tis:neq; iterioris mẽbranæ p ſe ſatis ꝓficit:ſed utriuſq;.Et qdẽ duobus linis uiciẽda ẽ ſpiſſior quã alibi
qa & rũpi facilius motu uentris põt: & nõ æq; magnis iflãmatiõibus pars ea expoſita ẽ.Igiſ in duabus
acus fila coiciẽda eaq; duabus manibus tenẽda: & prius iteriori mẽbranæ ſutura iniiciẽda ẽ:ſic ut ſi-
niſtra manus i dexteriore ora:dextra i ſiniſteriore a pricipio uulneris orſa:ab iteriori parte i exteriorẽ:
acũ imittat. Quo ſit ut ab iteſtinis ea pars ſemp acuũ longe ſit:quæ retuſa ẽ.ſemel utraq; parte traie-
cta pmutãdæ acus iter manus ſunt:ut ea ſit idextra quæ fuit i ſiniſtra ea ueniat i ſiniſtrã:quam dextra
cõtinuit. Iterũq; eodẽ mõ per oras imittẽdæ ſunt.Atq; ita tertio & quarto:deicepſq; pmutatis iter ma-
nus acubus icludẽda plaga Poſt hæc eadẽ fila eædẽq; ad cutẽ trãſferẽdæ.Similiq; ratõne ei quoq; pti
utraq; ſutura iniiciẽda ſemp ab iteriore parte acubus ueniẽtibus:ſemp iter manus traiectis.Dei gluti-
nãtia iniiciẽda Quibus aut ſpongiã aut ſucidã lanã ex aceto ipreſſam accedere debere manifeſtius eſt:
quã ut ſemp dicẽdũ ſit.Impoſitis his leuiter deligari uenter debet.

De iteriore pte abdominis rupta:& qua ratione curãda ſit. Caput decimumſeptimum.

Nterdũ tamẽ uel ex ictu aliquo:uel retẽto diutius ſpiritu:uel ſub graui faſce iterior abdomi-
i nis mẽbrana ſuperiore cute itegra rũpitur.Quod fœminis quoq; ex utero ſæpe euenire cõſue
uit:ſitq; præcipue circa ilia.ſeqtur aũt cũ ſuperior caro mollis ſit:ut nõ ſatis iteſtina cõtineat:hiſq; in-
tenta cutis:idecora itumeſcat.Atq; id quoq; aliter ab aliis curatur.Quidam enĩ p acũ duobus linis ad
imã baſim imiſſis:ſic utriq; deuiciũt quẽadmodũ & i umbilico & i uua poſitũ ẽ:ut qcqd ſuper uicu-
lũ ẽ:emoriatur.qdã mediũ tumorẽ excidũt ad ſimilitudinẽ myrtacei folii.qđ ſemp eodẽ mõ ſeruãdũ
eſſe iã poſui:& tũ oras ſutura iungũt.Cõmodiſſimũ ẽ aũt reſupinato corpore:experiri manu qua par-
te his tumor maxĩe cedat.quia neceſſe ẽ ea parte rupta mẽbrana ſit:quaq; integra ẽ:eã magis obnitaſ.
tũ qua rupta uidebiſ. immittẽdæ ſcalpello duæ tunicæ ſunt. ut exciſo medio iterior mẽbrana utriq;
recentẽ plagã habeat.quia quod uetus ẽ:ſutura nõ coit loco patefacto.Si qua parte mẽbrana nõ nouã
plagã:ſed ueterẽ habet:tenuis excidẽda habena ẽ:quæ tãtũ ora eius exulceret. Cætera:quæ ad ſuturæ
reliquã curationẽ pertinẽt:ſupra cõprehẽſa ſunt.

De uaricibus uentris.

Ræter hæc euenit: ut i quorũdã uentribus uarices ſint. quarũ quia nulla alia curatio ẽ.quam
p quæ i cruribus eſſe cõſueuit tum eam partem explanaturus: hãc quoq; eo differo.

De teſticulorum natura & morbis eorum.Caput decimumoctauum.

Enio aũt ad ea.quæ i naturalibus partibus circa teſticulos oriri ſolent.quæ quo facilius expli-
u cem:prius ipſius loci natura paucis proponẽda eſt.Igitur teſticuli ſimile qddam medullis ha-
bẽt.Nã ſanguinẽ nõ emittũt & oĩ ſenſu carent.Dolẽt aũt in ictibus & iflãmationibus tunicæ:
qbus hi cõtinẽtur.Dependẽt uero ab inguinibus per ſingulos neruos.quos cremaſteras græci nomi-
nãt cũ quorũ utroq; binæ deſcẽdunt & uenæ & arteriæ.Hæ aũt tunica cõtegũtur tenui:neruoſa:ſine
ſanguine alba:q elytroides a græcis nominaſ.ſuper eam ualẽtior tunica eſt quæ interiori uehemen-
ter ima parte inhæret.darion græci uocãt. Multæ deinde mẽbranulæ uenas & arterias eoſq; neruos
cõpræhẽdunt Atq; iter duas quoq; tunicas ſuperioribus partibus leues:paruulæq; ſunt.Hactenus ꝓ-
pria utriq; teſticulo & uelamẽta & auxilia ſunt.Cõmunis deinde utriq;:omnibuſq; iterioribus ſinus
ẽ:qui iã cõſpicitur a nobis.oſcheon græci:ſcrotũ noſtri uocãt:iſq; ab ima pte mediis tunicis leuiter i-
nexus ẽ:a ſuperiore tãtum circũdatus ẽ.Sub hoc igitur plura uicia eſſe cõſuerũt.Quæ mõ ruptis tuni
cis:quas ab iguinibus icipere ꝓpoſui:mõ his itegris fiunt.ſiqdẽ iterdum uel ex morbo primũ iflãma-
tur deide poſtea pondere abrumpitur.uel ex ictu aliquo ꝓtinus rũpitur tunica: q̃ diducere ab inferi-
oribus partibus iteſtĩa debuit.tũ põdere eo deuoluitur aut omẽtum aut etiã iteſtinũ.Atq; ibi reperta
uia:paulatĩ aut ab iguinibus iferiores quoq; partes miſſum ſubĩde neruoſas tunicas:& ob id eius rei
paciẽtes diducit entero coelen & epiplocoelen græci uocãt:apud nos idecorũ:ſed cõmune his hirneæ
nomẽ ẽ.Deide ſi deſcẽdit omẽtum:nũquã i ſcroto tumor tolliſ:ſiue iedia fuit:ſiue corpus huc illucue
conuerſum:aut aliquo mõ collocatũ.Iteq; ſi retẽtus eſt ſpiritus:nõ magnopere icreſcit.tactu uero in-
æqualis eſt & mollis & lubricus. At ſi inteſtinũ quoq; deſcẽdit:humor his ſine inflammatione modo
minuitur:modo increſcit.Eſtq; fere ſine dolore. & cum conquieſcit aliquis aut iacet:interdum ex to

i

to deſidit:iterdum ſic diuiditur:ut i ſcroto exiguæ reliquiæ maneāt. At ſi clamore & ſacietate & ſi ſub aliquo pōdere his homo nixus ē:creſcit. frigore oī cōtrahiť:calore diffunditur Eſtq̧ tū̄ ſcrotū & rotūdū & tactu leue. idq̧ qđ ſubeſt:lubricū ē:ſi preſſum ē:ad inguē reuertiť. dimiſſūq̧ iterū cū quodā quaſi murmure deuoluiť. Et id qdē i leuioribus malis euenit. Nōnunquā aūt ſtercore accepto uaſtius tumet:retroq̧ cōpelli nō pōt:afferq̧ tū dolorē & ſcroto & iguinibus & abdomini. nonnunq̄ ſtomachus quoq̧ affectus:primū ruffambilē p os reddit:deīde uiridē:qbuſdā etiā nigrā. Integris uero membranis īterdū eā ptem humor diſtringit. Atq̧ eius quoq̧ ſpecies duæ ſunt Nā uel īter tunicas is īcreſcit:uel in mēbranis quæ ibi circa uenas & arterias ſunt:ubi hæ grauatæ occulauerūt. Ac ne ei qdē humori: qui īter tunicas eſt:una ſedes eſt. Nā mō inter ſummā & mediā:modo īter mediā & imā cōſiſtit. Græci cōmuni nomine qcqd eſt hydrocoelē appellāt. noſtri ut ſcilicet nullis diſcriminibus ſatis cognitis: hæc quoq̧ ſub eodē nomine:quo priora habēt. Signa aūt quædā cōmunia ſunt:quædā ꝓpria. Cōmūia qbus humor depræhēdiť. Propria:qbus locis humorē ſubeſſe dicimus. Si tumor eſt nunquā ex toto ſe remittēs:ſed īterdū leuior:aut propter famē:aut ꝓpter febriculā maxieq̧ i pueris:hiſq̧ mollis ē:ſi nō nimius humor ſubeſt. At ſi his uehemēter īcreuit:renititur ſic ut uter repletus & arte aſtrictus. Venæ quoq̧ i ſcroto īflantur:& ſi digito preſſimus:cedit humor:circūfluēſq̧ id qđ nō premiť:attollit & tāquā i uitro cornuue per ſcrotū apparet. iſq̧ quātū i ipſo eſt:ſine dolore eſt. Sedes aūt eius ſic depræhēditur. ſi īter ſummā mediāq̧ tunicā eſt:cū digitis duobus p̄ſſimus:paulati humor īter eos reuertēs ſubit. ſcrotū ipſius albidius eſt. Si ducitur:aut nihil aut paruulū itendiť. teſticulus ea pte neq̧ uiſu neq̧ tactu ſentiť. At ſi ſub media tunica eſt: intētū ſcrotū magis ſe attollit:adeo ut ſuperior coles ſub tumore eo deliteſcat. Præter hæc æq̧ itegris tunicis ramex īnaſciť:cyrſocoelē græci appellāt. Venæ itumeſcūt:hæ quoq̧ ītortæ cōclomerataeq̧ ad ſuperiorē partē:uel ipſum ſcrotū iplent uel mediam tunicā uel imā. Iterdum etiā ſub ima tunica circa ipſum teſticulū neruūq̧ eius icreſcunt. Ex his ea quæ in ipſo ſcroto ſunt:oculis patēt. hæ uero quæ mediæ imæ ue tunicæ īſidēt:ut magis cōditæ:nō æq̧ qdē cernunť:ſed tamē etiā uiſui ſubiectæ ſunt:præterquā qđ & tumoris aliqd eſt ꝓ uenarū magnitudine & modo & id premēti magis renitiť:ac per ipſos uenarū toros inæquale ē:& qua pte id eſt:teſticulus magis iuſto depēdet. Cū uero etiā ſuper ipſum teſticulū neruūq̧ eius id malū icreuit:aliquāto lōgius teſticulus ipſe deſcendit:minorq̧ altero fit:ut pote alimēto amiſſo. Raro ſed aliquādo caro quoq̧ inter tunicas icreſcit:ſarcocoelen græci uocāt. Interdū etiā ex īflammatione tumet ipſe teſticulus ac febres quoq̧ affert:& niſi celeriter ea īflammatio cōquieuit:dolor ad iguina atq̧ ilia ꝑuenit. ꝑteſq̧ hæ ītumeſcūt. neruus:ex quo teſticulus depēdet:plenior fit:ſimulq̧ īdureſcit ſuper hæc:īguen quoq̧ nō nūquā uarices implent. bubonocoelen appellant.

De teſticulorum curationibus cōmunibus & primo de inciſione & curatione inguinis uel ſcroti.

Caput decimumnonum.

His cognitis de curatione dicēdū eſt: i qua quædā cōmunia oīum ſunt:quædā ꝓpria ſingulorū. Prius de cōmunibus dicā. Loq̄r aūt nūc de his quæ ſcalpellū deſiderāt. Nā quæ uel ſanari non poſſint:uel aliter nutriri debeāt:dicēdū erit ſimul ad ſpecies ſingulas uenero. Incidūt aūt īterdū inguē īterdū ſcrotū. In utraq̧ curatiōe hō ante triduū. bibere aquā pridie abſtinere etiā a cibo debet ipſo aūt die collocari ſupinus deīde ſi īguen īcidēdū eſt. idq̧ iā pube cōtegiť:ante radendū ē:& tū extēto ſcroto:ut cutis īguinis ītenta ſit:id īcidendū ſub imo uentre:q̄ cū abdomine tunicæ īferiores comittunť. Aperiendū aūt audacter ē donec ſumma tunica:quæ ipſius ſcroti ē incidať: ꝑueniaťq̧ ad eā:q̄ media ē plaga facta. Foramē deorſum uerſus ſubeſt. In id demittēdus eſt ſiniſtræ manus digitus īdex:ut diductis īteruenīētibus mēbra nullis ſimul laxet. Miniſter aūt ſiniſtra manu cōpræhēſo ſcroto ſurſum uerſus eū debet extēdere. & quā maxīe ab īguinibus aducere:primū cū ipſo teſticulo:dū medicus oēs mēbranulas quæ ſuper mediā tunicā ſunt:ſi digito deducere nō pōt:ſcalpello abſcidat:Deinde ſine eo ut his delapſus ipſi plagæ iungať:digitoq̧ īde ꝓmať:& ſuper uentrē cū duabus ſuis tunicis colloceť. Inde ſi q̄ uicioſa ſunt circūcidēda ſunt. In qbus cū multæ uenæ diſcurrāt tenuiores qdē præcidi ꝓtinus poſſunt:Maiores uero ante lōgiore lino deligādæ ſunt:ne periculoſe ſanguinē fundāt. Si media tunica uexata erit:aut ſub ea malū īcreuerit:excidēda erit ſic:ut alte ad ipſum īguē præcidatur. Infra tamē nō tota demēda ē. Nā qđ ad baſim teſticuli uehemēter cū ima tunica connexū eſt:excidi ſine ſummo ꝑiculo nō pōt. Itaq̧ ibi relinquēdū ē. Idē i ima quoq̧ tunica:ſi læſa ē:faciēdū ē. Sed non a ſumma inguinis plaga:uerū īfra paulū ea abſcidēda:ne læſa abdominis mēbrana īflāmatiōes moueat. Neq̧ tamē nimiū ex ea ſurſum reliquēdū ē:ne poſtea ſinueť & ſedē eidē malo præſtet. Purgatus ita teſticulus ꝑ ipſam plagā cū uenis & arteriis & neruo ſuo leuiter demittēdus ē uidēdūq̧ ne ſanguis īſcrotū deſcēdat:neue cōcretus aliquo loco maneat. Quæ ita fiēt:ſi uenis uinciēdo medicus ꝓſpexerit. Lina qbus capita earū cōtinebunť:extra plagā depēdere debebūt. q̄ pure orto ſine ullo dolore excidēt. Ipſi aūt plagæ iniiciēdæ duæ fibulæ ſunt:& īſuper medicamētū quo glutineť. Solet īterdū ab altera ora neceſſariū eſſe aliqd excidi:ut cicatrix maior & latior fiat. Quod ubi īcidit:linamēta ſuper nō fulciēda:ſed leuiter tantū ponēda ſunt:ſupraq̧ ea quæ inflammationē repellāt:ideſt ex aceto uel lana ſucida uel ſpongia. Cætera eadem quæ ubi pus moueri debet:adhibēda ſunt. At cum infra incidi oportet:reſupinato homine ſubiicienda ſub ſcroto ſiniſtra manus eſt deinde id uehementer appræhendēdum & incidendum. Si paruulum eſt quod nocet:modice ut tertia pars integra ad ſuſtinendum teſti-

A. Corn. Celsi medicinae libri octo - page 97 sur 122

culũ ĩfra relinquaẗ. Si maius ẽ:etiã amplius:ut paulũ tantũmõ ad imũ:cui teſticulus inſidere poſſit integrũ maneat.Sed primo rectus ſcalpellus quã leuiſſima manu teneri debet:donec ſcrotũ ipſum diducat.Tũ inclinãdus mucro eſt:ut tranſuerſa mẽbrana ſecet:quæ iter ſummã mediãq; tunicã ſunt.At ſi uiciũ ĩ proxĩo eſt.mediã tunicã attigi non oportet.Si ſub illa quoq; cõdiẗ:etiã illa ĩcidenda eſt:ſicut tertia quoq;:ſi illa uiciũ tegit. Vbicũq; repertũ malũ eſt:miniſtrũ ab ĩferiore pte exprimere moderate ſcrotũ oportet:medicũ digito:manubriolo:uel ſcalpello diductã inferiorẽ ptem tunica extra collocare.deinde eã ferramẽto quo ad ſimilitudinẽ coruum uocãt:incidere:ſic ut ĩtrare dũo digiti index & medius poſſint.His deinde cõiectis excipiẽda reliqua pars tunicæ:& inter digitos ſcalpellus ĩmittendus eſt.eximẽdũq; aut effundendũ q̃cq̃d eſt noxium.quãcũq; aũt tunicã q̃s uiolauit:illã quoq; debet excidere.ac mediã quidẽ.ut ſupra dixi:quã altiſſime ab ĩguine ĩmã aũt paulo ĩfra.Cæterum ante q̃ excidanẗ hæ quoq; uinciri lino ſumme debẽt.& eius lini capita extra plagam relinquẽda ſunt:ſicut ĩ aliis quoq; uenis:quæ id req̃ſierit:Eo facto teſticulus intus reponẽdus eſt oræq; ſcroti ſuturis inter ſe cõmittẽdæ:neq; paucis: ne parũ glutinenẗ & longior fiat curatio:neq; multis:ne ĩflammationẽ augeant. Atq; hic quoq; uidendũ eſt:ne q̃d ĩ ſcroto ſanguinis maneat.Tũ ĩponẽda glutinantia ſunt.Si quando aũt ĩſcrotũ ſanguis defluxit:aliq̃d ue cõcretum ex eo decidit:ĩcidi ſubter id debet:purgatoq; eo ſpõgia acri aceto madẽs circũdari.Deligaẗ aũt uulnus oẽ:q̃d ex his cauſis factũ eſt.Si dolor nullus eſt: quiq; primis diebus nõ eſt reſoluẽdũ:ſed bis die tantũ aceto irrorãda lana uel ſpongia.Si dolor eſt:tertia die reſoluẽdũ:& ubi fibulæ ſunt:hæ ĩcidẽdæ:ubi linamẽtũ id mutandũ eſt:roſaq; & uino madefaciendũ id:q̃d ĩponiẗ.Si ĩflammatio ĩcreſcit:adiiciẽdũ prioribus cataplaſma ex lẽticula & melle:uel ex malicorio:q̃d ĩ auſtero uino coctũ ſit uel ex his mixtis.Si ſub his ĩflammatio nõ conquierit poſt diẽ q̃ntũ multa calida aqua uulnus fouẽdũ:donec ſcrotũ ipſũ & extenueẗ & rugoſius fiat. Tũ ĩponẽdũ cataplaſma ex triticea farina:cui reſina pinea adiecta ſit.Quæ ipſa ſi robuſtus curaẗ.ex aceto:ſi tener:ex melle coquẽda ſunt.Neq; dubiũ ẽ quodcũq; initiũ fuit.ſi magna ĩflammatio ẽ:q̃n ea:quæ pus mouẽt: ĩponẽda ſint.Quod ſi pus ĩ ipſo ſcroto ortũ eſt:paulũ id ĩcidi debet:ut exitus deẗ.Linamẽtũq; eatenus ĩponẽdũ ẽ:ut foramẽ tegat.Inflammatiõe finita.ꝓpter neruos priore cataplaſmate:dein cærato utẽdũ ẽ. Hæc ꝓprie ad eiuſmodi uulnera ptinent.Cætera & ĩ curatiõe & ĩ uictu ſimilia his eſſe debent: quæ in alia quoq; uulnerum genere præcepimus.

De inteſtini curatione. Caput uigeſimum.

h Is ꝓpoſitis ad ſingulas ſpecies ueniẽdum ẽ:ac ſi cui paruulo puero inteſtinũ deſcẽdit:ãte ſcalpellum experiẽda iũctura ẽ.Faſcia eius rei cauſa ſit:cui imo loco pila aſſuta ẽ ex panniculis facta: quæ ad repellendũ ĩteſtinũ ipſi illi ſubiiciẗ:deĩde reliqua faſciæ pars arcte circundaẗ. ſub quo ſæpe & ĩtus cõpelliẗ ĩteſtinũ:& ĩter ſe tunicæ glutinanẗ.Rurſus ſi ætas proceſſit:multũq; ĩteſtini deſcẽdiſſe ex tumore magno patet:adiiciunẗq; dolor & uomitus quæ ex ſtercore & ex cruditate eo delapſo fere accidũt: ſcalpellũ adhiberi ſine pnitie nõ poſſe manifeſtũ eſt. Leuandũ tantũmodo malũ & p alias curatiões extrahendũ eſt.Sanguis mitti ex brachio debet.deĩde:ſi uires patiunẗ: ĩperanda tridui abſtinẽtia eſt.ſi minus certe pro ui corporis quã lõgiſſime. Eodẽ uero tẽpore ſup habendũ cataplaſma ex lini ſemĩe:q̃d ante aliq̃s ex mulſo decoxerit.Poſt hæc & farina hordeacea cũ reſina iniicienda:& is demittẽdus ĩ ſoliũ aquæ calidæ:cui oleũ quoq; adiectũ ſit:dandũq; aliq̃d cibi lenis calidi.Quidã etiã aluũ ducũt.Id deducere aliq̃d ĩſcrotũ põt:educere ex eo nõ põt.Per ea uero quæ ſupra ſcripta ſunt:leuato malo ſiquãdo alias dolor reuerterit.eadẽ erũt faciẽda.Sine dolore quoq; ſi multa ĩteſtina prolapſa ſunt:ſecari ſuperuacuũ eſt:nõ quo nõ excludi a ſcroto poſſint niſi tamẽ id ĩflammatio ꝓhibuit.ſed quo repulſa ĩguinibus ĩmorenẗ.ibiq; tumorem excitẽt atq; ita fiat mali nõ finis ſed mutatio.At in eo quẽ ſcalpello curari oportebit:ſimul atq; ad mediã tunicã uulnus ĩ inguine factũ peruenerit: duobus hamulis ea iuxta ipſas oras apprehẽdi debebit dũ eductis oĩbus mẽbranulis medicus eã liberat. Neq; eni cũ periculo lædiẗ:quæ excidẽda ẽ:cũ ĩteſtinũ eſſe niſi ſub ea nõ poſſit. Vbi deducta aũt erit ab inguine uſq; ad teſticulũ ĩcidi debebit:ſic:ne his ipſe lædaẗ.tũ excidi.Fere tamẽ hanc curationẽ puerilis ætas & modicũ malũ recipit.Si uir robuſtus eſt:maiuſq; id uiciũ eſt:extrahi teſticulũ nõ debet:ſed in ſua ſede pmanere.Id hoc modo fit. Inguen eadẽ ratione uſq; ad mediã tunicã ſcalpello aperiẗ.eaq; tunica eodẽ modo duobus hamis excipitur: ſic ut a miniſtro teſticulus eatenus contineatur:ne per uulnus exeat.tũ ea tunica deorſum uerſus ſcalpello ĩciditur:ſub eaq; ĩdex digitus ſiniſtræ manus ad imũ teſticulũ demittitur:eũq; ad plagã cõpellit.Deinde dextræ manus duo digiti pollex atq; index uenam & arteriã & neruũ tunicaq; eorũ a ſuperiore tunica diducũt. Quod ſi aliquæ mẽbranulæ prohibent: ſcalpello reſoluuntur:donec ante oculos tota iã tunica ſit.Exciſis quæ excidenda ſunt repoſitoq; teſticulo ab hora quoq; eius uulneris:quod ĩ inguine eſt.demẽda habenula paulo latior eſt:quo maior plaga ſit & plus creare carnis poſſit.

De omenti curatione. Caput uigeſimum primum.

a T ſi omentum deſcendit:eodẽ q̃dem modo:quo ſupra ſcriptũ eſt: aperiendũ inguen:diducendæq; tunicæ ſunt.Cõſiderandũ aũt eſt:maior ne is modus: an exiguus ſit.Nã quod paruulũ ẽ: ſuper inguen ĩ aluũ uel digito uel auerſo ſpecillo repellẽdum eſt.Si plus eſt:ſinere oportet dependere quantũ ex utero prolapſum eſt:idq; adurentibus medicamentis illinire:donec emoriatur & excidat. Quidam hic quoq; duo lina acu traiiciunt:biniſq; ſingulorũ capitibus diuerſas partes aſtringũt. Sub

quo æque:ſed tardius emoriaꝛ. Adiicitur tamẽ hic quoq; celeritati:ſi omẽtum ſuper uiculũ illinitur medicamẽtis quæ ſic exedunt ne erodant ſepſa græci uocãt. Fuerũt etiã q omentũ forſice præciderẽt: quod i paruulo nõ eſt neceſſariũ Si maius ẽ:põt profuſionẽ ſanguinis facere. Si quidẽ omentũ quoq; enis qbuſdã etiã maioribus illigatũ eſt. Neq; uero ſi diſcuſſo uẽtre id prolapſum forſice præciditur: cũ & emortuũ ſit & aliter tutius auelli nõ poſſit ide huc exẽplum trãſſerendũ eſt. Vulnus aũt curari. ſi relictũ omẽtũ ẽ:ſutura debet. Si id amplius fuit:& extra emortuum ẽ:exciſis oris:ſicut ſupra propoſitũ ẽ. Si uero humor itus eſt:incidendũ eſt:i pueris qdem inguen niſi in his quoq; liquoris eius maior modus prohibet:i uiris uero & ubicũq; multus humor ſubeſt ſcrotũ. Deĩde ſi iguen iciſum ẽ: eo protactis tunicis humor effundi debet. Si ſcrotũ:& ſub hoc protinus uiciũ eſt:nihil aliud quam humor ẽ effũndendus:abſcidendæq; mẽbranæ ſunt:ſi que eũ cõtinuerũt:deide eluẽdũ id ex aqua:quæ uel ſalẽ adiectũ uel nitrũ habeat. Si ſub media:ima ue tunica. totæ hæ extra ſcrotũ collocandæ: excidendæq; ſunt.

## De ramicis curatione. Caput uigeſimumſecundum.

Amex aũt ſi ſuper ipſum ſcrotũ eſt:adurẽdus eſt tenuibus & acutis ferramẽtis:quæ ipſis uenis
r iſiganꝛ:cũ eo ne amplius quã has urãt:maxieq; ubi iter ſe iplicate glomeranꝛ:eo ferrum id admouẽdũ eſt. tũ ſup farina ex aqua frigida ſubacta iniiciẽda eſt, utendũq; eo uinculo:quod idoneũ eſſe ani curationibus poſui. Tertio die lenticula cũ melle iponenda eſt. poſt eiectis cruſtis ulcera melle purganda:roſa iplenda:ad cicatricẽ aridis linamẽtis pducẽda ſunt. Quibus uero ſuper mediam tunicã uenæ tumẽt icidẽdam iguen eſt:atq; tunica promouẽda:ab eaq; uenæ digito uel manubriolo ſcalpelli ſeparãdæ. Qua parte uero ihærebunt:& ab ſuperiore & ab iferiore parte lino uinciẽdæ: tum ſub ipſis uinculis præcidẽdæ:reponẽduſq; teſticulus eſt. At ubi ſupra tertiã tunicã ramex inſedit: mediam excidi neceſſe eſt:Deinde ſi duæ:tres ue uenæ tumẽt:& ita pars aliqua obſideꝛ:ut maiore uicio uacet:idẽ faciẽdum qđ ſupra ſcriptũ eſt:ut ab iguine & a teſticulo deligatæ uenæ præcidanꝛ. iſq; condaꝛ. Si totũ id ramex obſederit:per plagã demittẽdus digitis index erit:ſubiiciẽduſq; uenis:ſic ut paulatim protrahat æq; adducẽdo:donec is teſticulus par alteri fiat. Tũ fibulæ oris ſic incidẽdæ ut ſimul eas quoq; uenas cõpræhẽdant. Id hoc modo fit. Acus ab exteriore pte orã uulneris perforat Tũ non p ipſam uenã:ſed per mẽbranam eius imittitur:per eãq; i alterã orã cõpelliꝛ. Venæ uulnerari nõ debent ne ſanguinẽ fundãt Membrana ſemp iter has uenas ẽ:ac neq; periculum affert:& filo cõprehẽſas illas abunde tenet:Itaq; etiam ſatis eſt duas fibulas eſſe. tum uenæ quæcũq; ptractæ ſunt in ipſum inguen aduerſo ſpecillo cõprehendi debent. ſoluẽdi fibulas tẽpus iflammatiõe finita & purgato uulnere ẽ:ut una ſimul & oras & uenas cicatrix deuinciat. Vbi uero iter imã tunicã & ipſum teſticulũ neruũq; eius ramex ortus eſt:una curatio ẽ quæ totũ teſticulũ abſcidit. Nã neq; ad generationẽ qcquã his cõfert & oĩbus idecore:qbuſdã etiã cũ dolore depẽdet. Sed tũ quoq; inguen icidẽdũ media tunica pmẽda. atq; excidẽda ẽ. idẽ in ima faciẽdũ:neruuſq; ex quo teſticulus depẽdet præcidẽdus. Poſt id uenæ & arteriæ ad iguen lino deligandæ & infra uinculum abſcidendæ ſunt.

## De carne quæ iter tunicas teſticulorũ cõcreuit & de neruo idurato. Caput uigeſimumtertiũ.

Aro quoq; ſi quãdo iter tunicas concreuit nihil dubiũ eſt:qn eximẽda ſit. ſed id ipſo ſcroto in
c ciſo fieri cõmodius eſt. At ſi neruus iduruit:curari res neq; manu neq; medicamẽto põt. Vrgẽt
enĩ febres ardẽtes:& aut uirides aut nigri uomitus præter hæc igens ſitis & liguæ aſpritudo ferreq; a die tertio ſpumãs bilis aluo cũ roſione reddiꝛ. Atq; neq; aſſumi facile cibus neq; cõtineri poteſt. neq; multo poſt extremæ ptes frigeſcũt tremor oritur. manus ſine rõne extẽdunꝛ. deĩde in fronte frigidus ſudor:eũq; mors ſequitur.

## De ramice inguinis. Caput uigeſimumquartum.

Bi uero i ipſo iguine ramex eſt:ſi tumor modicus eſt:ſemel icidi. ſi maior:duabus lineis debet:
u ut mediũ excidaꝛ. deĩde nõ extracto teſticulo. ſicut iteſtinis quoq; prolapſis iterdũ fieri docui:
colligẽdæ uenæ uinciẽdæ quæ ubi tunicis ihærebunt & ſub his modis præcidẽdæ ſunt. Neq; qcquã noui curatio uulneris eius requirit.

## Ad tegendam glandem colis ſi nuda eſt. Caput uigeſimumquintum

Bhis ad ea trãſeundũ eſt:quæ in cole ipſo fiunt:i quo ſi glans nuda eſt:uultq; aliqs eam deco
a ris cauſa tegere:fieri põt:ſed expeditius i puero quã i uiro:In eo:cui id naturale eſt quã i eo; cui
quarũdã gentiũ more circũciſus eſt:In eo cui glãs parua iuxtaq; eam cutis:ſpatioſior uero ipſe coles eſt:quã i quo cõtraria his ſunt. Curatio aũt eorũ:qbus id naturale eſt:eiuſmodi eſt Cutis circa glandẽ apprehendiꝛ & extendiꝛ:donec illã ipſam cõdat:ibiq; deligaꝛ. Deĩde iuxta pubã in orbem tergus icidirur. donec coles nudeꝛ:magnaq; cura caueꝛ ne uel urinæ iter:uel uenæ:quæ ibi ſunt:icidantur. Eo facto cutis ad uinculũ inclinatur:nudaꝛq; circa pubẽ uelut circulus. eoq; linamẽta dantur:ut caro increſcat & id impleat:ſatiſq; uelamẽti ſupra latitudo plagæ præſtat. Sed donec cicatrix ſit:uinctũ eſſe id debet:i medio tantũ relicto exiguo urinæ itinere. At i eo q circũciſus eſt ſub circulo glandis ſcalpello diducẽda cutis ab interiore cole eſt. Non ita dolet:quia ſummo ſoluto:deduci deorſum uſq; ad pubẽ manu poteſt. Neq; ideo ſanguis profluit. Reſoluta autẽ cutis rurſus extendiꝛ ultra glãdem. Tum multa frigida aqua fouetur:emplaſtrumq; circa datur:qđ ualentẽ iflammationem reprimat. Proximiſq; diebus ut prope a fame uictus eſt:ne forte eam partem ſacietas excitet. Vbi iam ſine

inflammatione eſt:deligari debet a pube uſq; circulum. Super glandē aūt aduerſo emplaſtro impoſito iduci. Sic.n.fit:ut iſerior pars glutinet᷑:ſuperior ita ſaneſcat:ne inhæreat.

Quomodo glans penis contecta aperiri poſſit.

c Ontra ſi glans ita cōtecta ē:ut nudari nō poſſit Quod uiciū græci phymoſin appellāt:aperienda ē. Quod hoc mō fit Subter a ſumma ora cutis icidit᷑ recta linea uſq; ad frenū.atq; ita ſuperius tergus relaxatū cedere retro pōt. Quod ſi parū ſic ꝓfectū ē.aut ꝓpter āguſtias:aut ꝓpter duritiē tergoris:ꝓtinus triāgula forma cutis ab īferiore pte excidēda ē:ſic ut uertex eius ad frenū baſis ī tergo extremo ſit. Tū ſup dāda linamēta ſunt:aliaq; medicamēta:quæ ad ſanitatē ꝑducāt. Neceſſariū aūt ē:donec cicatrix ſit:cōqeſcere. Nā ābulatio atterēdo:ulcus ſordidum reddit.

Infibulandi ratio.

i Nfibulare quoq; adoleſcentulos īterdū ualitudinis cauſa qdā cōſuerūt. Eiuſq; hæc ratio ē. Cutis quæ ſup glandē ē.extēdit᷑.notat᷑q; utriq; lateribus atramēto qua ꝑforat᷑ deinde remittit᷑. Si ſup glandē notæ reuertunt᷑:nimis apprehēſum ē:& ultra notari debet. Si glās ab his libera ē:is locus idoneus fibulæ ē. Tū qua notæ ſunt.cutis acu filiū ducēte trāſuit᷑.eiuſq; filii capita iter ſe deligātur:quotidieq; id mouet᷑ donec circa foramina cicatriculæ fiāt. Vbi hæ cōfirmatæ ſunt:exēpto filo fibula addit᷑:quæ quo melior:eo leuior ē: Sed hoc qdē ſæpius inter ſuperuacua: quā inter neceſſaria ē.

De urinæ reddēdæ difficultate & de calculo:curationibuſq; eorū Caput uigeſimumſextum

r Es uero iterdū cogit emoliri manu urinā:cū illa nō reddit᷑:aut qa ſenectute iter eius collapſū ē:aut qa calculus:uel cōcretū aliqd ex ſanguine itus ſe oppoſuit. Ac mediocris quoq; iflammatio ſæpe eā reddi naturaliter ꝓhibet. Idq; nō ī uiris tantūmō:ſed in fœminis quoq; īterdū neceſſariū ē. Ergo æneæ fiſtulæ fiunt:quæ ut oī corpori āpliori minoriq; ſufficiant. Ad mares tres:ad fœminas duæ medico habēdæ ſunt. Ex uirilibus maxīa decē & quinq; ē digitorū. media duodecī. minima nouē. Ex mulieribus:maior nouē.minor ſex. Incuruas uero eſſe eas paulū:ſed magis uiriles oportet:leueſq; admodū ac neq; nimis plenas:neq; nimis tenues. Hō tū reſupinus:eo mō:quo in curatione ani figurat᷑:ſup ſubſellū aut lectū collocādus ē. Medicus aūt a dextro latere ſiniſtra qdē manu colē maſculi cōtinere:dextra uero fiſtulā demittere in iter urinæ debet. Atq; ubi ad ceruicē ueſicæ uentū ē:ſimul cū cole fiſtulā iclinatā ī ipſam ueſicam cōpellere:eāq; urina reddita recipere. Fœmina breuius urinæ ſimiliter & rectius iter habet.qd᷑ mānulæ ſimile iter imas oras ſup naturale poſitū nō minus ſæpe auxilio eget.aliquāto minus difficultatis exigit. Nōnunquā etiā ꝓlapſus ī ipſam fiſtulā calculus:q ſubīde ea extenuat᷑:nō lōge ab exitu inhæreſcit. Eū ſi fieri pōt:oportet uellere:uel oriculario ſpecillo uel eo ferramēto:quo ī ſectiōe calculus ꝓtrahit᷑. Si id fieri nō potuit:cutis extrema quā plurimū attrahēda & cōdita glāde lino uiciēda ē:deide a latere recta plaga coles icidēdus & calculus eximēdus ē. Tū cutis remittēda. Sic.n.fit:ut icīſum colē itegra pars cutis cōtegat:& urina naturaliter profluat.

Quæ curatio calculoſis adhibeatur.

c Vm ueſicæ uero calculiq; facta mētio ſit:locus ipſe exigere uidet᷑.ut ſubiciā:quæ curatio calculoſis:cū aliter ſuccurri nō pōt:adhibeat᷑. Ad quā feſtinare:cū præceps.ſit nullo mō cōuenit. Ac neq; oī tēpore:neq; ī oī ætate:neq; ī oī uicio id experiēdū ē.ſed ſolo uere:ī eo corpore qd᷑ iā nouē ānos:nōdū quattuordecī exceſſit.& ſi tātū mali ſubeſt.ut neq; medicamētis uinci poſſit: neq; etiā trahi poſſe uideat᷑ quo minus iterpoſito aliquo ſpatio iterimat. Nō quo nō īterdū etiā temeraria medicina ꝓficiat:ſed quo ſæpius utiq; ī hoc fallat:ī quo plura & genera & tēpora periculi ſunt. Quæ ſimul cū ipſa curatiōe ꝓponā. Igit᷑ ubi ultima experiri ſtatutū ē:ante aliquot diebus uictu corpus preparandū ē.ut modicos:ut ſalubres cibos:ut minime glutinoſos aſſumat:ut aquā bibat. Ambulādi uero iter hæc exercitatiōe utat᷑:quo magis calculus ad ueſicæ ceruicē deſcēdat. Quod an īciderit:digitis quoq;:ſicut ī curatiōe.docebo:demiſſis cognoſcit᷑. Vbi eius rei fides ē: pridie is puer ī ieiuno cōtinendus ē:& tū loco calido curatio adhibēda:quæ hoc mō ordinat᷑. Hō præualēs & peritus ī ſedili alto cōſidit:ſupinū q eū & aduerſum ſup genua ſua coxis eius collocatis cōprehēdit:reductiſq; eius cruribus ipſum quoq; iubet manibus ad ſuas poplites datis:eos quā maxīe poſſit attrahere: ſimulq; ipſe ſic eos cōtinet. Quod ſi robuſtius corpus eius ē q curat᷑:duobus ſedilibus iūctis duo ualētes iſidūt:quo & ſedilia & īteriora cura iter ſe deligāt᷑:ne diduci poſſint. Tū is ſup duorū genua eodē mō collocat᷑:atq; alter ꝓut cōſedit ſiniſtrū crus eius:alter dextrū:ſimulq; ipſe poplites ſuos attrahit. Siue autem unus ſiue duo cōtinēt:ſup humeros eius ſuis pectoribus īcumbūt. Ex qbus euenit ut īter ilia ſinus ſup pubē ſine ullis rugis ſit extētus:& ī āguſtū cōpulſa ueſica facilius calculus capi poſſit. Præter hæc etiā nū a lateribus duo ualētes obiiciūt᷑:q circūſtātes leuare uel unū uel duos q puerū cōtinēt nō ſinūt. Medicus deide diligēter ūguibus circūciſis atq; ſiniſtra manu duos eius digitos īdicē & mediū lēiter prius unū deide alterū ī anū eius demittit: dextræq; digitos ſup imū abdomē lēiter īponit:ne ſi utriq; digiti circa calculū uehemēter cōcurrerit:ueſicā lædāt. Neq; uero feſtināter ī hac re ut ī pleriſq; agēdū ē.ſed ita ut quā maxīe id tuto fiat.nā læſa ueſica neruorū diſtētiōes cū periculo mortis excitat. Ac primū circa ceruicē quærit᷑ calculus. Ibi repertus mīore negocio expellit᷑. Et ideo dixi ne curādū qdē:niſi cum in hoc īditiis ſuis cognitū ē.ſi uero aut ibi nō fuit:aut receſſit retro:digiti ad ultimā ueſicā dant᷑: paulatī que dextra quoq; manus eius ultra trāſlata ſubſeqtur. Atq; ubi repertus ē calculus q neceſſe ē ī manus īcidat eo curioſius deducit᷑.quo minor læuiorq; ē:ne effugiat:id eſt ne ſæpius āgitanda ueſica ſit. Er-

go ultra calculū dextra ſemp manus eius opponiť:ſiniſtræ digiti deorſū eū cōpellit donec ad ceruicē
ꝑueniť.In quā ſi oblōgus ē ſic cōpellēdus ē ut ꝓnus exeat.ſi plāus ſic ut trāſuerſus ſit.ſi q̄dratus:ut duo
bus āgulis ſedeat. ſi altera pte plenior ſic ut prius ea q̃ tenuior ſit:euadat.In rotūdo nihil itereſſe ex ip-
ſa figura patet:niſi ſi læuior altera pte ē:ut ea āte cedat.Cū iā eo uenit.ut icidi ſup ueſicæ ceruicē iuxta
anū cutis:plaga lūata uſqꝫ ad ceruicē ueſicæ debeat cornibus ad coxas ſpectātibus paulū:deīde ea pte
q̃ ſtrictior ima plaga ē etiā nū ſub cute altera trāſuerſa plaga faciēda ē q̃ ceruix aperiať donec urinæ
iter pateat:ſic ut plaga paulo maior quā calculus ſit.nā q̃ metu fiſtulæ: quā illo loco corhyada græci
uocāt:parū patefaciūt:cū maiore eodē periculo reuoiuūtur.qa calculus iter:cū ui ꝓmiť. facit:niſi ac-
cipit.Idqꝫ etiā pnitioſius ē:ſi figura quoqꝫ calculi uel aſpritudo aliqd eo cōtulit.Ex quo & ſanguis ꝓfu
ſio & diſtētio neruorū fieri pōt.Quæ ſi qs euaſit:multo tamē patētiorē fiſtulā habiturus ē rupta cer-
uice quā habuiſſet icīſa.Cū uero patefacta ē:incōſpectū calculus uenit:i cuius corpore nullū diſcrimē
ē.Ipſe ſi exiguus ē:digitis ab altera pte ꝓpelli ab altera ꝓtrahi pōt.Si maior:iniiciēdus a ſuperiore ei p-
te uncus ē eius rei cauſa factus.Is ē ad extremū tenuis:i ſemicirculi ſpecie retuſæ latitudinis:ab exterio
ri pte læuis q̃ corpori iūgiť:ab iteriori aſper:q̃ calculū attigit.Iſqꝫ lōgior potius eē debet.Nā breuis ex
trahēdi ui hēt. Vbi iiectus ē:i utrūqꝫ latus iclinādus ē ut appareat calculus & teneať:qa ſi appræhēſus
ē:ille ſimul iclinať.Ideoqꝫ eo minimo opus ē.ne cū adduci uncus cœperit:calculus itus effugiat:hic in
orā uulneris icidat:eāqꝫ cōuulneret.In q̃ re qd̄ periculū eēt iā ſupra ꝓpoſui.Vbi ſatis teneri calculum
patet:eodē pene momēto triplex motus adhibedus ē:i utrūqꝫ latus:deīde extra:ſic tamē ut leniter id
fiat:paulūqꝫ primo calculus attrahať.quo facto attollēdus uncus extrēus ē:uti itus magis maneat: fa-
ciliuſqꝫ illū ꝓducat.Quod ſi aliquādo a ſuperiore pte calculus parū cōmode cōprǽhēdeť:a latere erit
appræhēdendus.Hæc ē ſimpliciſſima curatio.Sed uarietas rerū quāſdā etiā nū animaduerſiōes deſide
rat.ſunt eni qdā nō aſperi tātūmodo ſed ſpinoſi quoqꝫ calculi:q per ſe qdē delapſi i ceruicē ſine ullo pi
culo eximūtur.In ueſica uero nō tuto uel hi cōquirūť uel attrahūtur.quoniā ubi illā cōuulnerarūt:ex
diſtētiōe neruorū mortē maturāt:multoqꝫ magis ſi ſpina aliq̃ ueſicæ inhæret.eāqꝫ cū duceret:duplica
uit.Colligiť aūt eo qd̄ difficilius urina reddiť:i ceruice calculū eē eo qd̄ cruēta deſtillat: illū eſſe ſpi-
noſum.maxieqꝫ id ſub digitis quoqꝫ experiūdū ē:neqꝫ adhibēda manus:niſi id cōſtitit.Ac tū quoqꝫ le-
niter itus digiti obiiciēdi ne uiolēter ꝓmouēdo cōuulnerēt.tū icidēdum.Multi hic quoqꝫ ſcalpello uſi
ſunt.Meges quoniā is iſirmior ē:pōtqꝫ i aliq̃ ꝓminētia icidere:inciſoqꝫ ſup illā corpore:q̃ cauū ſubeſt
nō ſecare:ſed reliquere:qd̄ iterū icidi neceſſe ſit:ferramentū fecit rectū i ſummā partē labroſū:in ima
ſemicirculatū acutūqꝫ id receptū iter duos digitos idicē ac mediū ſup pollice ipoſito ſic deprimebat.
ut ſimul cū carne ſiqd ex calculo ꝓminebat.icideret.Quo cū ſequebať ut ſemel q̄ntū ſatis eſſet.aperi
ret.Quocūqꝫ aūt.mō ceruix ea pte facta ē:leniter extrahi qd̄ aſperū ē:debet.nulla propter feſtinatio-
nem ui admota.

Signa calculorū uel harenoſorū uel mollium.

T calculus harenoſus:& āte manifeſtus ē.quoniā & urina quæ reddiť harenoſa ē:& i ipſa cura-
a tiōe:quoniā iter ſubiectos digitos neqꝫ æqꝫ leniter renitiť:& inſup dilatať. Item mollis calcu-
lus & ex pluribus minutiſqꝫ ſed inter ſe parum aſtrictis compoſitus indicatur:in ſe attrahens
quaſdam quaſi ſquamulas.Hos omnis leniter permutatis ſubinde digitorum uicibus ſic oportet ab-
ducere ne ueſica lædant.ne ue intus aliquæ diſſipatæ reliquiæ maneant.quæ poſtmodū curationi dif-
ficultatē faciant.Quicquid autē ex his in cōſpectum uenit uel digitis uel unco eximendū eſt.At ſi plu
res calculi ſunt:ſinguli protrahi debent:ſic tamē ut ſi quis exiguus ſupererit:potius relinquať.Si qui-
dē in ueſica difficulter inuenitur.inuētuſqꝫ celeriter effugit.Ita longa iquiſitiōe ueſica lædiť:excitatqꝫ
iflāmationes mortiferas adeo ut quidā ſecti cū diu fruſtraqꝫ per digitos ueſica eſſet agitata deceſſerit.
Quibus accedit etiā quod exiguus calculus ad plagā urina poſtea promouēte excidit.Si quando autē
his maior non uidetur niſi rupta ceruice extrahi poſſe findēdus eſt.Cuius repertor Ammonius ob id
lithotomos cognominatus eſt Id hoc modo fit.Vncus iniicitur calculo:ſic ut facile eum concuſſum
quoqꝫ teneat:ne is retro reuoluatur.Tum ferramentum adhibetur craſſitudinis modicæ prima parte
tenui:ſed retuſa:quod admodum calculum ex altera parte iictum findit.magna cura habita:ne aut ad
ipſam ueſicam per ferramentum perueniat:aut calculi fractura ne quid incidat.

De calculis fœminarum.

Ae uero curationes in fœminis quoqꝫ ſimiles ſunt:de quibus tamen parum proprie quedā di-
cēda ſunt. Si qdē i his.ubi paruulus calculus eſt:ſcalpellus ſuperuacuus eſt quia is urinam i cer
uicē nō cōpellit. quæ & breuior q̃ i maribus & laxior eſt.Ergo & per ſe ſæpe excidit:& ſi i pri-
mo quod eſt anguſtius inhæret:eodem tamen unco ſine ulla noxa educiť.At i maioribus calculis ne-
ceſſaria eadē curatio ē.Sed uirgini ſubiici digiti tāquā maſculo mulieri per naturalia eius debēt.Tum
uirgini quidē ſub ima ſiniſteriore ora.Mulieri uero iter urinæ iter & os pubis icidēdū eſt ſic ut utroqꝫ
loco plaga tranſuerſa ſit.neqꝫ terreri conuenit ſi plus ex muliebri corpore ſanguinis profluit.

Quæ curatio calculo euulſo habenda ſit

Alculo euulſo ſi ualēs corpus ē:neqꝫ magnopere uexatū:ſinere oportet ſāguinē fluere:quo mi
c nor iflāmatō oriať.Atqꝫ igredi quoqꝫ eū paulū nō alienū ē.ut excidat ſi qd itus cōcreti ſangui-
nis māſit.Quod ſi p ſe nō deſtitit:rurſus ne uis oīs itereat ſupprimi debet.Idqꝫ ꝓtius i ibecillioribus
ab ipſa curatiōe faciēdū ē.Si qdē ut diſtētiōe neruoꝝ piclitať aliqs dū ueſica eius agitať:ſic alter metus

excipiť rẽotis medicáinibus ne tantũ ſanguinis profluat ut occidat. Quod ne ĩcidat:deſidere his debet in acre acetũ cui aliquátũ ſalis ſit adiectũ. Sub quo & ſanguis fere conquieſcit & aſtringiť ueſica: ideoque minus inflãmať. Quod ſi parũ proficit:agglutinãda cucurbitula eſt & inguinibus & coxis & ſup pubẽ. Vbi iá ſatis uel euocatus eſt ſanguis uel prohibitus:reſupinus collocandus ẽ:ſic ut caput humile ſit:coxæ paulũ excitenť.ac ſup ulcus imponẽdũ eſt duplex aut triplex linteolum aceto madens. Deinde ĩterpoſitis duabus horis in ſoliũ his aquæ calidæ reſupinus demittẽdus eſt:ſic ut a genibus ad umbilicũ aqua teneat:cætera ueſtimentis circũdata ſint:manibus tantũmodo pedibuſqꝫ nudatis:ut & minus digeratur:& ibi diutius maneat. Ex quo ſudor multus oriri ſolet:quo ſpõgia ſubinde facile detergendũ eſt. finiſqꝫ eius fomenti eſt donec infirmãdo offendat. Tũ multo his oleo perungendus:inducenduſqꝫ hapſus lanæ mollis tepido oleo repletus:q pubẽ & coxas & inguina & plagá ipſam cõtectam eodẽ ante ſe linteolo protegat. hiſque ſubinde oleo tepido madefaciẽdus eſt:ut neqꝫ frigus ad ueſicam admittat:& neruos leniter molliat. Quidá cataplaſmatis calefacientibus utunť. Ea plus põdere nocẽt quæ ueſicá urgẽdo uulnus irritát:q̃ calore ꝓficiunt. Ergo ne uinculũ quidẽ ullum neceſſariũ eſt. Proximo die ſi ſpiritus difficilius redditur:ſi urina nõ excedit:ſi locus circa pubẽ mature intumuit. ſcire licet in ueſica ſanguinẽ cõcretũ remanſiſſe. Igiť demiſſis eodẽ modo digitis leuiter pertractãda ueſica ẽ & diſcutienda ſi qua coierũt. Quo fit ut per uulnus poſtea ꝓcedát. Nõ alienũ etiá ẽ oriculario clyſtere acetũ nitro mixtũ ꝑ plagá in ueſicá cõpellere. Ná ſic quoqꝫ diſcutiunť ſi qua cruenta coierunt. Eaque facere etiá primo die conuenit. Si timemus ne quid intus ſit. maximeque ubi ambulãdo id elicere imbecillitas prohibuit:cætera eadẽ facienda ſunt:ut demittať in ſoliũ:ut eodẽ modo panniculus eadem lana ſup iniiciať:Sed neqꝫ ſæpe:neqꝫ tandiu in aqua calida puer habẽdus:quá adoleſcens eſt:infirmus:quá ualens:leui quá grauiore ĩflãmatione affectus:his cuius corpus digeriť:quá his cuius aſtrictum ẽ. Inter hæc uero ſi ſomnus eſt & equalis ſpiritus & madens lingua & ſitis modica & uenter imus:ſed & mediocris eſt cũ febre modica dolor:ſcire licet recte producere curationẽ. Atqꝫ in his inflãmatio fere quinto uel ſeptimo die finiť. Qua leuata ſoliũ ſupuacuũ eſt Supini tãtũmodo uulnus aqua calida fouendũ eſt:ut ſi qd urinæ rodet:abluať. Imponenda autẽ medicamẽta ſunt pus mouẽtia:& ſi purgandũ ulcus uidebiť:melle linẽdũ. Id ſi rodet:roſa tẽperabiť. Huic curationi aptiſſimũ uideť enneapharmacũ emplaſtrũ. Ná & ſeuũ habet ad pus mouẽdũ,& mel ad ulcus repurgãdũ. medulla etiá maximeque uitulina. quod in id ne fiſtula relinquať præcipue ꝓficit. Linamenta uero tũ ſup ulcus non ſunt neceſſaria:ſup medicamẽtũ ad id cõtinendũ recte imponunť. At ubi ulcus purgatũ eſt:puro linamento ad cicatricẽ ꝑducẽdũ eſt. Quibus tẽporibus tamen ſi felix curatio nõ fuit. uaria circa pericula oriũtur. Quæ præſagire protinus licet:ſi cõtinua uigilia eſt:ſi ſpiritus difficultas ſi lingua arida eſt:ſi ſitis uehemens:ſi uenter imus tumet:ſi uulnus hiat. ſi trãſiluens urina id nõ rodit:ſi ſimiliter ante tertium diem quædam liuida excidũt:ſi his aut nihil aut tarde reſpõdet:ſi uehemẽtes dolores ſunt:ſi poſt diem quintũ magnæ febres urgent:& faſtidiũ cibi permanet. ſi cubare in uentrẽ iocundius eſt. Nihil tamen peius eſt diſtentione neruorũ:& ante nonũ diẽ uomitu bilis. Sed cũ inflãmationis ſit metus: ſuccurri abſtinentia modicis & tẽpeſtiuis cibis: inter hæc fomentis:de quibus ſupra ſcripſimus. oportet.

De cancro qui exciſa ueſica naſciť:& qua curatione uti deceat.

Caput uigeſimum ſeptimũ.

p Roximus cancri metus eſt. His cognoſcitur:ſi & per uulnus & per ipſum colẽ fluit ſanies mali odoris:cũque eo quædam a concreto ſanguine nõ abhorentia:tenueſqꝫ carũculæ lanulis ſimiles præter hæc ſi oræ uulneris aridæ ſunt. ſi dolent inguina. ſi febris nõ deſuit:eaqꝫ in nocte augetur. ſi inordinati horrores accedũt. Cõſiderãdũ autẽ eſt:in quá partẽ cancer his tendat. Si ad colen indureſcit his locus & rubet & tactu dolorẽ excitat:teſticuliqꝫ ĩtumeſcũt. Si in ipſam ueſicam:ani dolor ſequiť:coxæ dureſcũt:nõ facile crura extendi poſſunt. At ſi in alterutrũ latus:oculis id expoſitũ eſt:pareſque utrinque eaſdẽ notas ſed minores habet. Primũ aũt ad rẽ ꝑtinet corpus recte iacere:ut ſuperior pars ſemp eadẽ ſit inquá uiciũ fertur. ita ſi ad calem it:ſupinus his collocari debet. Si ad ueſicam:in uẽtrẽ:ſi in latus:in id quod integrius eſt. Deinde ubi uentũ fuerit ad curationẽ:homo in aquá demitteť. in qua marrubiũ decoctũ ſit aut cupreſſus aut myrtus idemque humor clyſtere intus adiicieť. Tũ ſuper poneť lenticula cũ malicorio mixta. quæ utraque ex uĩo decocta ſint:uel rubus aut oleæ folia eodem modo decocta. aliaque medicamẽta:quæ ad cohibẽdos purgandoſque cancros propoſuimus. ex qbus ſi qua erunt arida ꝑ ſcriptoriũ calamum inſpirabuntur. Vbi ſtare cœperit cancer:mulſo uulnus elueť. Vitabiťque eo tẽpore cæratũ quod ad recipiendũ id malũ corpus emollit potius plũbũ elotũ cũ uici ĩnungeť. Sup quæ idẽ linteolo illitũ imponeť. Sub qbus perueníri ad ſanitatẽ poteſt. cũ eo tamẽ quod nõ ignoremus orto cancro ſæpe affici ſtomachũ cui cũ ueſica quoddá cõſortiũ eſt. exque eo fieri ut neqꝫ retineať cibus:neque ſi quis retẽtus ẽ:cõcoquať:neqꝫ corpus alať. ideoqꝫ ne uulnus qdẽ aut purgari aut ali poſſit:quæ neceſſario mortẽ maturát. ſed ut his ſuccurri nullo mõ põt:ſic a primo tamẽ diu tenẽda ratio curatiõis ẽ. In q̃ quædá obſeruatio ad cibũ quoqꝫ potionẽqꝫ ꝑtinẽs neceſſaria eſt. ná cibus ĩter principia nõ niſi humidus dari debet. Vbi ulcus purgatũ eſt:ex media materia olera & ſalſamẽta ſemp aliena ſunt. Potiõe opus ẽ nõ modica:ná ſi parũ bibiť:accẽdiť uulnus & uigilia urget:& uis corporis minuitur. Si plus æquo aſſumitur:ſubĩde ueſica ipleť. eoque irritať. nõ niſi aquá aũt bibẽdá eſſe manifeſtius eſt:quam ut ſubĩde dicẽdũ ſit. Solet uero ſub eiuſmodi uictu uenire ut aluus non

reddaſ.Hæc aqua ducēda eſt in qua uel fœnū græcū uel malua decocta ſit. Idē humor roſa mixtus in ipſum uulnus oriculario clyſtere agēdus eſt:ubi id rodit urina neq; purgari patiſ.Fere uero primo per uulnus exit hæc deīde eo ſaneſcēte diuidiſ:& pars p colē deſcēdeſ īcipit:donec ex toto plaga claudaſ. qd̄ interdū tertio mēſe.interdū non ante ſextū:nōnunq̄ exacto quoq; anno fit. Neq; deſperari debet ſolida glutinatio uulneris:niſi ubi aut uehemēter rupta ceruix eſt:aut ex cancro multæ magnæq; caruncula:ſimulq; neruoſa aliq̄ exciderūt.Sed ut uel nulla ibi fiſtula uel exigua admodū relinquaſ:ſumma cura prouidēdū eſt.Ergo cū iam ad cicatricē uulnus ītendit:extētis iacere fœminibus & cruribus oportet:niſi tamē molles:harenoſiue calculi fuerūt.ſub his enim tardius ueſica purgaſ.Ideoq; diutius plagā patere neceſſariū eſt:& tum demū ibi iā nihil tale extra ferſ ad cicatricē pduci. qd̄ ſi anteq̄ ueſica purgata eſt.oræ ſe glutinarūt dolorq; & inflāmatio redierūt:uulnus digitis uel aduerſo ſpecillo diducēdum eſt.ut torquētibus exitus deſ:hiſq; effuſis tum diutius pura urina deſcēdat Tum demū quæ cicatricē inducant īponēda ſunt.extēdiq; ut ſupra docui pedes quā maxime uīcti. qd̄ ſi fiſtulæ metus ex his cauſis q̄s ꝑpoſui ſubeſſe uidebiſ:quo facilius claudaſ ea uel certe coanguſteſ:inanū quoq; danda plūbea fiſtula ē extētiſq; cruribus fœmina taliq; īter ſe deligāda ſūt donec q̄lis futura ē cicatrix ſit.

Si naturalia fœminaꝝ cōcubitū non admittunt quo modo curari cōueniat. Caput.xxviii.

T hoc quidē cōmune eſt maribus & fœminis poteſt.Proprie uero quædā ad fœminas ꝑtinēt.
e ut in primis:qd̄ eaꝝ naturalia nōnunq̄ īter ſe glutinatis oris cōcubitū nō admittūt.Idq; interdum euenit ꝑtinus in utero matris:īterdū exulceratione in his partibus facta: & per malā curationē his oris ſaneſcendo iunctis.Si ex utero eſt:mēbrana ori uuluæ oppoſita eſt.Si ex ulcere:caro id repleuit.Oportet aūt mēbranā duabus lineis inter ſe trāſuerſis incidere ad ſimilitudinē litteræ.X.magna cura habita:ne urinæ iter uioleſ.Deinde undiq; eā mēbranā excidere ac ſi caro increuit neceſſariū eſt recta linea patefacere.Tū ab hora uel uulſella uel hamo appræhenſam tanquā habenulā excidere: & intus īplicitū in longitudinē linamentū:lemniſcū græci uocant:in aceto tinctū demittere.ſupraq; ſucidā lanā aceto madentē deligare:Tertio die ſoluere ulcus:& ſicut alia ulcera curare.Cūq; iā ad ſanitatē tendet:plūbeā fiſtulā medicamento cicatricē inducēte illinire:eāque intus dare.Supraq; idem medicamentū iniicere:donec ad cicatricem plaga perueniat.

Qua curatione partus emortuus ex utero excutiatur. Caput trigeſimūprimum.

Bi cōcipit autē aliqua ſi iā prope maturus partus ītus emortuus eſt:neq; excidere per ſe poteſt:
u adhibēda curatio eſt:quæ numerari inter difficillimas poteſt.Nā & ſummā prudentiā moderationēq; deſiderat & maximū periculū affert.Sed ante omnia uuluæ natura mirabilis:cū ī multis aliis:tū in hac re quoq; facile cognoſciſ.Oportet autē ante oīa reſupinā mulierē trāſuerſo lecto ſic collocare:ut feminibus eius ipſius ilia cōprimātur.Quo fit ut & imus uenter in conſpectu medici ſit & infans ad os uuluæ cōpellatur:quæ emortuo partu id cōprimit.ex interuallo uero paulū dehiſcere. Hac occaſione uſus medicus unctæ manus indicē digitū primū debet inſerere atq; ibi continere:donec iterū ad os aperiaſ.ruſuſq; alterū digitū demittere debebit:& per eaſdē occaſiones alios:donec tota eſſe intus manus poſſit.Ad cuius rei facultatē multū cōfert & magnitudo uuluæ & uis neruorum eius & corporis totius habitus & mentis etiā robur:cū præſertim intus nonnunquā etiā duæ manus dari debeant.Pertinet etiā ad rē quā calidiſſimū eſſe imū uentrē:& extrema corporis:neq; dū inflāmationē cœpiſſe:ſed recenti re protinus adhiberi medicinā.nā ſi corpus iā ītumuit:neq; demitti manus: neq; educi infans:niſi ægerrime poteſt:ſequiturq; ſæpe cū uomitu & cū tremore mortifera neruorum diſtentio.Verū intus emortuo corpori manus iniecta protinus habitum eius ſentit.Nā aut in caput: aut in pedes conuerſum eſt aut in trāſuerſum iacet:fere tamen ſic.ut uel manus eius:uel pes in propinquo ſit.Medici uero propoſitū eſt:ut eū manu dirigat uel in caput:uel etiā in pedes.Si forte aliter cōpoſitus eſt:ac ſi nihil aliud eſt:manus uel pes appræhenſus:corpus rectius reddit.nā manus:in caput. pes:in pedes eū conuertet.Tū ſi caput proximū ē:demitti debet uncus undiq; læuis acuminis breuis: qui uel oculo:uel auri:uel ori:interdū etiā fronti recte iniiciſ:deinde attractus infantē educit.neque tamen quolibet his tēpore extrahi debet.nā ſi cōpreſſo uuluæ oræ id tentatum eſt:nō emittēte eo infans abrumpitur:& unci acumen in ipſum os uuluæ delabitur:ſequiſq; neruoꝝ diſtentio & ingens periculū mortis.Igiſ cōpreſſa uulua:cōquieſcere.hiante:leniter trahere oportet & p has occaſiones paulatim eum educere.Trahere autē dextra manus uncum:ſiniſtra intus poſita infantem ipſum: ſimulq; dirigere eū debet.Solet etiā euenire:ut his infans humore diſtendatur: exque eo profluat fœdi odoris ſanies.Quod ſi tale eſt:indice digito corpus illud forādū eſt:ut effuſo humore extenuetur. Tū id leniter per ipſas manus recipiendū eſt. nā uncus iniectus facile hebeti corpuſculo eleuabitur.In quo quid ꝑiculi ſit:ſupra poſitum.Sed in pedes quoq; conuerſus infans nō difficulter extrahiſ.q̄bus appræhenſis p ipſas manus cōmode educitur.Si uero tranſuerſus eſt:neq; dirigi potuit:uncus alæ iniiciēdus paulatiq; attrahēdus ē.Sub quo fere ceruix replicaſ:retroq; caput ac reliquū corpus ſpectat.Remedio eſt ceruix præciſa.ut ſeparati utraq; ps auferaſ.Id unco fit:q priori ſimilis ī īteriorē tatū ptē p totā aciem exacuiſ Tū id agēdū ē:ut ante caput:deīde reliq̄ ps auferatur:q̄a fere maiore pte extracta:caput in uacuā uuluā ꝓlabitur:extrahiq; ſine ſūmo ꝑiculo nō pōt.ſi tamē id īcidit:ſup uētrē mulieris duplici pāniculo ītecto:ualēs hō nō īperitus a ſiniſtro latere eius debet aſſiſtere & ſup imū uentrē eius duas manus imponere:alteraq; alteram premere.Quo fit ut illud caput ad os uuluæ compellatur.Idq; eadem

ratione quæ ſupra poſita eſt:unco extrahiť. At ſi pes alter iuxta repertus eſt:alter retro cū corpore eſt.
quicq̄d ꝓtractū eſt:paulatim abſcidēdū eſt.& ſi clunes os uuluæ urgere cœpunt:iteꝝ retro repellēdæ
ſunt.cōquiſitiuſq; pes eius adducēdus. Aliæq; etiā num difficultates faciūt:ut q̄ ſolidus nō exit. conci-
ſus eximi debeat. Quotiēs autē īfans ꝓtractus eſt:tradēdus miniſtro eſt. Is eū ſupinis manibus ſuſtine-
re:medicus deīde ſiniſtra manu leniter trahere umbilicū debet:ita ne abrūpat: dextraq; eū ſeq uſq; ad
eas:q̄s ſecūdas uocāt.qđ uelamētū īfantis intus fuit.hiſq; ultimis appræhenſis uenulas mēbranulaſq;
oēs eadē rōne manu diducere a uulua:totūq; illud extrahere:& ſi q̄d ītus ꝑterea concreti ſanguinis re-
manet. Tum cōpreſſis in unū feminibus:illa cōclaui collocanda eſt modicū calorē ſine ullo ꝑflatu ha-
bente. Sup īmū uentrē eius īponenda lana ſucida in aceto & roſa tincta. Reliq̄ curatio talis eſſe debet:
qualis in inflāmatiōibus & in his uulneribus:q̄ in neruoſis locis ſunt:adhibeať.

De ani uiciis & eoꝝ curatione. Caput.xxx.

Ni quoq; uicia ubi medicamētis nō uincunť:manus auxiliū deſiderāt. Ergo ſi q̄ ſciſſa in eo ue-
a tuſtate īduruerūt:iamq; callū habēt:cōmodiſſimū eſt ducere aluū, tū ſpongiā calidā admoue-
re:ut relaxenť illa & foras ꝓdeant. Vbi in cōſpectu ſunt:ſcalpello ſingula excidere & ulcera re
nouare.deīde īponere linamētū molle & ſup linteolū illitū melle:locūq; eū molli lana īplere & ita uin
cere altero die:deīcepſq; cæteris lenibus medicamētis uti. q̄ ad recētia eadē uicia neceſſaria eē alias ꝓ-
poſui.& utiq; p primos dies ſorbitiōibus eū ſuſtinere:paulatim deīde cibis adiicere aliquid:generis ta-
men eius.qđ eodē loco ꝑceptū eſt. Si quādo autē ex inflāmatiōe pus in his oriť ubi primū id apparuit
incidendū eſt.ne anus ipſe ſuppuret. Neq; tamē ante ꝓperandū eſt.nā ſi crudū inciſum eſt:inflāmatio-
nis multū accedit:& puris aliquāto amplius cōcitať. His quoq; uulneribus:lenibus cibis hiſdēq; medi
camētis opus eſt. De cōdilomatū curatione.

T tubercula:q̄ cōdilomata appellanť:ubi induruerūt hac rōne curanť:aluus ante oīa duciť.tū
a uulſella tuberculū apphēſum iuxta radices excidiť. Quod ubi factū eſt eadē ſeqť:q̄ ſupra poſt
curationē adhibēda eſſe ꝓpoſui. Tantūmodo ſi q̄d īcreſcit ſquama æris coercēdū eſt. Ora etiā
uenaꝝ fundētia ſanguinē ſic tollunť. Vbi ſanguini:q̄ effluit.ſanies adiiciť:aluus acrius duciť:quo ma-
gis oræ ꝓmoueāť. Eoq; fit:ut oīa uela:q̄ſi capitula cōſpicua ſint. Tum ſi capitulū exiguū eſt: baſimq;
tenuem habet:aſtringendū lino paulū ſupra eſt:quā ubi cū ano cōmittiť. Imponēda ſpōgia aqua cali-
da eſt.donec id libeat. Deīde aut ungue:aut ſcalpello ſupra nodū id exulcerandū eſt. Quod niſi factū
eſt:magni dolores ſubſequunť,īterdū etiā urinæ difficultas.ſi id maius eſt:& baſis latior: hamulo uno
aut altero excipiendū eſt:paulūq; ſupra baſim incidendū:neq; relinquendū quicq̄ ex eo capitulo neq;
quicq̄ ex ano demēdū eſt. Quod cōſequiť his:q̄ neq; nimiū neq; paꝝ hamos ducit. Qua inciſum eſt:
acus debet immitti:infraq; eam lino id capitulum alligari:ſi duo triaue ſunt: imum quodq; primum
curandum eſt. Si plura:non omnia ſimul:ne tempore eodem undiq; teneræ cicatrices ſint. Si ſanguis
profluit: excipiēdus eſt ſpongia:deinde linamētum iponendum. Vngēda fœmina & inguina & q̄cq̄d
iuxta ulcus eſt.cæratūq; ſup dandū eſt. Farina hordeacea calida īplenduſq; his locus eſt. Sic deligādus
eſt. Poſtero die is deſidere in aqua calida debet:eodēq; cataplaſmate foueri. Ac bis die & ante curatio-
nē & poſt eā ceruices ac fœmina liq̄do cærato pungenda ſunt:tepidoq; is loco cōtinēdus. Interpoſitis
quinque aut ſex diebus oriculario ſpecillo linamēta educēda. Si capitula ſimul nō exciderūt:digito ꝓ-
mouēda. Tum lenibus medicamētis hiſdēq;:q̄ alibi poſui:ulcera ad ſanitatē ꝑducēda.finito uitio quē
admodū agendū eſſet iam alias ſuperius expoſui. De uaricum curatione. Caput.xxxi.

B his ad crura ꝓximus trāſitus eſt In q̄bus orti uarices nō difficili rōne tollunť Huc autē & ea-
a rū uenulaꝝ:q̄ in capite nocēt.& eoꝝ uaricū:q̄ in uētre ſunt:curationē diſtuli: quoniā ubiq; ea
dē eſt. Igiť uena oīs:q̄ noxia eſt.aut aduſta tabeſcit.aut manu excidiť. Si recta eſt:ſi quāuis trāſ-
uerſa:tamē ſimplex:ſi modica eſt:melius aduriť Si curua eſt & uelut in orbes quoſdā īplicať. pluresq;
inter ſe īuoluunť:utilius eximere eſt: Adurēdi ratio hæc eſt. Cutis ſup īcidiť.tum patefacta uena tenui
& retuſo ferramēto candēte modice ꝑmiť:uincaturq; ne plagæ ipſius oræ adurantť.q̄s reducere hamu
lis facile eſt. Id īterpoſitis fere quaternis digitis p totū uaricē fit:& tum ſupimponiť medicamētū:quo
aduſta ſananť. At excidiť hoc modo. Cute eadē ratiōe ſup uenā inciſa hamulo oræ excipiunť: ſcalpel-
loq; undiq; a corpore uena diduciť:caueturq; ne īter hæc ipſa lædať:eiq; retuſus hamulus ſubiiciť: ī-
terpoſitoq; eodē fere ſpacio.qđ ſupra poſitū eſt:in eadē uena idē fit:q̄ quo tendat facile hamulo extē-
to cognoſciť. Vbi iā idem:quacūq; uarices ſunt:factū eſt: uno loco adducta per hamulū uena ꝑcidiť.
deīde q̄ ꝓximus hamus eſt.attrahiť & euelliť:ibi rurſus abſcidiť Ac ſic undiq; uaricibus crure libera-
to:tum plagaꝝ oræ cōmittunť:& ſuper emplaſtrū glutinans iniiciť.

Curatio digitoꝝ cohærentiū. Caput.xxxii.

T ſi digiti uel in utero protinus:uel ꝓpter cōmunem exulcerationē poſtea cohæſerūt:ſcalpello
a diducunť.dein ſeparatim uterq; nō pingui emplaſtro circūdať. Atq; ita per ſe uterq; ſaneſcit.
Si uero fit ulcus in digito.poſteaq; male īducta cicatrix curuū eum reddit:primū malagma tē-
tandū eſt. Dein ſi id nihil prodeſt quod & in ueteri cicatrice:& ubi nerui læſi ſunt euenire cōſueuit. ui
dere oportet nerui ne id uicium:an cutis ſit. Si nerui eſt:attingi nō debet. Neq; enim ſanabile eſt. Si cu-
tis:tota cicatrix excidenda eſt.quæ feræ calloſa efficit:ut extēdi digitum non patiatur. tum rectus ſic
ad nouā cicatricē perducendus eſt.

## De cangrenæ curatione. Caput.xxxiii.

Angrena īter ungues alaſq; aut īguina naſci. & ſi quādo medicamēta uincunť mēbrū præcidi
c oportere.alio loco mihi dictū eſt.Sed id quoq; cū piculo ſūmo fit.Nā ſæpe in ipſo opē: uel p-
fuſione ſanguinis uel aīæ defectiōe moriunť. Veꝝ hic quoq; nihil itereſt an ſitis tutū ꝑſidium
ſit.qđ unicū eſt.Igiť iter ſanā uitiatāq; partē icidēda ſcalpello caro uſq; ad os eſt: ſic ut neq; cōtra ipſū
articulū id fiat.& potius ex ſana parte aliqd excidať:quā ex ægra relinquať. Vbi ad os uentū eſt: redu-
cēda ab eo ſana caro & circa os ſubſecāda eſt:ut ea quoq; parte aliqd os nudeť: dein id ſerrula ꝑciden-
dū eſt quā ꝓxime ſanæ carni etiā īhærenti.ac tū frons oſſis:quā ſerrula exaſpauit leuāda eſt, ſupraq; ī-
ducēda cutis:q̄ ſub eiuſmodi curatiōe laxa eſſe debet ut quā maxime undiq; os cōtegat. Quo cutis ī-
ducta nō fuerit id linamētis erit cōtegendū & ſup id ſpongia ex aceto deligāda.Cætera poſtea ſic faciē-
da,ut in uulneribus:in qbus pus moueri debet:præceptū eſt.

# CORNELII CELSI DE MEDICINA LIBER OCTAVVS.

## De poſitu & figura totius humani corporis. Caput primum.

Vpereſt ea pars;q̄ ad oſſa ptinet.q̄ quo facilius accipi poſſit:prius poſitus: figuraſq; eo-
rū īdicabo.Igiť caluaria īcipit ex īteriore pte cōcaua: extrīſecus gibba: utrinq; læuis &
q̄ cerebri mēbranā cōtegit. & q̄ cute capillū gignēte cōtegiť.Eaq; ſimplex ab occipitio
& tpibus:duplex uſq; in uerticē a fronte eſt.Oſſaq; eius ab exterioribus ptibus dura:ab
īterioribus:qbus īter ſe cōnectunť:molliore ſunt.Interq; ea uenæ diſcurrūt: q̄s his ali-
mentū ſubminiſtrare credibile eſt.Raro aūt caluaria ſolida ſine ſuturis eſt. Locis tamē
æſtuoſis facilius īueniť.Et id caput firmiſſimū:atq; a dolore tutiſſimū eſt:ex cæteris; quo ſuturæ pau-
ciores ſunt.eo capitis ualitudo cōmodior eſt.Neq;.n.certus eaꝝ numerus eſt:ſicut ne locus qdē: Fere
tamē duæ ſup aures:tpa a ſupiore capitis parte diſcernūt Tertia ad aures p uerticē tendens:occipitiū a
ſūmo capite diducit.Quarta ab eodē uertice p mediū caput ad frontē ꝓcedit eaq; modo ſub imo ca-
pillo deſinit;modo frontē ipſam ſecās īter ſupcilia finiť Ex his cæteræ qdē ſuturæ in unguē cōmittū-
tur.Hæ uero quæ ſup aures trāſuerſæ ſunt.totis oris paulatim extenuanť:atq; ita īferiora oſſa ſupiori-
bus leniter īſidunt.Craſſiſſimū uero in capite os poſt aurē eſt:qa capillus ut uériſimile eſt:ob id ipſum
nō gigniť.Sub his quoq; muſculis:q̄ tpa cōnectūr:os mediū in exteriorē partē inclinatā poſitū eſt. At
facies ſuturā habet maximā:q̄ a tēpore īcipiēs p medios oculos nareſq; trāſuerſa puenit ad alteꝝ tps.
A qua breues duæ ſub īterioribus angulis deorſum ſpectāt.Et malæ quoq; in ſūma parte ſingulas trāſ-
uerſas ſuturas habēt.A mediiſq; naribus aut ſupiorū dētiū gingiuis p mediū palatū una ꝓcedit:aliaq;
trāſuerſa idē palatū ſecat.Et ſuturæ qdē in plurimis hæ ſunt.Foramina autē ītra caput maxima ocu-
loꝝ ſunt. deīde nariū:tum q̄ in auribus habemus.Ex his q̄ oculoꝝ ſunt: recta ſimpliciaq; ad cerebrū
tendūt.Nariū duo foramina oſſe medio diſcernunť.Siqdē hæc primū a ſupciliis anguliſq; oculorum
oſſe īchoanť ad tertiā fere partē:deīdē in cartilagine uerſæ quo ꝓpius ori deſcēdūt:eo magis carūcula
quoq; molliunť.Sed ea foramina q̄ a ſūmis ad imas nares ſimplicia ſunt.ibi ruſus in bina itinera diui-
dunť. Aliaq; ex his ad fauces peruia ſpūm & reddūt & accipiūt:alia ad cerebrū tendūt In ultima parte
in multa & tenuia foramina diſſipanť:p q̄ ſenſus odoris nobis dať.In aure quoq; primo rectū & ſim-
plex iter ꝓcedēdo flexuoſum ſit.qđ ipſum iuxta cerebrū in multa & tenuia foramina diduciť: p q̄ fa-
cultas audiēdi eſt:iuxtaq; ea duo paruuli q̄ſi ſinus ſūt.ſupq; eos finiť os:qđ trāſuerſum a genis tendēs
ab īferioribus oſſibus ſuſtineť.iugale appellari pōt ab eadē ſimilitudine a q̄ id græci zygodes appellāt.
Maxilla uero eſt molle os:eaq; una eſt:cuius eadē & media & etiā ima pars mentū eſt.a quo utrinq; p-
cedit ad tēpora ſolaq; ea moueť Nā malæ cū toto oſſe:qđ ſupiores dētes exigit īmobiles ſunt. Verum
ipſius maxillæ partes extreme q̄ſi bicornes ſunt.Alter ꝓceſſus ītra latior:uertice ipſo tenuať: lōgiuſq;
ꝓcedēs ſub oſſe iugali ſubit:& ſup id tēpoꝝ muſculis illigať Alter breuior & rotūdior & in eo ſinu q̄
iuxta foramina auris eſt cardinis modo fit:ibiq; huc & illuc ſe īclinās.maxillæ facultatē motus ꝑſtat.
Duriores oſſe dētes ſunt.quoꝝ pars maxillæ:pars ſupiori oſſi malaꝝ hæret.Ex his quaterni primi,q̄a
ſecāt temnici a græcis noīanť.hi deīde q̄ttuor caninis dētibus ex oī parte cingunť. Vltra quos utrinq;
fere maxillares q̄terni ſunt:ꝑterq; in his:ī qbus tres ultimi:q ſero gigni ſolēt:nō īcreuerūt.Ex his prio-
res ſingulis radicibus:maxillares utiq; binis:qdā etiā ternis q̄ternīſue nitunť. Fereq; lōgior radix bre-
uiorē dentē edit. rectiq; dētis recta etiā radix. curui flexa eſt.exq; eadē radice ī pueris nouus dēs ſubit:
q̄ multo ſæpius priorē expellit.iterdū tamē ſupra īfraue eū ſe oſtēdit.Caput autē ſpina excipit. Ea cō-
ſtat ex uerteribus q̄ttuor & uiginti.Septē in ceruice ſunt duodecim ad coſtas.reliquæ q̄nque ſunt ꝓxi-
mæ coſtis.Hæ teretes breueſq; ab utroq; latere: ꝓceſſus duos exigūt.Mediæ pforatæ:q̄ ſpinæ medulla
cerebro cōmiſſa deſcendit.Circa quoq; p duos ꝓceſſus tenuibus cauis peruiæ:p q̄ a mēbrana cerebri
ſimiles mēbranulæ deducunť.Oēſq; uertebræ exceptis tribus ſūmis a ſupiore parte in ipſis ꝓceſſibus
parū deſidēti ſinus habēt:ab īferiore alios deorſum uerſus ꝓceſſus tenuibus cuius puiæ p q̄ a mēbra-
na cerebri ſimiles mēbranulæ deducunť.Oēſq; uertebræ exceptis tribus ſūmis a ſupiore parte in ipſis
ꝓceſſibus paꝝ deſidētis ſinus habēt: ab īferiore alios deorſū uerſus ꝓceſſus exigūt. Sūma igiť ꝓrinus
caput ſuſtinet:p duos ſinus receptis exiguis eius ꝓceſſibus.Quo fit:ut caput ſurſū deorſū uerſū tube-
ribus exaſpeť:ſecūda ſupiori parti īferiore.Quod ad circuitū ptinet:pars ſūma anguſtiore orbe finiť.

itaq; ſuperior ſummæ circũdata:in latera quoq; caput moueri ſinit. Tertia eodẽ modo ſecundam exce
pit. Ex quo facilis ceruici mobilitas eſt. Ac ne ſuſtinere qdẽ caput poſſet:niſi utrinq; recti ualẽteſq; ner
ui collũ cõtinerẽt:quos cerotas græci appellãt. Si qdẽ hoꝝ iter oẽs flexus alter ſemp ĩtẽtus ultra ꝓlabi
ſupiora nõ patiẽ. Iamq; uertebra tertia tubercula quæ ĩferiori ĩſeranẽ:exigit. Cæteræ ꝓceſſibus deor-
ſum ſpectãtibus in ĩferiores inſinuanẽ.ac p ſinus quos utrinq; habẽt:ſupiores accipiũt:multiſq; neruis
& multa cartilagine cõtinẽtur. Ac ſic uno flexu modico in prõptum dato cæteris negociis homo & re
ctus ĩſiſtit & aliqd ad neceſſaria opa curuaẽ. Infra ceruicẽ uero ſumma coſta cõtra humeros ſita eſt:ĩde
undecim ĩferiores uſq; ad imũ pectus pueniũt hæq; primis partibus rotundæ & leniter q̃ſi capitulatæ
uertebraꝝ trãſuerſis ꝓceſſibus ibi quoq; paulũ ĩſinuatis inhærẽt. Inde pateſcũt & in exteriorẽ partem
recuruatæ paulatim in cartilaginẽ degenerãt. Eaq; parte rurſus in ĩteriora leniter flexæ cõmittunẽ cũ
oſſe pectoris. Quod ualẽs & durũ a faucibus incipit:ab utroq; latere lunatũ:& a præcordiis iam ipſum
quoq; cartilagine mollitũ terminaẽ. Sub coſtis uero prioribus:quinque q̃s rhoas græci noiant:breues
tenuioreſq; atq; ipſe quoq; paulatim in cartilaginẽ uerſæ:extremis abdominis partibus inhæreſcunt.
imaq; ex his maiore iam parte nihil niſi cartilago eſt. Rurſus a ceruice duo lata oſſa utriq; ad ſcapulas
tendũt:noſtri ſcoptula opta:omoplatas græci noiant. Ea in ſũmis uerticibus ſinuata:ab his triangula.
paulatiq; lateſcẽtia ad ſpinã tendunt:& quo latiora quaq; parte ſunt hoc hebetiora. Atque ipſa quoq;
in imo cartilaginoſa poſteriore parte uelut innatãt:quoniã niſi in ſũmo nulli oſſi ĩhæreſcunt. Ibi uero
ualidis muſculis neruiſq; cõſtricta ſunt. At a ſumma coſta paulo ĩterius quã ubi ea media eſt:os excre-
ſcit:ibi qdẽ tenue:ꝓcedẽs uero quo ꝓpius lato ſcapulaꝝ oſſi fit:eo plenius latiuſq; & paulatim in exte
riora curuatũ.qd' ꝓpius:altera uerticis parte modice ĩtumeſcẽs:ſuſtinet ingulũ:Id autẽ ipſum recuruũ
ac neq; ĩter duriſſima oſſa numerandũ:altero capite in eo qd' poſui:altero in exiguo ſinu pectoralis oſ-
ſis inſidit:pauluq; motu brachii moueẽ & cũ lato oſſe ſcapulaꝝ infra caput: eius neruis & cartilagini
cõnectiẽ. Hinc humerus ĩcipit extremis utriq; capitibus tumidus mollis ſine medulla cartilaginoſus.
medius teres durus medulloſus leniter gibbus & in priorẽ & in exteriorẽ partẽ. Prior autẽ pars eſt q a
pectore eſt:poſterior quæ ab ſcapulis:ĩterior quæ ad latus tẽdit:exterior:q ab eo recedit. qd' ad oẽs ar
ticulos ptinere in ulterioribus patebit. Supius autẽ humeri caput rotũdus quã cætera oſſa: de quibus
adhuc dixi:uerticilatis ſcapulaꝝ oſſibus inſeriẽ ac maiore parte ex tranſitu neruis deligaẽ. At inferius
duos ꝓceſſus habet.iter quos qd' mediũ eſt:magis etiã extremis partibus ſinuaẽ. Quæ res ſedem bra-
chio pſtat. Quod cõſtat ex oſſibus duobus. Radius:quã cercida græci appellãt:ſupior breuiorq; & pri
mo tenuior rotũdo & leniter cauo capite exiguũ humeri tuberculũ recipit.atq; ibi neruis & cartilagi-
ne cõtineẽ. Cubitus ĩferior lõgiorq; & primo plenior in ſũmo capite: duobus q̃ſi uerticibus extãtibus
in ſinu humeri quẽ ĩter duos ꝓceſſus eius eſſe ꝓpoſui:ſe ĩſerit. Primo uero duobus radiis brachii oſſa
iuncta paulatim dirimunẽ:rurſuſq; ad manũ coeunt modo craſſitudinis mutato:Siquidem ibi radius
plenior:cubitus admodũ tenuis eſt. Dein radius in caput cartilaginoſum cõſurgẽs:ĩ uerticẽ eius ſinua
tur.cubitus rotũdus in extremo:parte altera paulũ ꝓcedit. Ac ne ſæpius dicendũ ſit.illud ignorari nõ
oportet.plurima oſſa in cartilaginẽ deſinere:nullũ articulũ nõ ſic finiri. Neq;.n.aut moueri poſſet:niſi
leui ĩnitinereẽ:aut cũ carne neruiſq; cõiungi:niſi ea media quædam materia cõmitteret. In manu uero
prima palmæ pars ex multis minutiſq; oſſibus cõſtãt:quoꝝ numerus ĩcertus eſt. Sed oblõga omnia &
triãgula ſtructura quadam inter ſe cõnectunẽ:cum inuicem ſuperior alterius angulus: alterius plani-
ties ſit.eoq; fit ex his unius oſſis paulum in interiora cõcauis ſpecies. Verum ex manu duo exigui pro-
ceſſus in ſinu radii coniiciunẽ. Tũ ex altera parte recta quinque oſſa ad digitos tendentia palmam ex-
plent:a quibus ipſi digiti oriunẽ:qui ex oſſibus ternis cõſtãt:omniũq; eadem ratio eſt. Interius os ĩ uer
ticẽ ſinuaẽ:recipitq; exterioris exiguum tuberculũ:neruiq; ea cõtinent:a qbus orti ungues ĩdureſcũt.
Ideoq; nõ oſſi:ſed carni magis radicibus ſuis inhærẽt. Ac ſupiores qdẽ ptes ſic ordinatæ ſunt. Ima uero
ſpina in coxarum oſſe deſidit:qd' tranſuerſum longeq; ualẽtiſſimum:uuluam:ueſicam:rectum inteſti
num tuetur:idq; ab exteriore parte gibbũ ad ſpinã reſupinatum a lateribus ideſt in ipſis coxis ſinus ro-
tundos habet:a qbus oriẽ os quod pectinem uocant, idq; ſup inteſtina ſub pube trãſuerſum uentrem
format:rectius in uiris:recuruatum magis ĩ exteriora in fœminis:ne partum prohibeat. Inde fœmina
oriunẽ.quorum capita rotũdiora etiam quam humerorum ſunt:cum illa ex cæteris rotũdiſſima ſint.
Infra uero duos proceſſus a priore & a poſteriore parte habẽt. Dein dura & medulloſa & ab exteriore
parte gibba habẽt:rurſus ab inferioribus quoq; capitibus intumeſcunt: Superiora in ſinus coxæ ſicut
humeri in ea oſſa:quæ ſcapulaꝝ ſunt:coiciunẽ.tum infra introrſus leniter intendũt:quo æqualius ſu-
periora mẽbra ſuſtineãt. Atq; in eo inferiora quoq; capita media ſinuantur:quo facilius excipi a cruri-
bus poſſint. Quæ commiſſura oſſe paruo:molli cartilaginoſo tegiẽ:patellam uocant. Hæc ſuper inna-
tans.nec ulli oſſi inhærens:ſed carne & neruis deligata:pauloq; magis ad femoris inter omnes crurum
flexus iuncturam tuetur. Ipſum autem crus eſt ex oſſibus duobus.& enim per omnia femur humero:
crus uero brachio:ſimile eſt.adeo ut habitus quoq; & decor alterius ex altero cognoſcatur. Quod ab
oſſibus incipiens etiam in carne reſpondet. Verum alterum os ab exteriore parte; ſupra poſitum eſt.
quod ipſum quoque ſupra recte nominatur. Id breuius:ſupraq; tenuius ad ipſos talos intumeſcit. Alte
rum a priore parte poſitum cui tibiæ nomen eſt:lõgius & in ſuperiore parte plenius ſolum cum femo-
ris inferiore capite committitur.ſicut cum humero cubitus. Atq; ea quoq; oſſa infra ſupraq; cõiuncta

media:ut in brachio dehiſcunt. Excipiť auté crus infra oſſa extráſuerſo taloꝝ:idqꝫ ipſum ſup os calcis ſitum eſt qđ q̃dá parte ſinuať:q̃dá exceſſus habet:& ꝓcedétia ex talo recipit:& in ſinú eius íſeriť. idqꝫ ſine medulla durú magiſqꝫ in poſterioré parté ꝓiectú:teretem ibi figurá repſentat. Cætera oſſa pedis ad eoꝝ quæ in manu ſunt ſimilitudinem inſtructa ſunt. Plantæ palmæ digiti: digitis: ungues: unguibus reſpondent.

Oſſa uiciata & corrupta quibus ſignis cognoſcanť & qua ratiõe curenť. Caput ſecundum.

o Mne auté os ubi iniuria acceſſit:aut uiciať:aut ſindiť:aut frangiť:aut foratur:aut collidiť: aut loco moueť. Id qđ uiciatú eſt. primo fere pingueſit:deide uel nigrú:uel carioſum. Quæ ſup natis grauibus ulceribus aut fiſtulis:hiſqꝫ uel longa uetuſtate uel etiá cancro occupatis eueniunt. Oportet auté ante oía os nudare ulcere exciſo & ſi latius eius uiciú eſt:quá ulcus fuit. carné ſubſecare: donec integrú os undiqꝫ pateat. tum id qđ pígue eſt ſemel iterúue ſatis eſt admoto ferraméto adurere: ut ex eo ſtatu ſecedat. aut eradere donec iá aliqd cruoris oſtendať. q ítegrioris nota eſt. nam neceſſe eſt aridú ſit id qđ uiciatú eſt. Idé in cartilagine quoqꝫ læſa faciédú eſt Siqdé ea quoqꝫ ſcalpello radéda eſt: donec ítegrú id ſit qđ relinquať. Deide ſiue os:ſiue cartilago raſa eſt nitro bene trito reſpgédú é. Neqꝫ alia faciéda ſunt ubi caries:nigritie ſue in ſúmo oſſe eſt. Siqdé id uel paulo diutius eodé ferraméto adurendú:uel radédum eſt. Qui radit hæc:audacter íprimere ferramentú debet: ut & agat aliqd & maturius deſinat. Finis eſt:cú uel ad albú os. uel ad ſolidú uentum eſt. Albo finiri ex nigritie uitiú: ſoliditate quadá ex carie manifeſtú eſt: Accedere etiá cruoris aliqd ítegro ſupra dictú eſt. Si quádo auté altius deſcenderit utrúlibet dubiú eſt. In carie qdé expedita cognitio eſt. Specillú tenue in foramé demittiť. qđ magis minuſue ítrádo:uel in ſummo carié eſſe:uel altius deſtédiſſe teſtať. Nigrities colligi qdé poteſt etiá ex dolore & ex febre. Quæ ubi mediocria ſunt:illa alte deſcédiſſe nõ poteſt. Manifeſtior tamé ad acta terebra fit Ná finis uiciú eſt ubi ſcobis nigra eſſe deſiit. Igiť ſi caries alte deſcédit:ꝑ terebrá urgéda crebris foraminibus eſt. q altitudine uiciú æquent. Tum in ea foramina demittéda candétia ferramenta ſunt. donec inde ſiccú os ex toto fiat. Simul. n. poſt hæc & reſolueť ab íferiore oſſe quodcúqꝫ uiciatú eſt:& his ſinus carne replebiť:& humor aut nullus poſtea fereť:aut mediocris. Sin aút nigrities eſt: aut ſi caries ad alterá quoqꝫ parté oſſis tráſit:oportet excidi. Atqꝫ idé in carie quoqꝫ ad alterá parté oſſis penetráte fieri põt. Sed qđ totú uiciatú:totum eximédú eſt. Si íferior pars ítegra é: eatenus q̃ corruptú eſt:excidi debet. Itẽ ſiue capitis. ſiue pectoris os:ſiue coſta carioſa eſt:inutilis uicio eſt: & excidédi neceſſitas eſt. Neqꝫ audiédi ſunt q oſſe nudato dié tertiú expectát:ut tunc excidát. Ante íflammationé enim tutius oía tractanť. Itaqꝫ quantú fieri põt eodé mométo & cutis incidenda eſt:& os detegédú: & omni uicio liberandú eſt. Lõgeqꝫ ꝑnitioſiſſimú eſt:quod in oſſe pectoris eſt: quia uix etiá ſi recte ceſſit curatio ueram ſanitaté reddit.

Quomodo os excidať. & de Modiolo:& Terebra ferramétis ad id paratis. Caput tertium.

e Xcidiť uero os duobus modis. Si paruulú eſt:qđ læſum eſt:modiolo:qué choenicion græci uocant. Si ſpacioſus:terebris. Vtriuſqꝫ rationé ꝓponá. Modiolus ferramentú concauum:teres eſt imis oris ferratú:ꝑ qđ mediú clauus ipſe quoqꝫ íteriore orbe cinctus demittiť. Terebraꝝ auté duo genera ſunt Alteꝝ ſimile ei quo fabri utunť. Alteꝝ capituli lõgioris:qđ ab acuto mucrone ícipit: deíde ſubito latius fit:atqꝫ iteꝝ ab alio prícipio paulo minus quá æqualiter ſurſum ꝓcedit. Si uicium in anguſto eſt:qđ cõpræhédere modiolus poſſit ille potius aptať Et ſi caries ſubeſt. medius clauus in foramen demittiť. Si nigrities:angulo ſcalpri ſinus exiguus fit:q clauú recipiat: ut eo inſiſtéte circumactus modiolus delabi nõ poſſit. Deíde his habena q̃ſi terebra cõuertiť. Eſtqꝫ qdá ꝓmendi modus: ut & foreť & circú agať. qa ſi leuiter íprimiť:paꝝ ꝓficit. Si grauiter:nõ moueť. Neqꝫ alienum eſt íſtillare paulú roſæ uel lactis:quo magis lubrico circúagať. Quod ipſum tamé ſi copioſius eſt acié ferramenti hebetat. at ubi iá íter modiolo preſſum eſt:medius clauus educiť:& ille ꝑ ſe agiť. Deíde cú ſanitas inferioris partis ſcobe cognita eſt:modiolus remoueť:at ſi latius uiciú eſt:quá ut illo cõpræhédať. terebra res agéda eſt. Ea foramé fit in ipſo fine uicioſi oſſis atqꝫ ítegri:deíde alteꝝ nõ ita longe. tertiúqꝫ donec totus is locus:q excidédus eſt:his cauis cinctus ſit. atqꝫ ibi quoqꝫ q̃tenus terebra agéda ſit:ſcobis ſignificat Tunc exciſorius ſcalper ab altero foramine ad alteꝝ malleolo adactus:id qđ inter utrúqꝫ mediú eſt:excidit:ac ſic ambitus ſimilis ei fit:q in anguſtioré orbé modiolo ímprimiť. Vtro modo uero id circunductú eſt:idé exciſorius ſcalper:in oſſe corrupto planus ſummá quanqꝫ teſtá læſit:donec iteg꜄ os relinq̃ť. Vix unq̃ nigrities ítegrú: caries ꝑ totú os ꝑrúpit:maxíeqꝫ ubi uitiata caluaria eſt: Id quoqꝫ ſigni ſpecillo ſignificať:q depſſus in id foramé:qđ íſra ſolidá ſedé habet:& ob id renités aliqd íuenit & madés exit. Si peruiú íuenit:altius deſcédés íter os & mébraná nihil oppoſitú íuéit: educiturqꝫ ſiccus: nõ quo nõ ſubſit aliq̃ uitioſa ſanies. ſed quoniá ibi ut in latiore ſede diffuſa ſit. Siue auté nigrities: quá terebra detexit. ſiue caries:quá ſpecillú oſtédit:os tráſit modioli qdé uſus fere ſupuacuus eſt: qa latius pateat neceſſe eſt:qđ iá alte ꝓceſſit. Terebra uero ea:quá ſecúdo loco poſui utendú:eaqꝫ ne nimis ícaleſcat ſubíde in aquá frigidá demittéda eſt. Sed tú maiore cura agédú eſt. cú iam aut ſimplex os dimidiú ꝑforatú eſt:aut in duplici:ſupius. Illud:ſpatiú ipſum:hoc ſanguis ſignificat. Ergo tum létius ducenda habena:ſuſpendédaqꝫ magis ſiniſtra manus eſt:& ſæpius attolléda. & foraminis altitudo cõſideranda:ut quádocunqꝫ os ꝑrúpiť ſentiamus:neqꝫ piclitemur:ne mucrone cerebri mébrana lædať. Ex quo graues inflámationes cú piculo mortis oriunť. Factis foraminibus eodé modo media ſæpe:ſed multo

circūſpectius excidēda ſunt:ne forte angulus ſcalpri eandē membranam uiolet: donec fiat aditus:per quam membranæ cuſtos imittatur:menyngophylacas græci uocant. Lamina ænea eſt firma:paulum reſima ab exteriore parte læuis:quæ demiſſa eſt: ut exterior pars eius cerebro propior ſit. ſubinde ei ſubiicitur quod ſcalpro diſcutiendum eſt. ac ſi excipit eius angulum:ultra tranſire nō patitur: eoq; & audacius & tutius ſcalprum malleolo ſubinde medicus ferit: donec exciſum undiq; os eadem lamina leuetur tolliq; ſine ulla noxa cerebri poteſt Vbi totum os eiectū eſt : circūradendæ leuandæq; ſūt oræ & ſi quis ſcobis membranæ inſedit:colligendum. Vbi ſuperiori parte ſublata: inferior relicta eſt: nō ora tantum:ſed os quoq; totum lauandum eſt:ut ſine noxa poſtea cutis increſcat. quæ aſpero oſſe innaſcens protinus non ſanitatem:ſed nouos dolores mouet. Patefacto cerebro qua ratione agendum ſit dicam:cum ad fracta oſſa peruenero. Si baſis aliqua ſeruata ē: ſuperiponēda ſunt medicamēta non pinguia:quæ recētibus uulneribus accōmodantur:ſupraq; imponenda lana ſucida oleo atq; aceto madens. Vbi tempus proceſſit:ab ipſo ore caro increſcit:eaq; factum manu ſinum complet. Si quod etiā os aduſtum eſt:a parte ſana recedit:ſubitq; inter integram atq; emortuam partem caruncula:quæ qd abſceſſit:expellat. eaq; fere quia teſta tenuis & anguſta eſt. ſquama eſt. ideſt lepis a græcis nominatur. Poteſt etiam euenire:ut ex ictu neq; findat os:neq; perfringatur ſed ſummū tamē collidatur:exaſpereturq;. Quod ubi incidit:radi & leuari ſatis eſt. Hæc quanuis maxie fiunt in capite:tamē cæteris quoq; oſſibus cōmunia ſunt. ut ubicunq; idem incidet:eodem remedio ſit utendum. Atq; cū ea fracta: fiſſa: forata:colliſa ſint:quaſdā proprias in ſingulis generibus:quaſdā communes in pluribus curationes requirunt. De quibus protinus dicam:initio ab eadem caluaria accepto.

## De caluariæ curatione. Caput quartum.

Gitur ubi ea pertuſa:protinus requirēdum eſt:nū bilem is homo uomerit : num oculi eius obcæcati ſint:num obmutuerit:num per nares aureſue ſanguis ei effluxerit:num conciderit: nū ſine ſenſu q̄ſi dormiēs iacuerit. Hæc eni nō niſi oſſe fracto eueniunt. Atq; ubi iciderunt: ſcire licet neceſſariam:ſed difficilē curationē eſſe. Si uero etiā torpor acceſſit:ſi mens non cōſtat:ſi neruorū uel reſolutio uel diſtentio ſecuta eſt. ueriſimile eſt etiā cerebri mēbranā eſſe uiolatam eoq; in anguſto magis ſpes eſt. At ſi nihil horū ſecutū eſt poteſt etiā dubitari:an os fractū ſit. Et protinus cōſiderandū eſt:lapide:an ligno:an ferro:an alio telo percuſſum ſit. & hoc ipſo leni:an aſpero:mediocri an uaſtiore: uehemēter:an leniter Quia quo mitior ictus fuit:eo facilius os ei reſtitiſſe credibile eſt. Sed nihil tamē melius ē:quā certiore id nota explorare. Ergo qua plaga ē:demitti ſpecillū oportet:neq; nimis tenue:neq; acutū:ne cū i quoſdā ſinus naturales iciderit:opinionē fracti oſſis fruſtra faciat neq; nimis plenū:ne paruulæ rimulæ fallāt. Vbi ſpecillū ad os uenit nihil niſi lenæ & lubricū occurrit: integrum id uideri pōt. Si qd aſperi ē utiq; qua ſuturæ nō ſint:fractū os eſſe teſtat. A ſuturis ſe deceptū eſſe Hippocrates memoriæ ꝓdidit more ſcilicet magnorū uirorū & fiduciā magnarū rerū habētium. Nam leuia īgenia:quia nihil habent:nihil ſibi detrahūt. Magno ingenio:multaq; nihilominus habituro conuenit etiā ſimplex ueri erroris cōfeſſio:præcipueq; i eo miniſterio quod utilitatis cauſa poſteris traditur. ne q̄ decipiant eadē ratione:q̄ quis ante deceptus eſt. Sed hæc quidē alioqn memoria magni profeſſoris uti iterponeremus effecit. Poteſt aūt ſutura eo nomine fallere. quæq; aſpera ē:ut aliqs hanc eē: etiā ſi rima ē:exiſtimet eo loco:quo ſubeſſe hanc ueriſimile eſt. Ergo eo nomine decipi non oportet. ſed os apire tutiſſimū eſt. Nā neq; utiq; certa ſedes ut ſupra poſui. ſuturarū eſt:& poteſt idē:& naturaliter cōmiſſum:& ictu fiſſum eſſe:iuxtaue aliquid fiſſum habere. Quin aliqd etiā:ubi ictus fuerit uehemētior:quāuis ſpecillo nihil īuenit : tamē aperire commodius eſt. At ſi ne tū quidem rima manifeſta eſt iducendum ſup os atramētum ſcriptorium eſt:deide ſcalpro id detrahendum. Nigritiem enim cōtinet ſi qd fiſſum ē. Solet etiā euenire. ut altera parte fuerit ictus:& os altera fiderit. Itaq; ſi grauiter aliqs ꝑcuſſus ē:ſi mala iditia ſubſecuta ſunt. neq; ea pte qua cutis diſcuſſa ē:rima reperit:non īcommodū ē pte altera conſiderare:nūquis locus mollior ſit & tumeat:eūq; aperire. Si qdem ibi fiſſum os reperietur. nec tamē magno negocio cutis ſaneſcit etiā ſi fruſtra deſecta ē. Os fractū niſi ſuccurſum ē grauibus īflammationibus afficit:difficiliuſq; poſtea tractat. Raro: ſed aliquando tamē euenit: ut os quidē totū ītegrū maneat:itus uero ex ictu uena aliqua ī cerebri mēbrana rupta aliqd ſanguinis mittat:hiſq; ibi cōcretus magnos dolores moueat:oculos qbus obcæcet. Sed fere cōtra id dolor ē:& eo loco cute īciſa pallidū os reperitur. Ideoq; id quoq; os excidēdum ē. quacūq; aūt decauſa curatio hæc neceſſaria ē:ſi nōdum ſatis cutis patefacta ē:latius aperiēda eſt:donec qcqd læſum eſt ī conſpectu ſit. In quo ipſo uidēdum ē:neqd ex ipſa mēbranula quæ ſub cute caluariā cingit:ſuper os relinquat. ſi qdem hæc ſcalpro terebriſue lacerata uehemētes febres cū inflammationibus excitat. Itaq; eam commodius ē ex toto ab oſſe diduci. Plagā:ſi ex uulnere ē. talē neceſſe eſt habeamus:qualē accepꝫrimus. ſi manu faciēda eſt:ea fere cōmodiſſima ē:quæ duabus tranſuerſis lineis litteræ. X. figurā accipit:ut deinde a ſingulis ꝓcedētibus ſingulis cutis ſubſequatur. Inter quæ ſi ſanguis fertur: ſpongia ſubīde in aceto tīcta cohibendus ē. occupanduſq; obiectis linamētis. & caput altius excitandū. Neq; id uiciū ullū metū niſi īter muſculos: q tēpora continent:affert. ſed ibi quoq; nihil tutius ſit. In oī uero fiſſo fractoue oſſe protinus antiqores medici ad ferramēta ueniebāt: qbus id exciderent. Sed multo melius ē:āte emplaſtra experiri: quæ caluariæ cauſa cōponūt. Eorūq; aliqd oportet ex aceto mollitū p ſe ſup fiſſū:fractumue os imponere: deinde ſuper id aliquanto latius quam uulnus eſt:eodem medicamento illitum

k

linteolum & præterea ſucidam lanam aceto tinctam Tunc uulnus deligare & quotidie reſoluere:ſimiliterq; curare uſq; ad dië quintū A ſexto die etiā uapore aquæ calidæ per ſpongiā fouere.cætera ex eadem facere.quod ſi carūcula increſcere cœperit:& febricula aut ſoluta erit aut leuior & cupiditas cibi reuerterit:ſatiſq; ſomni accedet in eodem medicamento erit perſeuerādum.Procedēte deinde tempore emolliendum id emplaſtrū adiecto cærato ex roſa facto:quo facilius carnē producat.nam; per ſe reprimēdi uim habet.Hac ratione ſæpe rimæ callo quodā implenť:eſtq; ea:oſſis uelut cicatrix.& latius fracta oſſa:ſi qua inter ſe non cohærebant:eodem callo glutinanť:eſtq; aliquanto melius uelamētum cerebro:quam caro quæ exciſo oſſe increſcit.Si uero ſub prima curatione febris intenditur: breueſq; ſomni:& hidem per ſomnia tumultuoſi ſunt:ulcus madet:neq; aliť:& in ceruicibus glandulæ oriunť: magni dolores ſunt:cibiq; ſuper hæc faſtidiū increſcit.tū demū ad manum ſcalprumq; ueniendum ē: Duo uero ſub ictu caluariæ pericula ſunt:ne uel findať uel mediū deſidat:ſi ſiſſum eſt:poſſunt oræ eē cōpreſſæ:uel quia altera ſuper alterā exceſſit:uel etiam quia uehementer rurſus ſe cōmiſerut. Ex quo euenit ut humor ad membranam quidem deſcendat:exitum uero non habeat:ac ſi eam irritet & graues inflammationes moueat.Vbi medium deſedit:eādem cerebri membranam os urget. iterdum etiā ex fractura quibuſdā uelut aculeis pungentibus.His ita ſuccurrendum ē:ut tamē quā minimum ex oſſe dematur.Ergo ſi ora alteri inſedit:ſatis eſt id quod eminet plano ſcalpro excidere.quo ſublato iā rima hiat quantum curationi ſatis eſt.At ſi oræ inter ſe comprimuntur:a latere eius interpoſito digiti ſpacio:terebra foramen faciendum eſt:ab eoq; ſcalper duabus lineis ad rimam agendus ad ſimilitudinē.C.litteræ:ſicut uertex eius a foramine baſis ad rimas it:quod ſi rima longius patet.ab altero foramine rurſus ſimilis ſinus fieri debebit:& ita nihil latens in eo eſſe concauum eſt:abundeq; exitus datur intus lædentibus.Ne ſi fractū quidem os deſedit:totum excidi neceſſe eſt.ſed ſiue totū perfractū ē & ab alio ex toto receſſit:ſiue circūpoſitæ caluariæ inhæret exigua parte ab eo quod naturaliter ſe habet ſcalpro diuidēdum ē.deinde in eo quod deſedit iuxta rimā quam fecimus foramia addenda ſunt: Si in anguſto noxa eſt:duo.ſi latius patet:tria:ſeptaq; eorum excidēda:& tum ſcalper utrinq; ad rimā agendus:ſic ut lunatū ſinum faciat:imaq; pars eius intus ad fracturam.cornua ad os īegrum ſpectēt. Deinde ſiqua labent & ex facili remoueri poſſunt.forfice ad id facta colligēda ſunt:maximeq; ea quæ acuta membranam infeſtant.ſi id ex facili fieri non poteſt:ſubiicienda lamina eſt:quā cuſtodem eius membranæ eſſe propoſui:& ſuper eam quicquid ſpinoſum eſt & intus eminet:excidendum eſt:eadē lamina quicquid deorſum inſedit attollendum.Hoc genus curationis efficit:ut qua parte fracta oſſa tamē īhærent:ſolidentur.qua parte abrupta ſunt:ſine ullo tormento ſub medicamenti tempore excidant:ſpatiumq; inter hæc ſatis illi magnum ad extrahendam ſaniem relinquatur:pluſq; in oſſe propugnaculi cerebrum habeat:quam habiturū fuit eo exciſo.His factis ea membrana acri aceto reſpergenda eſt:ut ſiue aliquid ſanguinis ex ea profluit:cohibeatur ſiue intus cōcretus cruor remanet:diſcutiatur Tū idē medicamentum eodem modo:qui ſupra poſitus eſt:mollitum ipſi mēbranæ imponendum eſt.Cæteraq; eodē modo faciēda ſunt:quæ ad linteolum illitum & lanam ſucidam pertinent collocanduſq; his loco intepido:& curandum quotidie uulnus:bis etiam æſtate quod ſi mēbrana per inflammationem intumuerit:infundenda erit roſa tepida.Si uſq; eo tumebit:ut ſuper oſſa quoq; emineat:coercebit eam bene trita lenticula:uel folia uitis cōtrita & cū recēti uel butyro uel adipe anſerino mixta ceruixq; molliri debebit liquido cærato ex irino facto.At ſi parū pura membrana uidebiť par modus eius emplaſtri & mellis miſcendus erit:idq; ſuperinfundendum:eiuſq; cōtinēdi cauſa unū aut alterum linamentū iniiciendū & ſuper linteolo cui emplaſtrū illitū ſit:cōtegendū. Vbi plus pura membrana eſt:eadē ratione adiiciendum emplaſtro cæratū:ut carnē producat.Quod ad abſtinentiā uero & primos ulterioreſq; cibos potōneſq; pertinet. eadē quæ in uulneribus præcepi:ſeruanda ſunt. eo magis:quo periculoſius hæc pars afficitur.Quin etiā cū iam non ſolum ſubſtineri ſed ali his quoq; apparebunt.tamē erunt uitanda quæcūq; mādenda ſunt.itē fumus & qcquid excitat ſternutamentū. Spem uero certā faciunt mēbrana mollis ac ſui coloris:caro icreſcēs rubicunda:facilis motus maxille atq; ceruicis.Mala ſigna ſunt.mēbrana īmobilis nigra uel liuida uel aliter coloris corrupti: dementia: actis uomitus:neruorū uel reſolutio uel diſtentio:caro liuida maxillarū rigor atq; ceruicis. Cæteraq; q̄ ad ſomnū:cibi deſideriū:febrē: puris colorē attinēt: eadē quæ i cæteris uulneribus uel ſalutaria uel mortifera ſunt.ubi bene res cedit:icipit ab ipſa mēbrana:uel ſi os eo loco duplex ē:inde quoq; caro icreſcere.eaq; id:qď inter oſſa uacuū eſt :replet.Nōnunquā etiā ſup caluariā excreſcit.Quod ſi incidit iſpergēda ſquama æris ē ut id reprimat:cohibeatq;:ea carni ſup dando quæ ad cicatricem perducant. Omnibuſq; ea locis cōmode iducitur; excepta frōtis ea pte: quæ paulū ſuper id eſt qď inter ſupercilia eſt.Ibi eni uix fieri pōt.ut p omnē ætatē ſit exulceratio:quæ linteolo medicamētum habēte cōtegenda ſit.Illa utiq; capite fracto ſeruāda ſunt ut donec iā ualida cicatrix erit ſoluēda: uitētur frequēs balneum:maior uini modus.

De narium fractarum curatione. Caput quintum.

i

N naribus uero & os & cartilago frangi ſolet:& qdem modo aduerſa:modo a latere.ſi aduerſa fracta ſunt:alterumue ex his nares deſidūt.difficulter ſpiritus trahitur.ſi a latere os fractū eſt. his locus cauus ē.ſi cartilago in alterā ptem nares declinantur.Quicqd in cartilaginē incidit. excitandum leniter eſt:aut ſubiecto ſpecillo:aut duobus digitis utriq; compreſſis.Deinde in longitu-

dinē implicata linamenta & molli pellicula cincta circumſutaq; : intus adiicienda ſunt. Aut eodē mo-
do cōpoſitum aliqd ex atrido penicillo. Aut grandis pĩna gūmi uel fabrili glutine illita & molli pelli-
cula circūdata: quæ deſidere cartilaginē non ſinat. Sed ſi aduerſa ea fracta ē: æqualiter utraq; naris im-
plēda ē. Si a latere craſſius eſſe debet ab ea pte ĩ qua naſus iacet: ab altera tenuius ĩ id qđ inſerit̃. Extri-
ſecus aūt circūdanda habena ē mollis media illita mixtis ĩter ſe ſimilia & turis fuligine. eaq; ultra au-
res ducēda & fronti duobus capitibus agglutināda ē. Id eni corpori quaſi gluten ĩhæreſcit & cū indu
ruit nares cōmode cōtinet. Sin qđ intus ĩditum ē lædit: ſicut maxīe fit ubi interior cartilago ꝑfracta
eſt: excitatæ nares eadē tantūmodo habena cōtinēdæ ſunt. Deīde poſt quattuordecī dies id ipſum de-
mendū eſt. Reſoluit̃ aūt aqua calida: eaq; tū is locus quotidie fouēdus ē: Sin os fractū ē id quoq; digi-
tis in ſuā ſedē reponendū eſt. atq; ubi aduerſum id dictū eſt. utraq; naris ĩplenda ē. ubi a latere ea inq̄
os ĩpulſum ē. imponendūq; cæratū & paulo uehementius deligandū ē. qa callus eo loco nō ad ſanita-
tem tantūmō: ſed etiā ad tumorē increſcit. A tertio die fouendū id aqua calida ē tantoq; magis quāto
ꝓpius eſſe ſanitati debet. Quod ſi plura erūt fragmēta: nihilominus extrinſecus ſingula in ſuas ſedes
digitis erunt cōpellēda: ĩponēdaq; extrīſecus eadē habena: & ſup eā cæratū: neq; ultra faſcia adhibēda
eſt. At ſi qđ fragmentū undiq; reſolutū cū cæteris nō glutinabit̃: intelliget̃ qdē ex humore: q multus
ex uulnere feret̃: uulſella uero extrahet̃. Finitiſq; ĩflammatiōibus ĩponet̃ aliqđ medicamentum ex iis
q̄ leniter reprimūt. Peius eſt ubi aut oſſi: aut cartilagini fractæ: cutis quoq; uulnus acceſſit. Id admodū
raro fit. ſi ĩcidit illa qdē nihilominus eadē rōne ĩ ſuas ſedes excitanda ſunt. Cuti uero ſup imponendū
emplaſtrū aliqđ ex his: quæ recentibus uulneribus accōmodata ſunt. ſed inſup nullo uinculo deligā
dum eſt.

## De aurium fractarum curatione. Caput ſextum.

Naure quoq; ĩterdū rūpitur cartilago: qđ ſi incidit. antequā pus oriat̃: ĩponendū glutinās me-
i dicamentū eſt Sæpe eni ſuppuratione ꝓhibet & aurē cōfirmat. Illud & ĩ hac & ĩ naribus igno-
rari nō oportet. nō qdē cartilaginē ipſam glutinari: circa tamē carnē ĩcreſcere ſolidariq; eū lo-
cū. Itaq; ſi cū cute cartilago rupta eſt: cutis utriq; ſuit̃. Nūc aūt de ea dico: quæ cute ita frangit̃. In ea ue
ro ſi iam pus natū eſt: aperiēda altera pte cutis: & ipſa cartilago cōtra lunata plaga excidēda eſt. Deīde
utendū eſt medicamēto leniter ſupprimēte quale lyciū eſt aq̄ dilutū: donec ſanguis fluere deſinat. Tū
ĩponendū liteolū cū emplaſtro: ſic ut pingue oē uitet̃: & a pte poſteriore lana mollis auri ſubiiciēda ē:
quæ qđ ē inter hāc & caput cōpleat. Tū ea leniter deligāda ē: & a tertio die uapore: ut ĩ naribus poſui:
fouēda. Atq; in his quoq; generibus abſtinētia primi tēporis neceſſaria eſt: donec inflāmatio finiatur.

## De maxillæ fractæ curatiōe. deq; q̄buſdā ad oīa oſſa pertinētibus. Caput ſeptimū.

Bhis ad maxillā uēturus indicanda quædā puto cōmuniter ad oīa oſſa pertinētia: ne ſæpius ea
a dē dicēda ſunt. Omne igit̃ os modo rectū ut lignū ĩ lōgitudinē findit̃: mō frāgit̃ trāſuerſum: ĩ-
terdū obliquū atq; ĩ ipſum nōnunquā retuſa habet capita: nōnunquā acuta. Quod gēus peſſi-
mum eſt. qa neq; facile cōmittunt̃: quæ nulli retuſo ĩnitūtur: & carnē uulnerāt: ĩterdū neruum quoq;
aut muſculū Quin etiā aliquādo plura fragmēta. a fragmēto fiūt. Sed ĩ aliis qdē oſſibus ex toto ſæpe
fragmentū a fragmēto recedit. Maxillæ uero ſemꝑ aliq̄ pte etiā uexata oſſa ĩter ſe cohærēt. Igit̃ in pri
mis digitis duobus utriq; ꝓmentibus & ab ore & ab cute oīno oſſa ĩ ſuā ſedē cōpellēda ſunt. Deīde ſi
tranſuerſa maxilla fracta ē: ſub qua caſu fere dens ſup ꝓximū dentē excedit. Vbi ea ĩ ſuā ſedē colloca-
ca ē: duo ꝓximi dētes. aut ſi hi labāt: ulteriores ĩter ſe ſeta deligandi ſunt. Id ĩ alio genere fracturæ ſup-
uacuū ē. Cætera eadē faciēda ſunt. Nā liteolū duplex madēs uino & oleo ſup iniiciēdū cū eadē ſimi-
lia & eadē turis fuligine ē. Deīde aut faſcia: aut mollis habena media ĩ lōgitudinē ĩciſa: ut utriq; men-
tū cōplectat̃: & ĩde capita eius ſupra caput adducta ibi deligāt̃. Illud quoq; ad oīa oſſa ꝑtinēs dictum
erit famē primū eē neceſſariā: deīde a die tertio hūidū cibū: ſublata ĩflāmatiōe paulo pleniorē: eumq; q
carnē alat: ꝑ oē tēpus uinū eē alienū. Deīde tertio die reſolui debere: fouēriq; ꝑ ſpōgiā uapore aquæ ca
lidæ. eadēq; quæ prīo fuerūt ſup dari. Itē die q̄nto fieri: & donec ĩflāmatio finiat̃. quæ uel octauo die:
uel ſeptīo fere reſoluit̃. Ea ſublata: rurſus oſſa eē tractāda: ut ſi qđ fragmentū loco ſuo nō ē: reponat̃.
Neq; id eē ſoluendū niſi duæ ptes eius tēporis ĩtra qđ quæq; oſſa cōſerūt̃: trāſierit. Fere uero ĩtra q̄r-
tūdecimū & unū & uigeſimū diē ſaneſcūt maxilla: malæ: iugulū: pectus: latus: os ſcapularū: coſte: ſpina
coxarū: os tali: calx: manus: planta. Inter uigeſimū & trigeſimū diē crura brachiaq;. Inter ſeptimū & ui
geſimū & q̄drageſimū hūeri & fœmina. Sed ĩ maxilla illud quoq; adiiciendū ē: qđ humidus cibus diu
aſſumēdus ē. Atq; etiā cū tēpus ꝓceſſit: ĩ lagano: ſimilibuſq; aliis pſeuerandū donec ex toto maxillam
callus firmarit. Item utiq; primis diebus habendum ſilentium.

## De iuguli fracti curatione. Caput octauum.

Vgulū uero ſi tranſuerſum fractū ē: nōnunquā ꝑ ſe rurſus recte coit: & niſi mouet̃: ſanari ſine
i iūctura pōt. Nōnunquā uero: maxieq; ubi motū ē: elabit̃. fereq; id qđ a pectore. ſub id qđ ab
hmero ē: ĩ poſteriorē ptē ĩclinat̃ Cuius ea ratio ē: qđ ꝑ ſe nō mouet̃: ſed cū hūeri motu cōſen-
tit. Itaq; eo ſubſiſtēte ſub id hūerus agitat̃. Raro uero admodū ĩ priorē ptē ĩgulū ĩclinat̃: adeo ut ma-
gni ꝓfeſſores nūquā ſe uidiſſe memoriæ mādarit. Sed locuples tamē eius rei auctor Hippocrates eſt.
Verū ut diſſimilis uterq; caſus ē: ſic quædā diſſimilia req̄rit. Vbi ad ſcapulas iugulū tēdit: ſimul dex-
tra manu plane ꝓpellēdus ĩ poſteriorē ptē humerus ē: & illud ĩ priorē attrahēdū. Vbi ad pectus con-

uerſum ē:ipſum qdē retro dandum:humerus aũt ĩ priorem partem adducēdus ē. Ac ſi is iſerior ē:nõ id qđ a pectore ē:deprimendũ eſt:qa ĩmobile ē:ſed humerus ipſe attollēdus.Si caſu ſuperior eſt.id qđ a pectore eſt:ĩplendum lana.& humerus ad pectus deligãdus eſt.Si acuta fragmēta ſunt:ĩcidi cõtra cutis debet:ex oſſibus ea.quæ carnē uulnerãt:præcidenda ſunt.tunc retuſa oſſa cõmittãda ſunt.Si qđ ab aliqua parte eminet:opponendũ ei triplex linteolũ eſt ĩ uino & oleo tinctũ.Si plura fragmēta ſunt:excipienda ſunt ex ferula facto canaliculo:eodēq; ĩtus ĩcerato:ne faſcia diducať.quæ iugulo cõpoſito circũdanda eſt ſæpius potius quã ualentius Quod ipſum quoq; ĩ omnibus oſſibus fractis perpetuũ eſt. A dextro uero iugulo.ſi id fractũ ē:ad alam ſiniſtrã:a ſiniſtro:ad dexterã.Rurſuſq; ſub ala ſua faſciari debet.Poſt hæc ſi iugulũ ad ſcapulas ĩclinatũ eſt:brachiũ ad latus.ſi ĩ partē priorem:ad ceruicē deligãdum eſt.Supinuſq; homo collocandus:cæteraq; eadē facienda:quæ ſupra cõprehenſa ſunt.Sunt uero plura oſſa fere immobilia uel dura uel cartilaginoſa:quæ uel frangunť:uel forantur uel collidũtur uel finduntť. ut malæ pectus.latus:os ſcapularũ:coſtæ ſpina coſtarũ:os tali:calx.manus:planta. Horũ oĩum eadē curatio eſt Si ſupra uulnus eſt:id ſuis medicamẽtis nutriendũ ē.Quo ſaneſcente rimas quoq; oſſis:aut ſi qđ ferrumē ē.callus implet.Si cutis ĩtegra ē:& os læſum eſſe ex dolore colligimus:nihil aliud:quã qeſcendũ:ĩponendumq; cæratũ eſt.& leniter deligandũ: donec ſanitate oſſis dolor finiatur.

De coſtarum fractarum curatione. Caput nouum.

p Roprie tamē quædã de coſta dicenda ſunt:qa iuxta uiſcera ē:grauioribuſq; periculis is locus expoſitus eſt:Hæc quoq; igiť interdũ ſic findiť:ut ne ſummũ qdē os:ſed ĩterior pars eius.quæ rara eſt.lædať interdum ſit ut eam totã is caſus perruperit.Si tota fracta nõ eſt:nec ſanguis expuitur:nec febricula ſeqtur:nec qcquã ſuppurat:niſi admodũ raro:nec dolor magnus eſt.tactu tamē is locus leniť ĩdoleſcit:abunde eſt eadē quæ ſupra ſcripta ſunt facere.& a media faſcia ĩcipere deligare:ne ĩ alterutram partē hæc cutē ĩclinet.Ab uno uero & uigeſimo die quo utiq; os eſſe debet glutinatũ id agendum.Cibis uberioribus ē utendũ:ut corpus quã pleniſſimũ fiat:quo melius os ueſtiat. qđ illo loco tenerũ:adhuc iniuriæ ſub tenui cute expoſitũ ē.Per oē aũt tēpus curationis uitãdus clamor ſermo quoq;:tumultus:ira:motus uehemētior corporis:fumus puluis:& qcqd uel tuſſim uel ſternutamētũ mouet.Ne ſpiritũ qdem magnopere cõtinere expedit.At ſi tota coſta pfracta ē:caſus aſperior eſt.Nã & graues inflãmatiões & febris & ſuppuratio & ſæpe uitæ periculũ ſeqtur & ſanguis ſpuitur. Ergo ſi uires patiunť ab eo brachio:qđ ſuper eã coſtã eſt:ſanguis mittēdus ē.Si nõ patiunť: aluus tamē ſine ullo acri ducēda eſt:diutiuſq; ĩ edia pugnandũ.Panis uero ante ſeptimũ diē non aſſumendus: ſed una ſorbitiõe uiuendũ ĩponendumq; ei loco cæratũ ex lĩo factũ:cui cocta quoq; reſina adiecta ſit. aut Polyarchi malagma.aut panacis ex uino & roſa & oleo:ſuperq; ĩponēda lana ſucida mollis & duæ faſcia ea mediis orſæ:minimeq; aſtrictæ.Multo uero magis oĩa uitanda:quæ ſupra poſui:adeo ut ne ſpiritus qdē ſæpius mouēdus ſit Quod ſi tuſſis ĩfeſtabit.ad id potio ſumēda erit:uel ex tryxagine uel ex ruta uel ex herba ſtychade uel ex cumino & pipere.Grauioribus uero doloribus urgentibus cataplaſma imponi quoq; conueniet uel ex lolio uel ex hordeo:cui pinguis fici tertia pars ſit adiecta.Et id qdem ĩterdiu ſuperiacebit.Noctu uero idem aut cæratũ.aut malagma.aut pãni:qa poteſt cataplaſma decidere.Ergo quotidie quæq; reſolueť:donec iam cærato aut malagmate poſſimus eſſe contenti.& decē qdē diebus extenuabiť fame corpus.ab undecimo uero ali ĩcipit.Ideoq; etiã laxior quã prio faſcia circũligabiť:fereq; ea curatio ad quadrageſimũ diē pueniet.quæ ſi modus erit ſuppuratiõis: plus malagma quã cæratũ ad digerēdum pficiet Si ſuppuratio uicerit neq; p quæ ſupraſcripta ſunt diſcuti potuerit.oĩs mora uitãda erit:ne os infra uicieť.ſed qua pte maxĩe tumebit:demittendũ erit cadēs ferramentũ.donec ad pus pueniat:idq; effundendũ.Si nuſquã caput ſe oſtēdit:ubi maxĩe pus ſubit:ſic intelligimus.Creta cimolia totũ locũ illinimus:& ſiccari patiemur.Quo loco maxĩe humor ĩnapſeuerauit:ibi pus pximũ erit:eaq; uti debebit.Si latius aliqd abſcedet:duobus aut tribus locis erit pforãdũ:demittendũ erit linamentũ:aut aliqd ex penicillo.qđ ſummũ lino ſit deuinctũ ut facile educatur. Reliq̃ eadē:quæ ĩ cæteris aduſtis faciēda ſunt:Vbi purũ erit ulcus:ali corpus debebit:ne tabes pnitioſa futura id malũ ſubſequať.Nõnunquã etiã leuius ipſo oſſe affecto & ĩter initia neglecto:nõ pus ſed hũor qdã muccis ſimilis ĩtus coit molleſcitq; cõtra cutis:in qua ſimili uſtione utendum eſt.

De ſpinæ curatione.

i N ſpina quoq; eſt qđ proprie notemus.Nã ſi id qđ ex uertebra excedit aliquo mõ fractũ eſt: locus qdē cõcauus ſit:pũctiões aũt ĩ eo ſentiunť:qa neceſſe ē ea fragmēta ſpinoſa eſſe Quo fit ut hõ in ĩteriorē ptem ſubide nitať Hæc noſcēdæ rei cauſa ſunt.Medicamentis uero, hiſdem opus eſt.quæ plurima parue huius capitis expoſita ſunt.

De humerorum: brachiorum : femorum: crurum . digitorum fractorum uel euulſorum communibus curationibus. Caput decimum.

ſ Imiles rurſus e x magna pte caſus curationeſq; ſunt humeris & femoribus.Communia etiam quædam humeris:brachiis:femoribus: cruribus: digitis.Si qdē ea minĩe periculoſe media frãgunť . Quo ppior fractura capiti uel ſuperiori uel ĩferiori ē:eo prior ē.Nã & maiores dolores affert:& difficilius curatur. Ea maxime tolerabilis eſt ſimplex: tranſuerſa.Peior ubi fragmenta: atq; ubi obliqua.Peſſimum ubi eadem acuta.Nonnunquam autem fracta in his oſſa in ſuis ſedibus remanent:multo ſæpius exciduntaliudq; ſuper aliud effertur Idq; ante oĩa conſiderari debet.& ſunt notæ

certæ.Si ſuis ſedibus mota reſimã:punctioniſq; ſenſum rep̃ſentant tactu inæqualia ſunt. Si uero non aduerſa:ſed obliqua iungunt᷑ qđ fit ubi loco ſuo nõ ſunt mẽbrũ id altero latere breuius eſt: & muſculi eius tumẽt.Ergo ſi hoc depreſſum eſt ꝓtinus di membrũ oportet extẽdere.Nã nerui:muſculiq; intẽti per oſſa cõtrahunt᷑ neq; in ſuũ locũ ueniunt:niſi illos per uim aliqs intẽdit.Rurſus ſi primis diebus id obmiſſum eſt:inflãmatio orit᷑ Sub q̃ & difficile & periculoſe uis neruis adhibet᷑.Nã diſtẽtio neruorum uel cancer ſequit᷑:uel certũ.ut diutiſſime alat᷑ pus.Itaq; ſi ante repoſita oſſa nõ ſunt : poſtea reponẽda ſunt.Intendere autẽ digitũ uel aliud quoq; membrũ : ſi adhuc teneꝝ eſt etiã unus homo poteſt: cum alterã partẽ dextra:alterã ſiniſtra prendit. Valẽtius mẽbrum duobus eget : qui in diuerſa contendant.Si firmiores nerui ſunt:ut in uiris robuſtis:maximeq; eoꝝ feminibus & cruribus euenit:habenis quoq; uel linteis faſciis utrinq; capita articuloꝝ deligãda & per plures in diuerſa ducẽda ſunt Vbi paulo longius quã naturaliter eſſe debet membꝝ uis fecit.tum demũ oſſa manibus in ſuã ſedẽ cõpellẽda ſunt:inditiũq; oſſi repoſiti eſt.dolor ſublatus.Et mẽbrũ alteri parti æquatũ ĩuoluendũ duplicibus:triplicis panni & in uino & oleo tinctis:quos linteos eſſe cõmodius eſt.Fere uero his:ſex opus eſt . Prima breuiſſima adhibẽda quæ circa fracturã ter uoluta ſurſum uerſum ferat᷑.& q̃ſi in coclea ſerpat : ſatiſq; eſt eã ter hoc quoq; modo circuire.Altera dimidio lõgiore:eaq; qua parte os eminet: ab ea ſi totũ æqle eſt:undelibet ſup fracturã debet incipe priori aduerſa:deorſumq; tẽdere atq; iteꝝ de fractura reuerſa in ſupiore parte ultra priorẽ faſciã deſinere.Sup has iniiciendũ latiore linteo cæratũ eſt:qđ eas cõtineat.ac ſi qua parte os eminet:triplex ea pannus obiiciẽdus eodẽ uino & oleo madẽs.Hæc tertia faſcia cõprehẽdenda ſunt:quartaq;:ſic ut ſemp ĩſequens priori aduerſa ſit: & tertia tantũ inferiore parte tres in ſupiore faciãt.qa ſatius eſt ſæpius circuire quã adſtringi.Siquidẽ id qđ adſtrictũ eſt.alienat᷑ & cãcro oportunũ eſt.articulũ autẽ quã minime uincire opus eſt.Sed ſi iuxta hunc os fractũ eſt:neceſſe eſt.Deligatũ uero membrũ in diẽ tertiũ cõtinendũ eſt Eaq; iunctura talis eſſe debet:ut primo die nihil offẽderit:nõ tamen laxa uiſa ſit:ſecũdo laxior:tertio iam pene reſoluta.Ergo tum rurſum id membꝝ deligandũ:adiiciẽdaq; prioribus quinta faſcia eſt:iterũq; quinto reſoluendũ eſt:& ſexta faſciis ĩuoluendũ. ſic ut tertia & quinta infra:cæteræ ſupra finiant᷑.Quotienſcunq; autẽ ſoluit᷑ membrũ:calida aqua fouendũ eſt.Sed ſi iuxta articulũ fractura eſt:diu inſtillãdũ uinũ eſt:exigua parte olei adiecta: eadẽq; oĩa faciẽda donec adeo inflãmatio ſoluat᷑:uel leuius quoq; quã ex conſuetudine id membrũ fiat.Quod ſi ſeptimus dies nõ dedit:certe nonus exhibet.Tum facillime oſſa tractant᷑.Rurſus ergo ſi paꝝ cõmiſſa ſunt:cõmitti debẽt.Siqua fragmẽta eminẽtia ſuas ſedes reponẽda ſunt.Deinde eodẽ modo mẽbrum deligandũ ferulæq; ſup accomodãdæ ſunt:quæ ſiſſæ circũpoſitæq; oſſa in ſua ſede cõtineãt: & in quã partẽ fractura ĩclinat:ab ea latior:ualẽtiorq; ferula ĩponẽda eſt:Eaſq; oẽs citra articulũ eſſe oportet reſimas:ne hũc lædãt:nec ultra aſtrĩgi:quã ut oſſa cõtineãt:& cũ ſpatio laxent᷑.tertio quoq; die paulũ habenis ſuis coartari:ac ſi nulla prurigo:nullus dolor eſt:ſic manere donec duæ partes eius tẽporis quod quoq; os cõſeruet cõpleant᷑ poſtea leuius aqua calida fouere quia primo degeri materiã opus eſt: tum euocari.Ergo cærato quoq; liq̃do id pleniter eſt ungendũ:ꝓfricandaq; ſumma cutis eſt:laxiuſq; id deligandũ eſt. Tertio quoq; die ſoluendũ ſic:ut remota calida aqua:cætera eadẽ fiant. Tantũmodo ſingulæ faſciæ quotiẽs reſolutæ fuerint:ſubtrahant᷑.

## De fracti humeri curatione.

h Aec cõmunia ſunt.Illa ꝓpria.Siqdẽ humerus fractus nõ ſic:ut membrũ aliud intẽdit᷑.Sed homo collocat᷑ alto ſedili.medicus autẽ humiliore aduerſus Vna faſcia brachiũ amplexa ex ceruice ipſius:q læſus eſt:id ſuſtineat. Altera ab altera parte ſup caput data : ibi accidit nodũ Tertia iuncto imo humero deorſum demittit᷑ ibi quoq; capitibus eius inter ſe iunctis . Deinde ab occipitio ipſius miniſter ſub ea faſcia:quã ſecundo loco poſui:correpto ſi dexter humerus ducẽdus eſt dextro: ſi ſiniſter:ſiniſtro brachio demiſſum inter fœmina eius:qui curat᷑ baculum tenet.medicus ſup eam faſciam de qua tertio loco dixi planam iniicit dextram:ſi ſiniſter:ſiniſtram:ſi dexter humerus ſumatur. ſimulq; alteram faſciam miniſter attollit alterã premit medicus.quo fit ut leniter humerus extendat᷑. Faſciis uero:ſi mediũ aut imum os fractũ eſt:breuioribus opus eſt:ſi ſummum:longioribus . ut ab eo ſub altera quoq; ala perpectus & ſcapulas porrigant᷑.Protinus uero brachiũ cum deligatur: ſic inclinãdum eſt:id quod afficit ut ante faſcias quoq; ſic figurandum ſit.ne poſtea ſuſpenſum aliter:aliter cum deligabat᷑:humerum inclinet.Brachioq; ſuſpẽſo ipſe quoq; humerus ad latus leniter deligandus eſt. Perq; ſit:ut minime moueat᷑.ideoq; oſſa ſic ſe habẽt:ut aliqs compoſuit.Cũ ad ferulas uentum eſt: extrinſecus eſſe earum longiſſimæ debẽt:a lacerto breuiores:ſed ſub ala breuiſſimæ . Sæpiuſq; eæ reſoluendæ ſunt:ubi in uicinia cubiti humerus fractus eſt:ne ibi nerui rigeſcant.& inutile brachiũ efficiãt. Quotiẽs ſolutæ ſunt:fractura manu cõtinẽda:cubitus aqua calida fouẽdus: & molli cærato ꝓfricandus:ferulæq; uel omnino non imponendæ contra eminentia cubiti:uel aliquanto breuiores ſunt.

## De brachii fracti curatione.

a T ſi brachiũ fractũ eſt:in primis cõſiderandũ eſt:alterũ os:an utrũq; cõminutũ ſit: nõ quo alia in eiuſmodi caſu curatio admouẽda:ſed primũ ut ualẽtius extendat᷑:ſi utrunq; os fractũ eſt:qa neceſſe eſt minus neruos cõtrahi altero oſſe ĩtegro eoſq; ĩtendẽte.Deĩde ut curioſius oĩa in cõtinẽdis oſſibus fiãt ſi neutrũ alteri auxilio ẽ.Nã ubi alteꝝ ĩtegrũ ẽ:plus opis ĩ eo quã ĩ faſciis: feruliſq; eſt.Deligari autẽ brachiũ debet paulũ pollice ad pectus inclinato.Siquidẽ is maxime brachii naturalis

habitus ſit.idq; inuolutū mitella cōmodiſſime excipit̃:quæ latitudine ipſi brachio peranguſtis capiti-
bus collo iniicit̃.atq; ita cōmode brachiū ex ceruice ſuſpenſum eſt.Idq; paulū ſupra cubiti alterius re-
gioné pédere oportet.Quod ſi ex ſummo cubito id factū ſit glutinare id uinciédo alienū eſt. Fit enim
brachiū immobile.ac ſi nihil aliud quā dolori occurſum eſt:idē qui fuit eius uſus eſt.

De crurū femorumq; fractorum curatione.

N crure æque ad rem ptinet alteꝝ ſaltē os itegrū manere.Cōmune uero ei femoriq; eſt.Quod
i ubi deligatū eſt in canalē coniiciendū eſt.Is canalis & inferiori parte foramina habet:p quæ ſi-
quis humor exceſſerit:deſcēdat.& planta morā : quæ ſimul & ſuſtineat eam & delabi nō patia-
tur:& a lateribus caua:perq; loris datis mora quidē: crus femurq; ut collocatū eſt detineat Eſſe etiam
is debet a planta ſi crus fractū eſt:circa poplicē.ſi femur.uſq; ad coxā . ſi iuxta ſuperius caput femoris:
ſic ut ipſa quoq; ei coxa ſit.Neq; tamē ignorari oportet ſi femur fractū eſt:fieri breuius . quia nunq̄ in
antiquū ſtatum reuertit̃ ſummiſq; digitis poſtea cruris eius inſiſti . ſed multa tamen femori debilitas
eſt;ubi fortunæ negligētia quoq; acceſſit.

De fracti digiti curatione.

d Igitum ſatis eſt ad unū furculū poſt inflāmationem deligari.

Cōes curatiōes ad humeros brachia cruri femina digitoſq; cōfractos pertinētia.

Is pprie ad ſingula mēbra ptinētibus:rurſus illa cōmunia ſunt:primis diebus fames.deīde tum
h cū iam increſcere callū oportet:liberalius alimentū.lōga a uino abſtinētia. fomentū aquæ cali
dæ:dum inflāmatio eſt:liberale.cū ea deſit:modicū.Tum etiā longior ulterioribus & liquido
